
Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Saxonia

https://hdl.handle.net/1874/430028


SAXONIA
ALBERTI
KRANTZ
COLONIAE
IMPRESSA
MDXX.

Celeberrimo uerę Philoſophię, Sacręq; Theologię Do
ctori, Domino ALBERTO KRANTZ, Eccle
ſiæ Hamburgenſis Decano, & præceptori ſuo Iacobus
Canter, in luculentiſſimam eius SAXONIAM.

Quantum Mœonidæ Pelleus debet Achilles,
Aeneas quantum Vergilioue pius,
Et Romana uiro quantum uirtus proceres qui
Romam ad ſe traxit littore ab Heſperio:
Tantū ALBERTE decus KRANTZ noſtri & gloria ſęcli
Pro tanto hoc debet munere Saxo tibi.
Eius res etenim tu clara in luce locaſti
Geſtas, obſcurę quę latuere diu:
Quid porro fęciſſe iuuat, ſi ſcribere nemo
Facta uolet? factis haud erit ullus honos.

PROOEMIVM IN SAXONIAM.

ALBERTI KRANTZ IVRIS CANONICI ET SACRAE PAGINAE DOCTORIS VIRI FAMOSISS. SAXONIA EX MVLTIS AVTHORIBVS ET ANNALIBVS PLVRIMIS LABORIBVS ET VIGILIIS CONGESTA INCIPIT FOELICITER.

PROOEMIVM.

ENTIS SAXONVM PRIMORDIA, & originem, &, quas putãt, antiquitates, apud noſtros relegentẽ, pudor occupat, & confuſio faciei: ita puerilibus fabulis, & anilibus delíramentis omnia ſcatent: ut níhil in his ſibi conſtet, níhil quadret. Vna eſt omnibus ſententia, aliunde profectam gẽtem, nauibus a mari aduentaſſe. Sed unde, & quo tempore, non inter ſcribẽtes conuenit. Alíj a Britania aduectã putant: in quo fallit illos, ꝙ audierint, uel forte legerint, Britonibus atq; Saxonibus aliqñ fuiſſe inuicẽ militãdi cõmercia: Sed non attendunt Saxones tranſiſſe in Britaniã, non Britones migraſſe in Saxoniã. Tẽpora ſuis locis ſignabim⁹. Alíj a Danis, aut Normãnis, & regionibus aquilonis, gentẽ deriuant: Sed ígnorãt illi, quod in Dania noſtra oſtẽdimus, ab annis ante Chriſtũ mille, inextricabile fuiſſe odiũ gentis Danor̃ ad Saxones: ut facile quiuis agnoſcat, non profectos ex Danis Saxones, q̃s uelut perpetuos hoſtes, implacabili odio ſint ſemper inſectati. Alíj a Macedonib⁹ ortos ferũt, de militia Magni Alexãdri: Nam illo cadẽte, uelut omnibus inuiſos, Macedones nauibus undecũq; queſitis, aufugiſſe: & partim in Pruſſiã, partim per Albim fluuiũ aſcẽdentes, in eam, quę nunc eſt, Saxoniã cõmigraſſe contendũt. Sed hui⁹ fabellę fictores, ignorãt duces Alexãdri Magni poſt ei⁹ exitũ in ſe uerſos, omnibus indiguiſſe copíjs militũ, quas ille reliquit: nam totis incubuere uiríb⁹ pro ſe quiſq; terras occupare: Quẽ uero formidarent milites, qui quoquo uerterent̃, erant ducibus, qui ſtuderẽt augendis uíribus, accceptiſſimi: Et eſt Babylon, in qua Alexander occubuit, longe mari ſubmota: ut non ſit ueriſimile, inde, pfectos milites, maritimo itinere abíjſſe: ſiue enim Caſpiũ ſinũ peterent, ſiue pontum Euxinũ, longiſſimũ iter terra fuit: Nec uſq; lectum, aut cõpertũ eſt, a mari Caſpio, ad occiduas præſertim mũdi partes, ullã fuiſſe nauigationem: obſtante mari congelato poſt Riphęos mõtes, qui longe procurrunt in boream. Nam quod Mela cõmemorat, teſtẽ faciẽs Q. Metellum Celerem, ex Cor. Nepote, in mare Germanicũ ueniſſe Indos, illos ego Indico mari, pfectos accipio, per meridionalẽ plagã poſt omnẽ Aphricam petíjſſe partes occiduas: & inde circũnauigata Maurita nía, & Gadibus ipſis, & omní Hiſpania, perueniſſe in Britanicũ: unde facilis illis curſus fuit in mare Germanicũ. Sed & fabella de tẽporibus ſeſe confodit: Nam illa cõmemorat in aduentu primo Saxonũ cõtigiſſe, quæ poſt natũ Chriſtũ annis non min⁹ quingẽtis facta docebimus: cum tempora Magni Alexandri, quę aſſignant Saxonũ aduentui, pertingãt ad annos quingentos ante natũ Chriſtũ: aiunt enim tum aduentaſſe Saxones,

cum Theodericus rex Francię Ermifridũ Turingũ perſequereť: qđ omni
no friuolũ eſt,& ueri inane: nam diu ante ea tẽpora in ſua ꝓuincia demo
rati ſunt Saxones: Teſtis eſt Ptolomæ⁹,qui ſcripſit ſub Imp. Adriano: Is
enim nominat Saxones,oſtẽditq; iam tum habitaſſe ad Cimbroꝝ dorſa:
hoc eſt,ab auſtro Cimbricę regionis,quæ,eodẽ teſte,Iutia eſt,Cherſone
ſus procurrens inter duo maria,Britannicũ,& Germanicũ. Sunt ꝓterea
qui ſcribant,Ariouiſtũ,qui in Gallijs Cæſari ſe obięcit,regẽ fuiſſe Saxo
num. Et ipſe Saxo Sialãdicus,Danicę antiquitatis memorabilis ſcriptor,
iam inde ab initio,& memoria prima Danoꝝ Saxones nominat: teſtatq;
ſemper ab omni memoria in nationibus Danoꝝ & Saxonũ fuiſſe inuicẽ
implacabile odiũ. Poſſum mille introducere teſtes,iamdudũ fuiſſe Saxo
nes in hac ſua prouincia, priuſq; Theodericus Frãcus Ermifrido Turingo
colluctareť: Nam & Theutones qui cũ Cimbris ante natũ Chriſtũ pro
fecti ſunt in Italiã,multis ex rebus Saxones fuiſſe contendo: idq; ſuo tem
pore multipliciter oſtendã. Reięcta igiť fabula de temporibus Theoderi
ci Franci: & ea cõfutata,quę de Alexãdro Magno Saxones primos pro
ducit. Ineptiores ęteris ſunt,qui tempora illa coniungũt,quę non minus
mille diſtãt annis: q; Alexãder ante Chriſtũ quingentis, & Theodericus
poſt natũ Chriſtũ plus q̃ quingẽtis annis regnauerint. Ex Danis aũt nõ
prodijſſe Saxones, uetuſtũ & inextricabile odiũ inuicẽ prodit nationũ.
Britones aũt non in Saxoniã, ſed Saxones in Britaniã cõmigraſſe,oſten
dit errorẽ ex gentiũ ortum cõmixtione: Quid enim cauſę fuerit,Britones
ex fertiliſſimis agris,& mitiore cœlo,ad ſteriles campos,& immitẽ æthe
ra cõmigrare? Igiť reięctis friuolis aliorũ ſentẽtijs,quos tandẽ ab origine
prima Saxones eſſe dicemus,indigenas, an aduenas? Ego tibi candide le
ctor ſuper his rebus exiſtimationes meas aperio: Tu ex his meliora, & ue
ritati propiora cõijcito: occaſionẽ per ea conſequutus circũſpiciẽdi,& ue
riſimiliora rimandi: Nam in rebus obſcuris, ubi nulla ex annalibus præ
ceſſere adiumẽta,oportet ex probatiſſimis authoribus per coniecturã di
uinare potius,q̃ certa tradere. Ego Ptolomęũ,& Tacitum ꝓfero: teſtes,
ut credo,omni exceptione maiores: Vtinãq; tam noſtri fuiſſent uigiles in
ſua,q̃ fuit Tacitus in aliena regione deſcribẽda: Germaniã enim omnẽ di
ligẽtiſſime peruagatus,deſcripſit: in eius gẽtis laudes plura teſtatus,q̃ ul
lus auſit Germanus ſuper cõgentilibus ſuis: Et uocãt Itali uerſo nomine
loquacẽ: Credo quia nimius illis uiſus ſit & profuſior q̃ uellent in laudes
Germanoꝝ,quos uocãt illi barbaros,& Gręci uiciſſim illos: Reddãt uti
nam reddant,in Auguſta integrũ hiſtoria Tacitũ, quẽ recõdũt: Reddãt
nobis Pliniũ in libris. XX. rerum Germanicaꝝ: Recognoſcãt nobiſcum
ꝓclara Germanoꝝ facinora,quæ nunc obliuione ſepulta iacent. Sed ad
originẽ Saxonũ redeo. Teſtať Ptolomæus,in Aſia illa boreali ſupra mon
tes Alanos in uaſtiſſima illa Scythia,citra tñ Imaum montẽ,habitare Sa
ſones: Sed illi an aliqñ populariter emigrãtes,quęrẽdis nouis ſedibus ue
nerint in Germaniã,nullus authorũ,quos uiderim, tradit. Alanos quidẽ
origine Scythas fuiſſe, primũ in Germania, inde in Gallijs, & Hiſpanijs

militaſſe,ibiq; cõſediſſe cum Suæuis, nõnulloſq; tranſgreſſos in Aphricã cum Wãdalis,tradũt & Romani,& Gallici ſcriptores:qui temporẽ illorẽ recordantur,poſt natũ Chriſtum circiter quadringentos annos,& infra. Sed qñ ex Aſia,& quib⁹ ducibus trãſierint,nemo cõmemorat: Et niſi teti giſſent Alani Romanas ,puincias, perpetuum latuiſſent: q; in Germania nulli fuerint ea tempeſtate ſcriptores. Saſones igit an cum Alanis,an ante illos trãſierint in Germaniã,quo tempore,quibus ducibus,nulli ſunt authores: q̃q̃ uetuſtior ſit Saxonũ q̃ Alanorẽ in hac,puincia memoria. Sed quod de Alanis cõpertũ eſt,aliunde illos immigraſſe,ſi quis auſit de Saſonibus contẽdere,ego non reluctor: ueniſſe ſcilicet illos de Scythia, petitũ nouas ſedes: quomõ ante illos fecere Huni,fecere Heruli: nam de Gothis & Gepidis alia ratio eſt: quã in Suecia noſtra oſtẽdim⁹. De Hunis quoq; ſignificabimus,quid ueteres ſentiãt: Et de Wandalis cõpertũ eſt,non eſſe aduenas: quia Gothi,Gepidę,& Wandali,prima origine ſunt Germani. Sed ex eadẽ Scythia longe poſt tranſierũt Bulgari,qui nunc tenẽt Miſiã: Inde etiã Vngari,qui tenẽt Pannonias. Deinde uenere Turci,quos Mela Turcas appellat: Nouiſſime prodiere Tartari,in ſolitudinib⁹ Sarmaticis, & uaſtiſſimis campis potius tendẽtes, q̃ habitantes: paſtoralẽ enim uitam agunt. Sed Turci minorẽ Aſiã cum omni Grecia occupauere,nunc Venetis cõfligentes de Cypro,& Candia. Senſerit igit qui uolet,Saxones,pridem Saſones (facile enim fuit pro conſuetudine ſuperiorẽ Germanorẽ illa unius elemẽti immutatio,qui crebrius x pro s cõmutãt)ex Aſia Scythica ueniſſe in Germaniã: requirat tempora,quæ probatis non diſſonẽt authoribus: nam de ducib⁹ forte nulla erit memoria. Saxonẽ uero Grãmatico uirũ Sialandicũ,Danicę ſcriptorẽ hiſtorię,teſtẽ optimũ, nolim ſubmotũ, qui ſupra mille annos ante Chriſtum, nomẽ Saxonũ introducit: hoc ſiue per anticipationẽ faciat,ſiue q; cõpertũ habeat,in authoribus ſuis,illa uetuſtiſſima memoria gentẽ eo nomine cẽſitã,non ſatis firmiter enũcio. Hęc interim prima de Saxonũ origine cõiectura ſit. Succedit altera,quę Aenęam Syluiũ,inde Piũ papã. II. in hiſtoria Bohœmica prefert authorẽ: is in deſcriptione terrę Bohœmię flumina pãdit, quę ſe in Multauiã exonerãt, Saxonã,& Luſuntiũ,& Miſam nominat: quos Multauia in ſe recœptos, ſecũ deuoluit in Albim. Compertũ eſt ex Tacito,Boios ab origine gentẽ Gallicã,tenuiſſe regionẽ intra montes,quę nunc Bohœmia eſt: inde uero pulſos a Marcomannis,hoc eſt Wandalis,qui uſq; hodie tenẽt: nam Bohœmi Wandali ſunt: remanẽte ueteri nomine in prouincia,ut nunc Boicœmi dicant̃,qui pridẽ Marcomanni,& generali uocabulo Wandali: unam enim eſſe gẽtẽ, una lingua prodit: unde etiã manauit nomẽ in totã nationem Wandalorũ,ut apud Ptolomæũ appelletur gens magna Bœmi: nec enim unq̃ habuit Germania maiorẽ gentẽ, q̃ ſit etiã hodie Wãdalica: cõplectẽs Ruſſos,Polonos,Bohœmos,Dalmatas. Teſtis eſt,quod dixim⁹, una lingua,quadam uarietate,ut fit,per diuerſas regiones alternata: ſed tñ una eſt. quod facile perpẽdit auſcultãs. Pulſis ergo ex Bohœmia fluminũ accolis,nomina fluuiorẽ ad quę pridẽ incolebãt,ſecũ,ut creditur,extulerũt:

ut qui in proximis regionibus ad Lusuntiũ incoluere, partẽ Slesiæ nunc tenentes, quę Lusatia dicit, marchioni parens Brandẽburgensi, Lusatij dicantur: Qui Misam, ad proxima transeũtes, appellent usqꝫ hodie Misnenses: Qui uero ad Saxanã, paulo ultra progressi, Saxones sunt uocitati: qui paulatim ditionẽ ampliãtes, in latũ sunt diffusi, pulsis retro Wãdalis, qui omnia confinia olim tenuerũt. Tenemus tẽpora, suo loco designãda, quibus Saxones pulsis Wandalis, regionẽ occupauere quã nunc tenẽt: Verũ est tñ, ꝙ ea quę nunc est Westphalia, prius q̃ cętera terra ultra Visurgum, teneret Saxonię nomẽ: sed poterat in longis sęculis uicissitudo esse pellentium ac repellẽtium inuicẽ nationũ. Hassones uero qui ab Hercinio saltu ad Renum plana incolũt, si sint aliqua Saxonũ portio, ut mutata pro consuetudine Græcorꝫ h litera in s, aut ecõtra, pro Sassonibus Hassones sint dicti, non diffinio. Et hæc interim secũda sit de gentis origine cõiectura. Vnde apparet, si recte cõiecim⁹, ab origine remotissima, fuisse Gallos Boios Saxonũ patres: Et his duabus ex rebus aduenas in suã regionẽ Saxones esse, fatẽdũ uideret. Sed mihi tertia, quã dicã; sentẽtia, magis sedet animo: multũ enim tribuo testimonio Taciti, Germanię diligẽtissimi inquisitoris, qui indigenas putat esse gẽtes Germanorꝫ: uerba ipsi⁹ ponẽda sunt: Ipsos, inquit, Germanos indigenas crediderim, minimeqꝫ aliarũ gentium aduẽtibus, & hospitijs mixtos: quia nec terra olim, sed classibus aduehebant, qui mutare sedes quęrebãt: & immẽsus ultra, utqꝫ sic dixerim, aduersus oceanus, raris ab orbe nostro nauibus aditur: Quis porro pręter periculum horridi & ignoti maris, Asia, aut Aphrica, aut Italia relicta, Germaniam peteret, informẽ terris, asperã cœlo, tristẽ cultu, aspectuqꝫ, nisi sibi patria sit? Hunc ego sequutus authorẽ, Saxones indigenã esse gentẽ credo: sed alio ab authoribus nomine appellatã, qui uetustissimis scripsere tẽporibus. Et Ptolomęus quidẽ prim⁹ suo nomine Saxones dignat: uir Aegyptius Alexandrinus. Cęterũ, qui ante illũ, Strabo, & qui post eum, Tacitus, scripsere, Cattos appellauere gentẽ quę ab Hercinijs mõtib⁹ in plana descendit, & usqꝫ ad Renũ propagat: Taciti uerba contemplemur: Vltra hos, inquit, Catti, initiũ sedis ab Hercinio saltu inchoãt, non ita effusis, & palustrib⁹ locis ut cętere ciuitates, in quas Germania patescit, durãt: siquidem colles paulatim rarescunt: & Cattos suos saltus Hercinius prosequitẽ simul atqꝫ deponit: Duriora gẽti corpora, & stricti artus, minax uult⁹, & maior animi uigor, multę, ut inter Germanos, sollertię, & rationis, pręponere electos, audire prępositos, nosse ordines, intelligere occasiones, differre impetus, disponere diem, uallare noctẽ, fortunã inter dubia, uirtutẽ inter certa numerare. Hęc certe Saxonib⁹ cõgruere, & de illa esse gẽte perscripta, qui animum aduertit, & sine inuidia iudicat, protinus intelliget: In Hercinia enim regio incipit, & cum rarescẽtibus mõtibus natio deducit, usqꝫ in Hassiã, atqꝫ Westphaliã: nam quę nunc Saxonia apud nos potissimum dicitur terra Brunswickcẽsis, Magdeburgẽsis, & Halberstadẽsis, ex Wãdalia captę, accessere prouincię Saxoniæ: quod suis locis mõstrabit. Durant quidẽ montes ad Visurgũ: & illo etiã transcẽso, in Westphaliam

peruenīūt, in terrā uſqꝫ ducatus Montēſis: Et ut qñqꝫ per errorē tranſcribentiū, qñqꝫ per ſtridorē externæ linguæ, nominū fiunt infractiones, non eſt longe a ueri ſimilitudine, ſi quis cōtendat pro Saxi uocabulo eſſe uſurpatū Catti: multas enim ſimiles mutationes eſſe factas reminiſcimur. Ergo quę multa Tacitus de Cattis pręclara cōmemorat, gētis Saxonū propria eſſe cōtendo. Liberū ſit lectori iudiciū: ego tñ quo magis propendet animus indicare debui. Sunt pręterea qui a Saccis, gente Scythica, Saxonum nomē, & gentē oriri arbitrentur: ſed qñ prodierint in Germaniā, nobiſcum ignorāt. Alij etiā ab Aſſenez filio Gomer, nepote Iaphet, pronepote Noæ, gentē noſtrā deriuāt: illa ueri ſimilitudine: qꝺ teſtentᵉ authores filios Noæ diuiſiſſe terrarū orbē, ut Sem Aſiam, Cham Aphricā, Iaphet Europam, tenuerint: nec longinqua fuerit nominū deriuatio, Saſſones ab Aſſenez, ſi qua interim mediorꝝ temporꝝ monumēta, ſi quęlibet extarent probatorꝝ teſtimonia authorꝝ, quę nulla extāt: niſi, quod teſtantᵉ ſacrę litęrę, Aſſenez cum cęteris fratribus per Gomer a Iaphet eſſe natum: & ex ijs inſulas gentiū eſſe inſeſſas. Sed ad arcam uſqꝫ Noæ aſcēdere, ut quibuſdam uideri ridiculū ſit, ſic poteſt eſſe alijs religioſum. In manibꝰ eſt hodie Beroſus Babylonicꝰ, uetuſtiſſimorꝝ temporū ſcriptor: quē hac ætate quidam Viterbienſis, cum multis alijs antiquitatū monumētis interpretatus eſt, ad oſtēdēdas Italię antiquitates, & pręſertim Viterbi ſui: quo multorum teſtimonio authorꝝ docere cōtendit ſub nomine Iani pueniſſe omnium antiquiſſimū patrē noui ſæculi Noe, quē Beroſus Noam appellat: & ꝗd Germaniā noſtrā cōtingit, oſtēdit idē Beroſus, Tuiſconē Noę poſt diluuiū primogenitū filium, eſſe parentem omniū Germanorū a Tanai ad Renum: In qua latiſſima prouincia Sarmatas, Wādalos, & omne genus cęterarꝝ in Europa per uaſtiſſimā terrā, nationū, inter limites duorꝝ flumi num, uno Germanorꝝ nomine cōprehendit: Nominat autē inter Tuiſconis filios Mānū, Hunū, Suęuū, Marſum, Gambriuiū, Theutanē, & quos Plinius attigit, Iſteuonē, Hermionē, Ingeuonem, quos & Tacitus in Germania ſua cōmemorat: plures deo ortos teſtatus Germanorum proceres, qui carminibus eorꝝ celebrentᵉ: quod unū eſſe genus ſeruandę antiquitatis, & Saxo poſt Tacitum cōmemorat in ea gente borealis Germanię. In quo Beroſi teſtimonio duo illa pręcipua tenemꝰ, quę nemo Latinorꝝ, aut Gręcorꝝ attigit, Theutanē fuiſſe Germanorꝝ ex Tuiſcone parentē, qui poſteris nomē ſuū reliquerit: Et qꝺ Huni, gens antiqua, ex Huno patre, Tuiſconis filio, citra Tanaim nati, in gēte numerentᵉ Magnę Germanię: quod neqꝫ Strabo, neqꝫ Ptolomęus, neqꝫ Mela, neqꝫ Tacitus, ſed neqꝫ Plinius, nec alioꝝ quiſqꝫ cōmeminit: omnes enim refugiunt in uaſtā illam Aſię ſolitudinē, & Scythiæ latitudinē, quoties ignotæ gentis originē requirunt: Inde falſo producunt Gothos, & Hunos, cum ſint notiſſimo omniū boreali teſtimonio Gothi ex Suecię regno: in quo etiā hodie ſtirps gentis cū nomine perſeuerat. Huni quoqꝫ Beroſi atteſtatione, patre nati Huno, Tuiſconis filio inter Europęos citra Tanaim, etiā cum Germanis annumerantur: quomodo Suæui (uetuſtiſſima Germaniæ gens) & Marſi, quorum

reliquię ſedēt ad exitum Albis fluminis Thietmarſi, cum uicinis, qui Marſorum referunt uocabulum. Sed hęc cum ſit pars Saxonię, ad Saxoniæ tamen nomen, quod iamdudum requirimus, nihil pertinēt. Hęremus ergo in ſententia Taciti, Cattos ipſos uocari Saxones: qñ & regionis termini, & gentis mores conſentiunt eius teſtimonio.

LIBRI PRIMI CAPVT I.

h Ac ęſtimatione freti, repetam⁹ a uetuſtiſſima memoria, quę Saxo Sialandicus, Danicę antiquitatis ſcriptor, inter ſuę gentis pręclara facinora, etiā de Saxonibus commemorat: nam apud nullū reperimus authorē Saxonū priorem memoriā: Sed limites prouincię deſignare parerit. Ab aquilone quidem Saxonū prouincię ab omni memoria annumeratū eſt, quicquid ab Eydora fluuio (qui limes eſt Danię atq; Teutonię) in auſtrū uergit: Holſatiā, Thietmarſiam, Stormariā, cōplectens: quas tres terrę partes uno Nordalbingię nomine ueteres amplexi ſunt: quod & ſi uocabulū non ſit ſatis Latinū, uenia tñ danda eſt longinquis Latio regionibus, ſi ſuę linguę mixtis nominib⁹, regionū uocabula faciāt: quod & Itali, & Galli, & plerūq; omnes faciūt. Hęc aūt Saxonię pars ad oriētē habet terminū Veterē urbem, olim inclytam, nunc ſolas caſas ruſticas pręferens opidulū, Stargard Wandalico nomine, quod ſonat Aldenborg lingua Saxonū, Latine Vrbem ueterē: Exqua orientē uerſus, per littora maris Germanici uſq; in Pruſſiā, Wādalica gens omnia ditione tenebat: nunc uero Saxones impleuere, exturbatis per tempora uetuſtis habitatoribus: niſi q; clarę urbes per hoc littus ſparſę, a Saxonū gētе exędificatę: parēt tñ principibus antiquę gētis Pomeranię, atq; Magnopolis: lingua autē tota eſt Saxonica: uix paucis reliquijs antiquę gentis per rura diſperſis. Initiū ergo Saxonicæ nationis eſt trans Albim ab Holſatia: inde trāſiliēs Albim, per dioceſim Bremēſem in Weſtphaliā uſq; ad Renū fere pertingit: ab inde uero in Haſſiā ꝓuenit ad Hercyniam (qui nunc Hertici mōtes dicunt) pertingēs ad cōfinia Thuringię: in qua olim non contemnendā partē Saxones militię ſtipendiū a Francis, quibus militauere, ſuſcœperāt. Inde iterū ſub mōtibus lōgo tractu peruenit in regionē Albi non longinquā, cōplectens Wittenbergū & confinia eius, quæ nūc ſuperior Saxonia dicit, duobus principatibus Saxonię titulum ſibi uendicantibus: legitima quidē ſucceſſione ad principes inferioris Saxonię omnis regio pertinet: Sed ſuperiorē apprehēderūt Miſnēſes marchiones, cum dignitate electuræ, quę illi inferit principatui. Meditullium aūt huius, quā deſcripſimus prouincię, totū ex Wandalico ſolo redactum eſt in linguā & mores Saxonū: terra uidelicet Brunſwickcēſis, Lunęburgenſis, Magdeburgēſis, Halberſtadēſis. Ad eandē uero nationē pertinet omnis Marchia Brandēburgēſis, ex eodē Wandalico ſolo capta, ac uerſa in linguā Saxonū & mores: quę utiq; lingua, ſi ad lucē ueritatis res inſpiciat, ſola ſeruat ſyncritatē ſuę uocalitatis, ut uerba omnia puro ſono denunciet; non inuerſa ſtridoribus, non cōtorta diphthongis, quomō Fran

corum (Germanos non Gallos dico) Sueuorũ, Bauarorum Auſtralium, in quorꝝ ſtridoribꝰ Hunos, Auares, & reliquos barbaros, qui illis diu incubuere prouinciis, audire mihi uideor, cum frendẽt potius q̃ eloquantur, eadẽ quidẽ quæ & nos uerba, ſed Tartareo ſono cõtorta, ſtridoribus immixta, & multis diphthõgis diſſonãtia, proloquuntur: Et iam, ſi diis placet, etiã noſtri ſtudẽt ſtridores ſuperiorꝝ imitari Germanorũ, quõ & illi, ut fertur, iam linguę ſuę perteſi, Italicã frequentãt, & Flãmingi Gallicã: Ita paſſim Germanorꝝ lingua in anguſtũ deducit: Sed noſtris in Marchia ea ratio eſt ut ſtudeãt ſuis iã principibꝰ Frãci generis, qui auorꝝ memoria Marchiã ſunt cum dignitate electurę cõſequuti: Et in ſuperiori Saxonia Miſnenſibus ueri Saxones linguã coaptãt: ꝙ alienigenę principes ueris Saxonibus excluſis, nacti ſunt memoratos principatꝰ. Viderint ſuperiores Germani, & qui curiã ſequuntur regis Romanorũ, cur Italorũ ſibilos patriæ linguę, ut fertur, prętulerũt. Sed omiſſis querimoniis de iniuria linguę Germanicę, ad Saxones reuertamur: qui & ſi a limite Eydoræ ab aquilone in mediterranea longe procurrãt, tñ a uetuſtiſſima memoria ante natũ Chriſtum annis ſupra mille, etiã maria perquirẽtes nauigabant, per Albim, per Viſurgũ, perꝙ Amaſim in mare Britanicũ, q̃d noſtri uocãt occiduũ, cum interim Germanicum appellent oriẽtale: & cum Danis, Suecis, etiã Phinnis, qui ad aquilonẽ pene ſunt mortaliũ ultimi, non modo cõmercia rerũ, & bellorꝝ incurſus, ſed etiã nuptiarũ fœdera cõciliabãt: Nam bella interceſſiſſe Saxonibus & Danis inde certũ eſt, ꝙ Iutia, quæ eſt Cherſoneſus Cimbrica, nunc parẽs Danis, tum Saxonũ ditione tenebatur: quo tamen duce, & quo tempore Saxones eam cœperint, non tenemus: ſed tempora, & regem, qui illam prouinciã Saxonibus adęmit, tenemus: & in commemorationẽ uocabimꝰ, ſi rem quę pręceſſit priꝰ attingamꝰ.

CA. II.

Vm Danis regnaret Gram, rex ętate ſua clariſſimus, & in pręliis manu promptus, qui ducis ac militis ſtrenuã operã ſępe cõiungeret: cum & ordinibus ut dux preeſſet, & multa prędara facinora ipſe pugnãs ederet, erat Phinnis rex Simblus, qui filiã ſpectabilis formæ, & ſingularis pudicitiæ puellam, iam annis nubilem, ad nuptias collocare diſponeret, ubi primũ ſua fortuna dignũ procũ cõperiſſet: Gram rex iam regno Suecią tenebat cum Dania: inde de finibus controuerſia quoꝙ illi inceſſit cum rege Phinnorũ: utrinꝙ arma parant, & ducũt in aduerſum: ſed tñ priuſ q̃ explicaret acies, colloquiũ fuit de legibꝰ pacis: per quã occaſionẽ rex Danię uidit ſpectatę formę regis Phinnorꝝ filiã: & primo ſtatim aſpectu ita animo perculſus eſt, ut amaret, paciſcereturꝙ cũ hoſte, ſi filiã illi cõiugẽ permitteret, & arma poſiturũ, & prioris copulę ſe uincula ſoluturum: tenebat enim iam cõiugẽ filiam regis Sueciæ, per arma quęſitã: ea aũt fuit gẽtis huius etiã in paganiſmo cõtinẽtia, ut non multis, quomodo Turcę & Saraceni, cõiugibus laſciuirent: ſed una contẽti conthorali, iam tunc Chriſtianũ coniugiũ implere uiderent. Simblus, qui potentioris arma regis non cõtemnebat, pacta comprobans, filiã illi deſponderat: Cum autẽ rex Danię bellum in Norwagiam ſuſcœpiſſet implicituſꝙ magnis

difficultatib⁹ teneret, quibus etiã non facile expediẽdus putaret, Simblus Phinnor⁹ rex prioris pœnitẽs pacti, quod metu quodã concussus inierat, eandẽ suam filiã Hẽrico Saxonũ regi uxorẽ dare cõstituit: apparatibusq⁹ pro regia fortuna factis, iam proxime nuptiar⁹ diem demorabatur: Facile enim fidebat ubi Saxonũ illi arma accederẽt, Danorũ regẽ etiã potẽtissimum sustinere. Tenebãt autẽ tum Saxones Chersonesum Cimbricã, quę est Iutia, ut facile Danos, si in Phinnos mouerẽt, a tergo adorirent, Daniamq⁹ adeo facerẽt infestã, ut suis rebus Dani cõsulere coacti, hostẽ Phinnum obliuiscerent. Sed tum nuptię in Phinnia apparatę, regio luxu ferue scebant, cum superueniens Gram Danię rex nihil metuentibus conuiuis, omnia disturbabat: nam exercitũ quẽ in Norwagiam armabat, in Phinnos cõuertit: ibiq⁹ sponsum regẽ Saxonũ Henricũ, inter sacra nuptiar⁹ oppressit: abstractãq⁹ patri filiã abduxit. Hæc prima in Danicis antiquitatibus Saxonũ mentio. Cum aũt idem rex Danię suscœptũ in Norwagios bellũ prosequeret, Saxones iniuriã occisi regis animo uoluẽtes, arma iunxere Norwagijs, nõ tam illorum charitate, q̃ occisi regis sui ultione: quo in bello Saxonũ prȩcipue armis idẽ rex Danię oppressus, occubuit: Nec enim erat difficile Saxonibus, iam nautico populo, Iutiã tenẽti, in Norwagiam illi non longinquã, arma cõuertere. Quid non ęui ualet mutare longeua uetustas? Iam tum Saxones ibi bella gessere, & ibi conciliauere sibi nuptias, quo nũc floriscẽtibus per littora Germanię mercaturis Saxonũ, uix nauigãt qui pauperiem in ultimis fluctibus tentãt effugere. Sed inde molem & uires gentis metiaris de loginqua militia, & de repositis gentibus, ad fœdera nuptiarum euocatis.

CA. III.

Ifridus rex Saxonicis rebus preerat ea tempestate, qua Haddingus Daniã regno teneret: Exorit⁹ quidam uir audentior q̃ fortuna ferret, qui Daniã e Iutia infestã habuit, territans Danor⁹ regẽ uiribus Saxonũ: nam ipse Iutiã, quę tum parebat Saxonibus, patriã habebat: eadem audacia uersus in Saxoniã, inde prędas agebat: Danorũ arma Saxonibus prętẽdens. Erat ea tempestate Sifridus Saxonũ rex ãlijs implicitus bellis, q⁹ pacẽ ab Tostone (id erat enim uiro nomẽ) qualicũq⁹ cõditione emere cogebat: Pacti cõuẽti placitũ fuit, ut regẽ Danię Haddingũ socijs armis oppugnarent: Firmant⁹ inuicẽ pacta, iungunt⁹ arma, Iutię atq⁹ Saxonię uirib⁹ rex Danię prȩlio cõgressus uincit⁹, fuga sibi per mare cõsulere cogit⁹: Insequut⁹ fugiẽtẽ Tosto, prope erat ut cõprehẽderet: sed elabitur, & reparatis uirib⁹ hostẽ nihil tale opinantẽ aggredit⁹. Tosto accœpto graui uulnere, uix se tutat⁹ ab hoste, in fugã rebus cõuersis se cõȷcit: Inde cũ iam omnia sua suorũq⁹ prȩlijs absumpsisset, utpote qui regi par esse nõ posset, pyraticã, quę tum iusti quęstus nomẽ habuit, aggressus, opes repararuit: & inde iam auctior rebus & animo, patriã reuisit: Danorũ regẽ, cuius exercitib⁹ par esse non posset (q⁹ Saxonię princeps iam illũ auxilio destituerat) in duellũ prouocauit. Tãtus erat regi animus, ut etiã si ob generis imparitatẽ iuste recusaret, cõtemneretq⁹ prouocãtẽ, accœpit tñ oblatã conditionẽ, & cõgressum Tostonẽ strauit. Hęc altera in Danicis antiqui-

tatibus Saxonũ cõmemoratio. Silet interim nobis Cornelius Tacitus, si-
let & Plinius in libris. XX. rerum Germanicarũ: de quibus ne fragmina
quidẽ, ut de Cornelio, extãt: q̃q̃ si supereſſent, tantã antiquitatẽ non attin
gerent: q̃ ante Iuliũ Cæſarẽ & Gallię, & Germanię ſatis eſſent Romanis
incognitę. Teſtat̃ tñ Cornelius Tacit⁹ Batauos, nunc Gelrẽſes, eſſe genus
Cattor̃, hoc eſt Saxonũ: ipſum audiam⁹: Omniũ, inquit, har̃ gentiũ, ni-
mirũ, ad ripã Reni incolentiũ præcipui ſunt Batui, nõ multũ ex ripa, ſed
inſulã Reni amnis colunt: Cattor̃ quondã populus, & ſeditione domeſti
ca in eas ſedes trãſgreſſus, in quibus pars Romani Imperĩ fierent: Manet
honos, & antiquę ſocietatis inſigne: nam nec tributis cõtemnunt̃, nec pu-
blicanus atterit: exuti oneribus & collationib⁹, & tm̃ in uſum prę liorum
ſepoſiti, uelut tęla atq; arma bellis reſeruant̃. Sic Batui, ideſt Gelrenſes,
ex Cattis, hoc eſt Saxonibus prodierũt: Nam & Brabãtini, & Flãdrẽſes
mixtũ ex Saxonibus ſanguinẽ ducunt. Sed hoc ad tẽpora Magni Karoli
pertinet: qui multa millia Saxonũ (quod dicem⁹) cũ liberis, & cõiugibus
trãſtulit ultra Renũ: Nunc ea cõmemoratione cõtenti ſimus ex Cornelĩ
teſtimonio, Batauos, quorũ ille multa præclara attigit in Auguſta hiſto
ria, origine Cattos, hoc eſt Saxones eſſe. Iuuat & illud huic inſerere loco,
quãti faciãt Tranſrenani homines ſuam in Germanos referre originẽ: ipſe
Tacitus loquat̃: Treuiri, inquit, & Heruli, circa affę ctationẽ Germanę ori
ginis ultro ambitioſi ſunt, tanq̃ per hãc gloriã ſanguinis a ſimilitudine &
inertia Gallor̃ ſeparent̃. Audiãt Galli, tumidũ gen⁹ hominũ, teſtimoniũ
Romani authoris: Agnoſcãt hodie Franci genus ſuũ ex Germania, & ipſi
ambitioſi ſunt ab hac origine, gloriã ſanguinis a patribus Germanis mu-
tuantes, ut ſeparent̃ ab inertia natiua Gallor̃. Sed noui hominũ cor altũ,
non recipiẽt Taciti teſtimoniũ, non gloriabunt̃ de Germana origine, ma
gis, ſi licet, erubeſcẽt: nec immerito, quia ſanguis ille dudum exaruit, cum
robore priſco, emolliuit iamdudũ uiros clementia cœli, quod & patribus
eorũ Gallis remur contigiſſe.

CA. IIII.

Vndingus Sifridi filius rem Saxonũ adminiſtrabat, quo tempo
h re Danis regnabat Roe, is qui Roſchildiã ſuo de nomine, claram
quondã in Dania urbẽ fundabat: cuius regis germanus Helgo,
maris imperiũ ſortit⁹, uictricẽ ubiq; claſſem cum circũtuliſſet, per Albim
fluuiũ aſcendẽs, Saxoniã ipſam ferro flãmiſq; uaſtabat. Hũdingus Saxo
num princeps inopinato hoſtis aduẽtu turbatus, tumultuarias uires con-
traxit quas Danis opponeret. Apud Stadiũ exercit⁹ cõuenere: ſtabãt pa-
rati in armis, & copiã pugnandi fęcerant utriq;. Tum rex Daniæ ferocior
animo: Qñ, inquit, in magnis exercitibus præclara uirt⁹ ſæpe non eminet,
tecũ ego Hundinge manus cõſero: ſpectẽt utrinq; exercitus pugnãtes du
ces ſuos, & illor̃ ſe fortuna metiant̃, ut uictũ ſe ſciat exercit⁹ cuius dux ſu
peratur. Non erat decorũ detrectare, nam ignominię tum ſupremę habe
batur, ſi euocatus recuſaret. Cõuenere paribus armis in circũ medio cãpo
deſignatũ, acribus odĩs incurrũt, ſed tum ceſſit Saxonũ ductor: uictoria
Danor̃ erat. Vnde factũ eſt, ut Iutia decedere Saxones cogerent̃. Reuer

ſa eſt igitur hoc tẽpore Cherſoneſus Cimbrica in Danię ditionẽ: nec poſt eum diem Saxonibus legit paruiſſe. Arma quidẽ Saxonũ ſępe illata ſunt in prouinciã, ſępe uaſtata Iutia: Aliquãdo prima pars eius, qui ducatus eſt Sleſwickcẽſis, Saxonibus ſuberat, ſed nunq̃ ex illo die Saxonicũ iugũ Iutia tota recœpit. Rex Danię uictor, recœptę prouincię gubernatores prę fecit, qui ab incurſionibus Saxonũ illã terra mariq; tutarent. Magnũ ea res Stadio uetuſtatis perhibet teſtimoniũ, qñ nullius reliquę urbis memoria celebrat ex illo tempore. Ptolomęus quidẽ multarũ de ſuo tẽpore per Germaniã urbiũ nomina cõmemorat, quarę hodie uel nulla extant ueſtigia, uel nomina ſunt immutata. Stadio tum fuiſſe nomẽ quod nũc eſt cũ duorę regũ inſigni pugna locus illuſtraret, hic locus teſtat: Dorſtadiũ tñ uocãt opidũ priſcũ, unde Stadio teſtant eſſe originẽ. Huius aũt Cimbrię Cherſoneſi iuſtior poſthac mẽtio erit, cum ad ea tempora uentũ fuerit, quibus Cimbri patria egreſſi per Gallias ſe in Italiã contulerunt: inueſtigandũq; nobis erit, quę tum fuerit gens Cimbrorę qñ conſtat hac tempeſtate uictos Saxones prouincia diſceſſiſſe.

CA. V.

g Elderus Saxonũ princeps erat eo tempore, cum inter Hotherum Sueciæ regẽ, & Balderũ inter eiꝰ regni proceres nobiliſſimũ (cui admiratione uirtutis, aut prętigijs magicarę rerum deluſa uetuſtas, opinionẽ iniecerat diuinitatis, cp dijs genitꝰ, propicios haberet ſui generis authores) bellũ eſſet, ob nuptias puellæ, quã utercq; cõiugẽ depoſcebat: aliũ regia dignitas in ſpem adduxit, ut indignũ duceret, ſi imparis fortunę qualiſcũcq; illi prępone ret. Aliũ opinata diuinitas animo extulit: ſed exitus docuit ementitã famã, fuiſſecq; mortalẽ quem diuũ ferebant: Res in apertũ bellũ proceſſit: congerũt arma magnis conatibus. Balderus qui ſuis uiribus par eſſe regi nõ poterat, ad externa reſpexit auxilia: Gelderum Saxoniæ principẽ in ſocietatẽ belli & ſi longinqui deuocabat: nam Saxones nauigationibus aſſueti & ſi Iutiã modo non tenerent, naualẽ tñ operã non intermiſere. Cõuenere nauales exercitꝰ, & pugnã atrocẽ diu paribus ſuſtinuere uiribꝰ: ſed Balderꝰ falſa a popularibꝰ diuinitate donatꝰ, tum ſibi fuga cõſulere coactꝰ eſt: nõ enim ualuit opinata diu diuinitas aduerſus arma mortaliũ: Teſtis Belliportus, Balderi fugam uocabulo refert: Sed nõ idem fugiẽdi animus Saxonibus, perſeueraue re in pugna pertinaciter, donec ad unũ cæſi ſunt omnes. Generoſi animi uiuax uirtus uinci poteſt, fugari nõ poteſt. Gelderũ Saxonię principẽ prelio cõſumptũ, remigũ ſuorę cadauerib ſuperiectũ, ac rogo nauigijs extructo impoſitũ, pulcherrimo funeris obſequio hoſtes extulerũt: Eſt enim uirtus ipſa uenerabilis, etiam apud hoſtes. Cineres eius perinde ac regij corporis reliquias non ſolũ ingni tumulo rex hoſtis tradidit, uerumetiam plenis ueneratione obſequijs in funere decorabat: nihil inferior Pœno Hannibale, qui cæſum Marcellum uenerabiliter remiſit ad Romanos.

CA. VI.

i Nterceſſere ex hinc anni nõ pauci, donec ad Wermũdũ regẽ Danię ſceptrũ perueniret. Is cum florẽs ęuũ ſterilis ſine prole pęgiſſet, in ſenecta filiũ ſuſtulit Vffonem, ingenio tñ, ut uidebat, craſſo, ut non ho

mo ſed ſtatua putaret: pater aliquãto ſe fœliciorẽ ratus eſt, ſi filiũ non haberet, q̃ ea ſtoliditate beluã humana forma nutriret. Acceſſit ſenectę incõmodis oculorꝫ defęctio: cui⁹ rei fama peruenit ad Saxones, aſſiduos Danorũ hoſtes, quos deturbatio antiquæ poſſeſſionis in Iutia cõtinuo perurebat. Qui genti tum preerat nomẽ in annalib⁹ non habet, ſed tñ ꝙ ſublimi fuerit uir animo, legatio quã miſit ad regẽ Danorꝫ oſtendit: cui⁹ hęc ſumma fuit, uir grãdęu⁹, & qui ſenio deficit, etiã cœcitate percuſſus, ſponte regno cederet Saxonibus, nec in diſcrimẽ mitteret exercitũ ſuũ: regem Saxonũ, ubi ſceptra Danię illo tradẽte acciperet facturũ ut non illũ pœniteret adoptionis, meliorẽ ſe illi futurũ filiũ q̃ illam beluã, quam ſub imagine oris humani nutriret in aula. Superba legatio regem ſenio fractũ uchemẽter cõmouit: altecꝫ ducẽs ſuſpiria, cõtẽptũ ſui nõ leuiter ferebat: reſpõdit tñ: modeſtius facturũ Saxonũ regẽ, ſi paucos qui ſeni ſupereſſent dies pręſtolat⁹, tum ſceptra inuaderet Daniæ, cũ ille in fata cõceſſiſſet: nõ eſſe ſatis modeſtũ, ſenectutẽ probris exaggerare: leuius ſe arma q̃ ignominiã ferre: ſi tñ ille arma inferat, inuenturũ in Dania militiã qua occurrat ueniẽti. Ad hęc legati: Nihil opus eſſe totis rem exercitib⁹ peragere, ad commẽdia trãſeundũ: Filiũ ſuũ Saxonũ rex regis filio opponet in duello. Tum ſenior: Quid opus eſt cumulare probra probris: fathiſcẽtẽ irriſiſtis ætatẽ, nũc exprobratis etiam ignauiã filij, quaſi mea ex me culpa talis ſit editus. Aſtabat legationi Vffo filius, & inexpectata omnibus uoce cõfidẽtiſſime a patre ueniã loquẽdi popoſcit. Senior quis eam a ſe loquẽdi licẽtiã depoſceret rogat? Proceres eſſe Vffonẽ filiũ reſponderũt. Tum ille: Non ſatis uiſum eſt uobis ad calamitatẽ meã ab exteris mihi inſultari, qñ etiã a domeſticis probrũ irriſionis cumulat. Illi q̃ſancte iurãt, eſſe, qui loqueretur, Vffonẽ filiũ. Quiſquis eſt, inquit, libere q̃d ſentit proloquat. Tum Vffo: Qñ, inquit, tam ſuperba legatione & patriã maieſtatẽ, & regiã dignitatẽ Saxones cõtaminaſtis, agnoſcite regi Danorꝫ ſupereſſe filiũ, qui geminos ex uobis prouocet in certamẽ: regis ueſtri prodeat fili⁹, armigero quẽ uelit comitat⁹: ego duos unus excipiã. Accœpere cõditionẽ legati, abeũtes. Wermundus propius iubet adeſſe filiũ, ut manuũ miniſterio diſcat, ſi ille ſit quẽ eſſe teſtent. Grandia filij mẽbra cõplexus pater, credidit eſſe quem uolebat. Tum ad filiũ: Cur, inquit, fili tã diu latuiſti taciturnitate, & ignauię ſimulatione abſcõditus? Ad quod ille: Quãdiu tu pater integris uiribus regnũ adminiſtraſti, nihil opus fuit aut uocis meę miniſterio, aut ulla forti in rebus gerendis opera: Nũc qm̃ te uiriũ tenet defęctio uſqꝫ ad contemptũ exterorũ, credidi eſſe uicis meę, & ſuperbiã uerbo retũdere, & forti opera te patre dignũ filiũ oſtendere. Cur ergo, refert ille, un⁹ duos prouocaſti? Vt abolerẽ, inquit, gentis Danicæ nuper obiectam ignominiã, ꝙ duo unũ Atiſlum Suecię regem deiecerũt. Exultãs pater, arma filio iubet expediri: nulla enim aut patris, aut cęterorꝫ procerũ grãdibus ei⁹ artubus poterãt coaptari: diſciſſa tñ ad locũ tegẽtis clypei, utcũcꝫ illi paterna ſunt arma coaptata: Gladiũ unũ cęteris incõparabilẽ pater in delicijs habebat, hunc ſolũ filio parem ſperabat, qñ cæteri ad primã uibrationẽ diſſilierũt:

Eydora fluui⁹ limes antiquus Danicę atq; Saxonicę ditionis, loc⁹ pugnæ deputat. Prodiere hinc Dani, inde Saxones: medius in flumine locus qui extabat deligit. Pater Wermūdus &si cœc⁹, pugnę deesse non patit: certus de ponte in fluuiū se mergere, si filius uinceret. Processere pugnaturi Saxo cum armigero, quib⁹ un⁹ Vffo opponit: Prouocat ille utrūq;: Nec minores animis Saxones diuisis operis, non una cōcurrebant. Primus armiger ictū ferens incurrit, sed frustratus est: nam hostis declinabat: subla taq; dextera caput Saxonis Vffo diffidit. Cœcus pater ictū gladij ipso sono dijudicās, qua parte hostē, rogat, ceciderit. Illi respondēt uno ictu totū peremisse. Redibat seni spiritus, & æquatis iam uiribus, q; unus uni cōsligeret, certior illū uictorię spes cōprehēdit. Succedit in pugnā Saxonū regis filius, & elusis aliquādiu altrinsec⁹ ictibus, idē fuit regio iuueni exitus qui armigero: Iam & pater uictoris sonitū uibrati gladij cauti⁹ agnouit, & plenam iam filio constare uictoriam lętus accœpit. Hic tum erat exitus superbæ Saxonum legationis: Nam iugum quod tum Danis imponere satagebant, ipsi accœpere.

CA. VII.

Vb hoc rerū statu non diu Saxonia permanebat: excusso enim tributariæ subiectionis iugo, populus ad libertatem natus, se in illam protinus uendicauit: & aliquot Danor; regibus in medio detritis, cum idē regnū ad regē Dan eius nominis. III. peruenisset, cōtinuatis belsis Saxones cum gēte Danor; decertātes, statuerūt aliqn̄ totis uiribus de summa rer; decernere: Vrebat Saxones ereptę dudum Iutię memoria, si quādo uiriū intēta cōflictatione ad eā redire possent. Rex Danię Dan puer, duodecimū ętatis agebat annū, cum legationem mitteret Saxonū princeps in Daniā: aut tributa Saxonibus Dani pensitarēt, aut bellum de rer; summa expectarēt. Bellū maluerūt proceres: q̄d tāto apparatū est omniū regnicolar; studio, ut ante expectatū hostibus in Albi occurrerēt, tāta naui⁹ multitudine, ut amnē nauigabilē diu ita implerēt ratib⁹: q; uelut ponte facto nauib⁹, de ripa trāsirēt in ripā. Nec Saxones segniores, & ipsi uno decūq; cōtractis uirib⁹, obuiā hosti, pficiscunt, & collatis armis is fuit exitus qui esse plerūq; solet: nam qui ad prælia alacriores hostibus in sua occurrūt, sœlicius cōperti sunt dimicare, q; melius res in hostico q̄ in suo solo usu cōpertū est procedere. Vincunt Saxones, & tributa quę Danis intētauerāt, ipsi cogunt suscipere. Hoc mihi loco interfandū putaui, ne quis miret solas eas Saxonū res sermone perstringi quæ illis fuere cum Danis, nihil uero ex mediterraneis attingere. Sed & illud mouebit forte lectorē, in cunctis quas memorauimus cōtrouersijs Danos semper Saxonū uicto rei una causa est, q; ex antiquitatibus tantę uetustatis nullus nobis prętet unū Saxonē Sialandicū Danię illustratorē, author est: & ideo rer; mediterranear;, quas ille nō attigit, quę tn̄ non minores, etiā illustriores putari possint, nulla nobis memoria est: nec in ea parte habēt cętęrę nationes q̄d illis inuideamus, aut quod nostrę antiquitatis obliuione possiunt obtende re; nam pauci, mille annorū memoriam uix explicāt; ineptias enim plures

prę ferũt, quę somnijs simillimę sunt: quod nos de Francis cõgentilib⁹ nostris, ab olim Germanis, suo loco ostẽdem⁹. Iam uero quis mirabit Danicum scriptorẽ, Danicis rebus multũ tribuere: q̃d & Romani suis, & Grę cis Grę culi fę cerũt. Q. si eadẽ prędit⁹ dicendi facultate Saxonicas res uir genere Saxo cõmemorasset, aliam rerũ formã narrãdo prętẽderet. Studet enim quisq; suę nationi illustrandę.

CA. VIII.

Pse tẽporũ, quę attigim⁹ ordo, nos cõmonet: ut Cimbrorũ mentionem hoc loco introducam⁹: Iam enim peruenim⁹ ad uicina ei⁹ sęculi, quo ueritas de terra orta est, & iusticia de cœlo respiciens, obuiauerũt sibi in osculo pacis, in mediatore Dei & hominũ Christo dño omniũ sęculorũ Saluatore: Ante cui⁹ ortũ annis plus quinquaginta, Cimbri cum Theutonib⁹, Amburones cum Tigurinis, magnis exercitib⁹ per Gallias mouentes, in Italiã cõtenderũt: & occurrẽtes sibi, Romanorũ uarijs in locis cõsulares exercit⁹, cum ducib⁹ suis obtriuerũt: Nouissime & ipsi a. Q. Catulo, &. C. Mario Romanis cõsulib⁹, ad internecionẽ, ut ferunt Romani, deleti. Hæc de Romanis historijs nobis testatissima sunt. Sed non ita cõpertũ nobis est, quę gens fuerint Cimbri: Dani, Saxones, an Wãdali: aut promiscuę omnes, aut ex his quędam: quod prę senti loco nobis pro uirib⁹ explanandũ. Nam Romani scriptores sola Cimbrorum cõmemoratione cõtenti, nihil super eius gentis sedibus & origine attigerunt. Cimbros aũt habitare in Chersoneso, quæ a Saxonib⁹ procurrit in boreã, inter duo maria, Britãnicũ, & Germanicũ (Nostri uocãt Orientale & Occidẽtale) ipsi⁹ Ptolemęi descriptione certũ habem⁹: Idem Strabo & Tacitus asseuerãt. Nam Tacit⁹ ętate sua, ad utrancq; ripã castrorũ uestigia cerni cõmemorat, ad magnę rei fidẽ, & molẽ gentis metiẽdã. Hęc est prouincia, quã nũc Iutiã uocam⁹: in qua prę ter ducatũ Slesswickcẽsem quatuor sunt episcopat⁹, non Italicis angustijs dimẽsi: & magna ei⁹ portio regi Danię cẽsualis paret. In hac habitasse Cimbros, triũ q̃s diximus testimonio est certissimũ: Sed quę gens fuerit, Dani, Saxones, aut Wãdali (oẽs illi per uices eã tenuere prouinciã) hoc quęrimus. De Cimbris quidẽ testat Strabo his uerbis: Peninsulã habitãtes ingenti quadã inũdatione cõpulsi natalia loca deseruerũt: nunc uero consuetã priorib⁹ annis regionẽ inhabitãt: Augusto q̃q; Cęsari lebetẽ, plurima sibi sanctitate cõsecratũ, dono misserunt, ei⁹ amiciciã postulãtes, ut iniurias quę pri⁹ subierãt obliuione delerent, cõpotesq; uotorũ facti remearunt. Dictu, pfecto ridiculũ, ut hoĩes ad maris ęstus, quos perpetuo natura efficit, per dies singulos bis accedentes, indignati e patrio solo digrederent. Tacit⁹ quoq; in descriptione Germanię: Undẽ, inquit: Germanię sinũ haud dubie ad mare Balticũ, proximi oceano Cimbri tenẽt, paruę nũc ciuitates, sed gloria ingẽs, ueterisq; famę late uestigia manent: utraq; ripa castra ac spacia, quorũ ambitum nunc q̃q; metiaris molẽ, manusq; gẽtis, & tam magni exit⁹ fidẽ. Ptolemę⁹ ut diximus qui sub Hadriano scripsit Imperatore, testat Chersoneso, quę in mare Germanicũ excurrit habitasse Cimbros. Sed q̃d gen⁹ hominũ fuerit, cui ea sit appellatio, hoc requirim⁹. Strabo Possidoniũ facit testem, Cimbros

latrocinãdo incertis errabũdos ſedibus, ad paludẽ uſq; Meotim militiam agitare: Inde cõtracto uocabulo q; Cimbri ueteri Gallorũ lingua latrões uocitent: ab eis uocitari Cimmeriũ Boſphorũ quaſi Cimbrũ: cum Greco corum lingua Cimmerios Cimbros uocitet, Plutarchus aũt in Mario de Cimbris teſtat in hũc modũ: Populos eſſe Germanicos ex his qui ad boreum oceanũ ſedẽ haberẽt: q; homines magno corpore horrẽdiſq; oculis eſſent. Nam apud Germanos, ait ille, Cimbri prædones appellant: quod Strabo de Gallica, Plutarch⁹ de Germanica interpretat lingua: In hoc tñ cõſentiũt, q; uterq; latrones eo uocabulo aſtruit ſignificari. Quidã ferunt Celticã terrã propter magnitudinẽ regionis: ab extremo mari, a ſeptẽtrionalib⁹ climatib⁹ ad orientẽ uerſus Meotim fluuiũ cõuerſam, Ponticã Scythiam attingere, & hinc factã gentiũ cõmixtionẽ. Homerus quoq; gentẽ Cimmeriã ab extremis occidui mũdi aduenisſe, Boſphoreũq; Cimmeriũ de ſuo nomine fęciſſe, teſtatur. Cõſona triũ teſtimonia illuc uergũt, ut ſuſpicemur Wandalorũ gentẽ olim Cimbricã a rapinis appellatã, eam eſſe quę a uetuſtiſſima memoria, ab occidua mũdi regione, quã dixim⁹, habitaſſe Cimbros, per maritima Germanici oceani uerſus oriẽtẽ, per Pruſſiã atq; Poloniã, per Sarmatiã, nunc Tartareã, uſq; ad paludes Meotidas tenuiſſe medias prouincias: Teſtis eſt lingua, quę etiã nunc ueterib⁹ Wandalis, quorũ apud nos ſunt reliquię Bohœmis, Polonis, Ruſſis, latiſſimæ genti una eſt.

CA. VIIII.

Am & pro alijs faciũt cõiecturę, q; aut Saxones fuerint, aut Danni, qui ſunt dicti Cimbri: Q; em̃ Dani fuerint, qui ſub Cimbrorę nomine ,pfecti ſunt cũ Theutonib⁹, & alijs Tigurinis, & Ambronib⁹ inde apparet: q; per ętatẽ illã, Dani eã ,puinciã tenuerũt: Dudũ em̃ Saxones inde eięcti fuere, & iã ſub potẽtiſſimo rege Frotone Iutia quieuit circa natũ Chriſtũ. Strabo, ut dixim⁹, ſuſpitionẽ induxit cũ cõteſtib⁹ ſuis q; fuerint Wãdali, qui Cimbri ſunt appellati: Nã latrocinãdo incertis errabũdi ſedibus, Cimbri ad paludẽ uſq; Meotim militiã agitarũt. Sed qui poterãt agitare militiã tã lõginquã, niſi Wãdali extitiſſent, qui per gẽtiles ſuos Wãdalos, omnia media tenẽtes, facile ad Meotim attingerent: Nam alienã nationẽ ita uagari intra ſuę ,puincię limites, Wãdali non tuliſſent. Ptolemę⁹ aũt cogitationẽ inięcit, Saxones ea applicatone cẽſeri: eſt em̃ nõ gẽtis, ut dixim⁹, ,ppriũ, ſed a mala inięcta qualitate appellatiuũ, q; Cimbri latronẽ ſonat. Saxones aũt ſic tum a uicinis appellatos credi poteſt q; fero cia gẽti ſit cognata. Sed auget ſuſpitionẽ q; Ptolemę⁹ nominat Cimbros mediterraneos, qui a mari recedant in Auſtrũ: hi autẽ fuere Saxones: qui cum diu lutiã tenuerint, ibi a Ptolemęo credi poterant ętate ſua habitare: Nam q; in mediterranea recedãt cõpertiſſimũ eſt. Quid igiť in hac uaritate cenſem⁹? Ego ſine controuerſia Danos Iutas fuiſſe exiſtimo: qui tum appellatione Cimbrorę, cũ Theutonib⁹, hoc eſt Saxonib⁹, & cęteris nationib⁹ Italiã petiere: Nã Dani, ut dixim⁹, ea tẽpeſtate tenuere Iutiã, ,puinciã & poterãt hi militiã agere uſq; ad Cimmeriũ: cũ Gothis enim dudũ exibat ea gens, & habitabat ad Cimmeriũ, deinde ad Danubiũ: ubi de ſuo

nomine Daciã fecit uocari prouinciã: quod in Suecia nostra ostendimus: & in mediterranea, pcessit, ea potissimũ ętate, qua Danorũ proceres Saxoniam sue fęcere ditionis. Nec iniuriũ est, Iutas Danos, appellari Cimbros ideſt latrones, ꝙ militiã late agitauerint, per maria, per littora, per terras, usq; adeo, ut nauigantes aliqñ Constantinopolim pulsauerint, longissima circuitione usi: quod in Norwagia ostẽdim⁹. Nec iniuriã quis putare debet, si aut Dani, aut Saxones, aut Wãdali, Cimbri, hoc est latrones, appellentur, cui in mentẽ uenerit, quid Alexandro respõderit princeps piratarũ: cum ille rogaret, quidnam illi esset ꝙ mare teneret infestũ? Hoc ipsum inquit, rex quod tibi, qui terrarũ orbem fatigas: Sed quia ego pauculis nauibus rem perago, pirata dicor: Tu quia magnis exercitib⁹ uim facis, Imperator diceris. Ita prorsus se res habet: Verũ dixisse libera uoce rex comprobabat, impune dimittẽs. Quid, oro te, Romanos adęgit, infestum sibi facere mundũ, nisi libido dñandi, & amor habẽdi? Ea fuit caussa Danorũ quę illis inscriptionẽ faciebat, ut Cimbri, hoc est latrones dicerẽt. X.

A Cimbrorũ gens annis ante uirgineũ partum supra qninquaginta, sedib⁹ suis exita cum uxorib⁹ & paruulis, nouas petere sedes annixa per Gallias, teste in cõmentarijs Cęsare, iter tenuit in Italiã. Profectos aũt patria, duxisse per Saxoniã: quę nũc Westphalia est, & inde transmisso Reno, in societatẽ belli, ex Gallijs accœpisse Amburones & Tigurinos. Gallici autẽ Scriptores, solita leuitate, Cimbros uocant Brabantinos, aut Flandrẽses: & alios alijs, pro suo arbitrio deputãt populis. Sed Ptolomęus, Strabo, Tacitus, Plinius, grauissimi testes, submouẽt Gallorũ leuitatẽ, ostendentes qui fuerint Cimbri, habitãtes in chersoneso duorũ marium. Accedit testis alius, omnib⁹ authoritate incõparabilis. C. Cęsar, qui in cõmentarijs testat̃ de Cimbris: Cum enim de Aduaticis Gallorum ciuitate loquereť, inter alia dicit: Ipsi erant ex Cimbris Teutonisq; prognati, qui pertranseuntes Gallias, impedimẽta cum inualidis ad arma sub pręsidio reliquerũt: Qui, inquit, cum iter in Italiã & prouinciã nostrã facerent, his impedimẽtis, quę secũ agere & portare nõ poterãt, citra Renum flumen depositis, custodiã ex suis, ac præsidia, sex hominũ millia, una reliquerant: priusq; tñ Italiã per alpes attingerent, longo circuitu sub ipsis alpib⁹ transeuntes Macedoniã uastauerunt: Ibi Papirius Roman⁹ consul cum exercitu fusus: Inde uero Aureli⁹ Scaurus cõsulis alteri⁹ legat⁹, cum exercit⁹ eius deleret̃, ipse uiuus in man⁹ Cimbrorũ peruenit: & cum in cõcilium ab his euocatus, deterreret eos, ne alpes transirent, Italiã petituri, ꝙ diceret Romanos uinci nõ posse, a Bolo rege feroci iuuene occisus est. Ab eisdem Cimbris. C. Manlius, &. Q. Seruilius procõsules, uicti prelio, castrisq; binis exuti sunt. LXXX. millia militũ ceciderũt, calonũ atq; lixarũ XL. millia: Secundũ populi Romani iussionẽ, Cepionis (cui⁹ temeritate clades accœpta erat) dãnati, bona publicata sunt, primoq; post regẽ Tarquinium, ei Imperiũ abrogatũ est: Caio Mario (qui nisi illi ęculo cõtigisset, actũ fuisset de nomine Romano) propter Cimbricũ bellum, cõsulat⁹ per plures annos prorogat⁹ est: Secũdo & tertio cõsulatu absens creatus

est: Quartū consulatū dissimulanter captans, cōsequut⁹ est. Cimbri uasta
tis omnib⁹ circa Rhodanū, per Pirenęū sunt saltū in Hispaniā transgressi:
ibiq; multa populati, a Celtiberis retroacti sunt: reuersiq; in Galliā, belli
cosis se Theutonis coniūxerūt, prius tñ uastata Hethruria, cū Romani in
terim trāsmarinis impliciti bellis, matrē Italiam defendere ab Cimbris ne
quiuerunt. Hanc aūt Cimbrorꝝ expeditionē, nec Cimber quidē glorios⁹
efferret, q̄ est a. C. Tacito cōmemorata: Sexcentesimū, inquit, & quadra
gesimū annū urbs nostra agebat, cum primū Cimbrorꝝ audita sunt arma
Cecilio Metello, ac Papirio Carbone cōsulibus. Ex quo, si ad alterū Impe
ratoris Traiani consulatū cōputemus, ducenti ferme & decem anni colli
guntur: Tamdiu Germania uincit: medio tam longi æui spacio multa in
uicē damna: nō Samnis, nō Pœni, non Hispanię, Gallięue, ne Parthi quí
dem sępius admonuere: quippe regno Arsacis acrior est Germanię liber
tas: Quid enim aliud nobis, q̄ cędem Crassi, & ipse Ventidio uict⁹ Paco
rus, nobis Oriens obiectarit? At Germani Carbone, & Cassio, & Scauro
Aurelio, & Seruilio Scipione, M. quoq; Mālio fusis, uel captis, quinq; si
mul cōsulares exercit⁹ populi Romani abstulerunt. Sed hui⁹ tam indomi
tę uirtutis hic tum erat exit⁹, ut cū diuisis copijs Theutones cum Ambu
ronibus ex Gallijs, Cimbri uero seorsum per Vindelicos, alpes penetrarint
in Italiā, Theutones uicti sub alpib⁹ ad aquas Sestias a Mario, Cimbri ue
ro, cum postulatas a Romanis sedes nō acciperēt, apud Athesim pugnan
tes, duorꝝ consulū iunctis copijs, Romanę uirtuti cōcesserunt: quā uicto
riam, & si Mario magis inscribendā Romani putauerunt: uirtute tñ mili
tum Catuli consulis rem actā, alij scriptores nō silent. Non tñ ad interne
cionem tum cęsam gentem crediderim, & si multa sint millia inrerępta.
Strabo quoq; testis accedit, qui, ut supra meminimus, sub Augusto pa
cem petentes testatur impetrasse. Postea uero, quia Romanis ab ea gente
pax fuit, nemo gētis facit ullam mentionē: nec inter nostros Cimbros in
uentus est, qui literis mandaret rerū successiones, in magna ueterū, quod
ad literas pertinet, inopia: malebāt enim fortiter facere, q̄ aut docte loqui,
aut erudite scribere ad memoriam posterorꝝ.

CA. XI.

Ac de Cimbris nō iniucūda interposita cōmemoratione, ad Sa
h xones nostros reuertamur: qui crebris colluctationibus cōgressi
Danis, uaria fortuna fuere: nūc superiores, nūc deięcti. Nā Fro
thoni Magno, cui⁹ tempora ad natum Saluatorē pertigerant, & filio eius
Fridlęuo, æque ad arma uictorioso, regib⁹ tributa pependerunt. Sed iam
regno deuoluto, ad Fridlęui filiū Frothonē puerū duodēnē, Saxones iu
gum excutere maxima ui armorꝝ cōtenderūt. Principes tūc Saxonię fue
runt, Swerting⁹ & Hanefus: qui cōtractis undecūq; auxilijs, magno prę
lio hostib⁹ nō imparatis cōcurrerunt: Tam difficili labore diu sudatū est
in acie: ut magnitudine stragis utrinq; factæ, utraq; sibi pars uictoriā re
putabat: Dani Saxones, & illi Danos profligasse sunt arbitrati: Cōtentio
ad duellū peruenit: Fidebant Dani Starcatero, monstruosę magnitudinis
& roboris homini; cui⁹ proceritati uiriū acrimonia respōderet, cuiusq; de

fortitudine plura in Suecia ſcripſimus. Saxones pugilē prę ferebāt Hamā: eque inter ſuos fama illuſtrē: cui, ut diſcrimen non recuſaret, tātum ſe auri cōgeſturos pollicent, ut molē corporis eius ſuperaret. Virum fortē uirtutis & glorię maior q̄ auri cupido tenet. Operas pollicet: nec terret gigantea mole pugilis cum eo cōgreſſuri: poterat enim maior in exiguo regnare corpore uirtus. Ab initio quidē Saxones regē iam ætate adultū, iam rebus fortibus pro inuicto habitū, ad monomachiā depoſcebant: Sed Dani indignū rati, regem imparis fortunę obiectare homini, Starcaterū illi fęcere uicariū. Venitur in campū qui pugnę metatus eſt: Hama fiducia uiriū, q̄ iuuenili floreret robore, uirū ętate iam fractum, ad luctamen depoſcebat: aggreſſuſq̄ prior hoſtem, pugno petitū ita impulit, ut terrę adęgerit nutabundū. Palluerūt Dani: ita enim impellentis Hamæ pugno deiectus eſt Starcaterus, ut genibus nixus, humū mento cōtingeret. Sed ubi ſenior collegit uires: ſeſe erigēs, ad gladiū decurrit: non iam luctamine, ſed ferro rem peracturus: nam toto anniſus corpore, gladiū diſtrinxit in aduerſum: nec illum fefellit impetus: nam mediū Hamæ caput ictū diffidit. Ita peracta uictoria Dani tripudiauere. Hunc ego inſignē exitū tribuiſſe loco nomen ſoleo ſuſpicari, in quo peracta ſit pugna: ut ab eo uicto Hama dicerętur: unde poſtea de propinquo erecta urbs, Hamburgū nuncupare: non ab Hāmone Lybico: nam ei⁹ memoria quomodo potuit ad noſtros permanare. Hac elati uictoria Dani, iugū aggrauabāt in capita Saxonū: Sed non deerat Saxonibus anim⁹, pro libertate, quæ fortibus uiris uita charior eſt, uitā pacīſci. Itaq̄ Hanefus alter ex principibus, non deſtitit liberādę patrię per dies & noctes operā impendere: auxilia undecūq̄ cōtrahit: auctiſq̄ in bonū modū copijs, bellum Danorę regi denūciat. Ille uero paratum deduxit exercitū: quem idem Danię rex ſemper expeditum habebat: Nam nauibus traiecit Albim: quę enim ultra fluuiū fuere, priori uictoria Danis ceſſerunt. Congreſſi, cōſeruere manus: Ibi dux Saxonū cadens, uictoriā hoſti reliquit: & loco pugnę nomen ſuū indidit: Hanefro iuſſit appellari, q̄ Hanefi ſemen ibi moraret: Nam fro Dani ſemē uocant. Eum autumo locum, qui nūc Hanofer, detorto parū, ut fit, nomine, uocitat. Quæres ad cōiecturā accedit, Hamā quoq̄, q̄d dixim⁹, ſuo loco nomē indidiſſe. Sed in rebus obſcuris ſit locus cōiecturę.

CA. XII.

Wertingus alter ex Saxonū principibus, cum ad liberandā probro patriam omnibus rebus cōtenderet, nec armis hoſti par eſſet nec fortuna, non quieuit tamē omnes intentare uias recuperandę libertati: dolum parabat: qñ dolus, an uirtus, quis in hoſte requiret? Danię regē ſimulata fiducia accœpit in ſua: nil dubitantē q̄ armis ſuor⁹ præmunitus, nihil hoſtile formidaret: Medio in cōuiuio ignem iuſſit triclinio admoueri: paratis omnibus ex cōpoſito, quę cōflagrandę domui inſeruirent. Vtrinq̄ ferent ea facta minores: Vincet amor patrię: Non dubitauit ipſe cladi accedere, dūmodo ſecū hoſtē opprimeret. Ea eſt Deciorū apud Romanos inſignis gloria, caput ſuum pro ſuorū incolumitate deuouere. Nam & in ſacris literis ea res laudis ſuę habet exemplū. Samſon ille gen-

tis Hebrꝛæ propugnator,cum gẽti ſuę non alio ſe uidit futurũ uſui, cõcu
tiens,cui omnis imminebat regia,columnã,hoſtes oppreſſit, ipſe cõmori-
ens.Filij aũt Swertingi,ut ultionẽ paternę necis in filio, regni Danici ſuc
ceſſore,prꝛeuenirẽt,adoleſcentẽ nuptijs germanę ſororis cõciliarũt:ex qua
ille filios ſuſcœpit patrij regni ſucceſſores.Stetit hoc in rerꝛ ſtatu diu qui-
eta Saxonia. Verſati ſunt fratres reginę Danorũ in regia Danię: & tran
quillitati rerũ ſuarꝛ ſic conſulebãt: Regẽ cõuiuijs,& cęteris illecebris de-
uinctũ habentes,donec Starcaterus uir fortiſſimꝰ aduẽtaret:qui ut in Da
nia ſcripſimus,ita Danię regẽ ſermone uelut igne inflãmauit, ut ſacra ho-
ſpitij ac menſę ſuę temeraret:occiſis in cõuiuio leuiris,hoc eſt,uxoris ger-
manis fratribus:Sed tamen tributa in Saxoniã ceſſauere:iam Saxonibus
libertatem ſuam pulchre per arma tuentibus. CA. XIII.

Vę interim in meditetraneis Saxonię geſta ſunt,ſilentio tegunt:
q ipſe Tacitus Auguſtæ ſcriptor hiſtoriæ,nimiũ ſuper his rebus ta
citus eſt.Plinius aũt in uiginti rerũ Germanicarꝛ libris totus no
bis obmutuit:Nam quę per hęc tempora a Druſo Nerone Auguſti pri-
uigno geſta ſunt in Germania,in qua ille diu fœliciter rem geſſit,penitus
non tenemus: niſi cꝫ Strabo narrat eundem ducem in Amaſi rem nauali
prꝛlio geſſiſſe aduerſus Bructeros (pars fuit illa Saxonum)Nam Amaſis
Saxoniã perlabitur: in Chaucis, hoc eſt Phriſijs, mari mixtus.Quis igitẽ
neget mediterraneis Saxonibus ducẽ Romanũ cõſeruiſſe manus:qñ etiã
a mari tonans, in Amaſi Bructeros, hoc eſt fluminis accolas,nunc dictos
Weſtphalos, olim Saxones, & ante Bructeros, perdomuit: Cuius per
omnẽ Germaniã diu inter proceres tam celebre nomẽ fuit,ut cum ingen-
ti deſyderio memoriã illius repeterẽt.Teſtaꝫ Petrarcha extitiſſe ſua ætate
Romę triumphalem arcum Druſi Neronis,cum inſcriptione,cuius caput
diſiꝛctum legi non poterat: ſed tamẽ hos uerſiculos tum a ſe lectos in illo:
Ad diuortia Reni Peruaſi,hoſtiles depopulatus agros, Dum tibi Roma
decus,ęternaꝗ ſudo trophęa:Hiſter pacatis leuior ibit aquis. Tanticꝗ fę-
cit res in Germania geſtas,ut filium exinde Germanicũ iuſſerit appellari.
Ad Salam uſꝗ fluuiũ,quod cõſtat,peruenit: Albim an tetigerit incõper-
tum eſt: Nam ultra Albim uetuit Auguſtus legiones ſuas trãſire:ſatis du
cens,gentẽ intra eum limitẽ in fide cõtinere: in quibus ſine cõtrouerſia Sa
xones erant:ſiue tum Saxi,ſiue Catti dicerentꝫ: Germanicus quoꝗ Druſi
filius,bono patri in Germania optimus natus filius,patriam ditionẽ cum
ſumma laude regebat: exemplo patris in mãſuetudine & lenitate plura in
Germanis q̃ ſeuero imperio procurãs: Meminerat periculũ Quintilij Va
ri: qui ſub eodẽ Auguſto cum inſolẽtius liberę gẽti imperare contẽderet,
cum tribus legionibus a Germanis eſt ad internecionẽ deletus.Quã rem
ferturidem Auguſtus tam tuliſſe indigne,ut inſaniẽtis more caput illidẽs
parieti,exclamaret: Redde Germaniã Quintili Vare,redde Germaniam.
Reddidit Druſus Nero,priuignus eius,ut diximꝰ, uir mãſueti animi:quẽ
Roma expectabat Auguſto ſucceſſorem, niſi illũ mors ante Auguſtum
abſtuliſſet. Eadem fuit expectatio de filio Germanico, ut Tyberio ſucce-

deret: sed illa q̄q̄ frustrata est. Ad Saxones redeam⁹. CA. XIIII.

Iwarus per ea tēpora quidā ex nobilitate Saxonū eo prouectus
s est, ut cum regia Danici generis stirps prelijs excisa ad unā Geri
tam puellā deuenisset, iamq̄ procerū uolūtate, eum regem Dani
sibi deposcerent, quē illa dignaret maritū: hoc certe decernētes, sue quisq̄
spei seruiebāt: existimantes unū aliquē ex suo numero deligendū a puella
maritū. Sed sordebant nobili puelle natales omniū procer̄ suorū: quibus
ipsa regina iusto emineret principatu. Siwarus aūt Saxo & ipse interposi-
tis amicis, rem statuit pertētare. Non recusauit puella: sed graue ac diffici
lem conditionē placito inuexit: obtendēs, procanti, futurū spondēs quod
peteret, si ille regni Danici mēbra per proceres distracta, adunaret. Equi-
dem rege deficiēte, cum iustū uacaret imperiū, quisq̄ partē sibi desumpsit
quā pro sua defensitaret. Aegit tum Siwarus cum regni primorib⁹: alijs
gre nundinatis, alijs per arma deterritis, alijs etiā per promissa ad se incli-
natis, ut uni sibi pars magna cederet regnaturo. Parant regio luxu rega-
les nuptie: nec deerat aliquid spei pr̄eter expectatū nuptiar̄ diē. Erat qui-
dam Noricę stirpis regio de sanguine nobilis adolescēs Haldan⁹: qui ad
easdem nuptias aspiraret: Nam eadē illi puella non nihil spei fecerat: sed
q̄ tum diuturnā & longinquā militiam ageret, iamdudū nihil ex eo certi
compertū esset, fato funct⁹ credebat: apud Russos enim militabat. Fama
uero nuptiar̄, q̄ Saxo uirgine regia & regno donaret, aures usq̄ perlabi
tur Haldani: Deseruit quę tractabat omnia: & raptim exercitu cōtracto,
ipsis nuptijs interuenit: & dispositis per oportuna loca militū pr̄esidijs, se-
uiebat in cōiuātes. Primū uero spōsum ferro p̄culit: inde resistentes sine
discrimine repulit. Habebat uero non paucos in regno & regia, ut fit, qui
occulte illi fauerēt: & ubi peruentū est ad rem, etiā partes eius adiuuarēt.
Ad extremū ergo omnes qui uotis eius aduersarent perdidit: spōsam ab-
duxit: qua ad legitimas nuptias cum regno est potit⁹. Hęc sunt quę de Sa
xonū antiquitate Danicus scriptor, solo nomine Saxo (q̄d in ea gēte nō-
nunq̄ uertūt in propriū) cōmemorat: cętera iacēt sepulta. XV.

Er tempora autē Vespasianor̄ principū, Batui, Cattorū, qui &
p Saxonū, congētiles, grauissimū bellū in Romanos pr̄ides gesse
re: tribus per ea tēpora ducibus fisi, Nam Iulius Ciuilis rebellio-
nis author, Classicū & Tutorē, duos in uicina gēte pr̄stātissimos duces
in societatē belli acciuit: multaq̄ gessere pr̄clara facinora, quę facundissi-
mus scriptor Cornelius prosequit: sed minime in fragminibus quę ex illo
tenemus exequit: Exitū tamē illū aduertimus, ut post multa, quę uaria in-
ter partes fortuna gesta sunt pr̄lia, recōciliatio interuenerit: cū ostenderet
Cerealis dux Roman⁹ Ciuili impunitatem, & populo factorū abolitionē.
Sed neq̄ Batauorū res exequi in professo nobis est, neq̄ si uelimus, bona
nobis facultas suppetit: q̄ nulli rerū extant annales. Saxonū res suscœpi-
mus aliquātū e tenebris in lucē eruere: quorū si tenerem⁹ fideli testimonio
res gestas, cerneremus primordia eius gentis esse digna clarissimis rebus,
quas per sequentia sęcula perę̄gerūt. Quis enim sperare debet quotidie ad

mare luctantes Saxones, qui in Phinniã Sueciãq; arma protulerũt, domi fuisse quietos: & nihil cum Turingis, nihil cum Wãdalis uicinis rerũ habuisse. Inuidit autẽ fortuna minoribus: q; maiorẽ suorũ prẽclara facinora nullis literis excœpit. Non defuisse Saxones crediderim maximo illo Romani Imperatoris Marci Antonini in gentẽ Marcomannorẽ bello: quod omnibus Romani Imperij uiribus gestũ, nihil terroris & laboris minus habebat Punicis illis bellis, quę inter maxima Romani populi solent numerari. Sed neq; Marcomãnorẽ, neq; Saxonũ aliquis rem in literas misit: hoc solum tenemus, quod Romani scriptores ad Imperij gloriam extulerunt: fortia hostiũ facta silentur. Hominẽ cernimus imminere leoni, quia pinxit homo: si nosset pingere leo, aliã picturę formã cernerem⁹. Sed hæc interim queri possum⁹, emẽdare non possumus.

CA. XVI.

Scq; ad hęc tempora, circiter annos post natũ Christũ trecentos, in Romana historia nullã comperio Saxonũ mẽtionẽ sub eo uocabulo: sed quod sępe querimur, si Tacit⁹ & Plinius loquerẽtur, qui aut laceri, aut nulli extãt: ex montibus & fluminibus designatis, facile intelligeremus gentẽ Saxonũ: etiã si alijs uocabulis inscriberet. Sed utamur cõcessis. Primus Eutropius, & eum sequut⁹ Orosius, tẽporibus Diocletiani & Maximiani Imperatorẽ, hanc gẽtem nominauit. Carausius, inquit Eutropius, cum apud Bononiã (illã dicit Gallicã in Picardia) per tractũm Belgicę & Armorici, pacandũ mare accœpisset, q̃d Franci & Saxones infestabãt: multis barbaris sępe captis: nec prẽda integra, aut prouincialibus reddita, aut Imperatoribus missa, cum suspicio esse cœpisset, consulto ab eo admitti barbaros, ut transeũtes cum prẽda exciperet, atq; hac occasione se ditaret, a Maximiano iussus occidi: purpurã sumpsit. Iisdẽ pene uerbis testat Orosi⁹: & in sua Britania cõmemorat Beda. Audiãt Gallici scriptores: qui Francos producũt a Meotidis paludibus, sub Valentiniano Imperatore, necdũ hoc tempore nato. Audiãt & Saxonũ primordia a tẽporibus Theoderici regis Frãcorũ repetẽtes: qui ex hoc tempore in ducentos annos necdũ edebat in lucem. Agnoscãt Frãcos & Saxones iam nunc sub Diocletiano littora Galliarum infesta habuisse. Quanq̃ de Francis maiores etiã ineptię memorant: q; originem ducãt a Troianis: & consederint ad paludes Meotidas in Sicãbria. Quid aũt per tot ægerint sęcula, quos duces habuerint, ne somniari quidẽ possunt. Et quidẽ Sicambria non ad Meotidas paludes in oriẽte, sed ad Reni fluẽta fuit in occidẽte: teste Cęsare, Strabone, Ptolomęo, & omnib⁹ cosmographis. Inepti homines eo cõfugiũt, ut dicãt aliã Sicambriã fuisse hic & ibi: nec tamẽ unũ ex geographis testẽ producũt: & ut mille tergiuersationib⁹ utant, cõuincit eos propria fabella de mẽdacio: q; aiũt sub Valentiniano Francos migrasse in Germaniam: Nam testes omni exceptione maiores quos nominauim⁹, cõuincũt sub Diocletiano Francos habitasse in Germania, cum excurrerẽt ad prędã in mare Britanicũ cum socijs Saxonibus. Accedit alius testis Diuus Hieronymus: qui in Hilarionis uita testat sub Constãtio Imperatore uenisse nobilẽ iuuenẽ ex genere Francorũ: Ea, inquit, gẽs me-

dia inter Sueuos atq; Saxones habitat. Quid potest expressius dici? quid ad cõfutandũ fabulã ualidius? Inuẽtus est ex Gallicis scriptoribus, homo qui configeret cornicũ oculos, quicq; unde prodijsset fabula aperiret: cuius hęc uerba sunt: Valẽtinianꝰ, inquit, Cibalensis ex filia Genebaldi Sicambrorũ regis, quẽ alio nomine dixere Priamũ, natus, peruenit ad Imperium: Sicambriani, id est Frãci, ab eo inuitati sunt ad debellandos Saxones supra Lanũ habitãtes (a quo fluuio Alani dicti sunt) in oceani littore residentes supra Renum: qui Romanum aliquando Imperium incursabant: & quia debellari commode non possent a Romanis, ad paludes intransibiles, quibus se tutabantur, promisit, si gens Sicambriana dicta, Saxones debellaret, q̃ tributo decẽnali laxarent. CA. XVII.

Haec sunt Gallici scriptoris uerba: in quibꝰ attẽde prudẽs lector: Alanos Asiaticos esse populos in uasta Scythia, quos in Romanis prouincijs aliqñ legimus diuersatos: sed quãdo trãsierint, incompertũ habemus: nisi quia legimꝰ eos cum Wandalis uenisse primũ in Gallias & Hispanias: inde Gotthis adhęsisse in Betica. Quẽ aũt fluuiũ dicit Lanũ, non agnoscimus: nullus enim est in Saxonũ regione hoc nomine riuus: Si tamẽ diceret Salanos, hoc est habitãtes ad Salam, possemꝰ Saxones agnoscere: Sed tñ hoc compertũ est, Saxones a Frãcis debellãdos, iussu Valẽtiniani designari: Nam & Orosius expresse de eodẽ Imperatore ait: Valẽtinianꝰ Saxonũ gentẽ in oceani littoribus, & paludibus inuijs sitam, uirtute atq; agibilitate terribilẽ, periculosam Romanis finibus eruptionẽ magna mole meditantẽ, in ipsis Frãcorũ finibꝰ oppressit. Hic uident fabulatores unde sit nata erroris occasio. Saxones erãt non Alani, ni si Salanos dixeris, in paludibꝰ oceani occidẽtalis, non Meotidis oriẽtalibus. Annumerat autẽ Chaucorũ, hoc est Phrisonũ, gentẽ Saxonibus: q̃ multa illis bello societas esset: illi enim palustribus locis habitãt: Nam Saxones cãpis habitãt apertis. Subnectit: Quos in Frãcorũ finibus (quę nũc Franconia dicit, olim Sicambria) adiutus gẽtis illius armis, Imperator repressit: Nam q̃ decẽnalẽ fabula cõmemorat a tributis immunitatẽ, & exacto decẽnio rebellionẽ ad Imperiũ, uanum arbitror: Nam Valẽtinianus solis annis undecim fuit in Imperio: nec Sicambris, hoc est Francis suis, ulla arma ostendit. Hęc quadã digressione de Frãcis non inutili sint satis: qñ Saxonũ Frãcorũq; societas in maritimis spolijs nos euocauit: diutius tñ q̃uellẽ me fabella detinuit: mallẽ enim res gestas tibi lector obtẽdere, q̃ cũ laruis pugnare: Sed qd faciemꝰ superbię Gallorũ? qui fabellas tales adorãt in gremio: nec tñ infructuosum erit errores dimouere: in qbꝰ cõmemorãdis magno flatu se Gallici scriptores sonoros & esse putãt, & gloriant. Saxonũ aũt primordia scribẽtes, antea retudimus: & iam se conuictos agnoscãt: qñ tot sunt testes grauissimi, diu sedisse hanc gẽtem in sua prouincia, priusq̃ Theodericus Francorũ rex, cuius tẽporibus Saxones fe runt aduẽtasse, nasceretur. Fabulã autẽ unde compegere de mercata a Turingis terra, & disseminato puluere, postea attingemꝰ. Hoc aũt nũc intelligãt, longe uetustiorẽ esse gentẽ, q̃ sint illi arbitrati: Credãt Saxoni, Pto-

lomęo, Eutropio, Hieronymo, Oroſio, qui una uoce teſtant̃, Saxones in ſua prouincia diu ante Theodericũ cõſediſſe. CA. XVIII.

Vid domi potuerit ea tẽpeſtate gens Saxonũ, ex his rebus con-
q ĩciamus, quas foris geſſerit: Nam circa annũ Chriſti quadrin-
genteſimũquadrageſimũnonũ cum Britones, gens inſulã oceani
prẹclarã incolẽs, qnẹ nunc Anglia dicit̃, a Pictis & Scotis premerent̃; nec
a Romanis iam magno bello implicitis, ultra auxiliũ impetrarẽt, aliquã-
diu ſuis ſe uiribus ſunt tutati: ſed cum impares hoſtibus & uiderentur &
eſſent, ab proximis Germaniæ littorib⁹ Saxones ad ſtipẽdia deuocabãt:
ut propugnatores eor⁹ fierẽt in hoſtes: quod quo ordine geſtũ ſit, paulo
altius repetem⁹: teſtẽ introducẽtes illius gẽtis domeſticũ, & apud omnes
authoritatis non uulgaris, uenerabilẽ Bedã Anglicũ, Anglicanas res per-
ſcribẽtẽ. Picti, inquit, gẽs, ut putat̃, Scythica, lõgis nauib⁹ aduehit̃ Hiber
niã, ſedes ibi petitura: eã tũc Scoti tenuere: qui ſup hac re ab aduenis inter
pellati, reſpõderũt, locũ aduenis in ꝓuincia nõ eſſe, ſed humanitatis ſe ha-
bere conſiliũ q̃d illis impertiant̃: eſſe non lõginquã inſulã, quã ipſi ſereno
cœlo uidere cõſueſcerẽt, habitatoribus non admodũ plenã, agris ſuis lon
ge feraciorẽ, cœlo mitiorẽ, quã cõprehẽdere cõtendant: ſi armis ſuis indi-
geãt, uẽturos auxilio. Hac reſpõſione placati Picti, abiere: & aquilonares
partes mõſtratę inſulę non magno negocio apprehẽderũt ibi ſedẽtes. Sco
ti aũt non lõge poſt ea tempora & ipſi in Hibernia ſibi non diuti⁹ manen-
dum, ex quibuſcũcꝫ cauſis, putauerũt: utentes cõſilio q̃d ante Pictis oſtẽ-
derãt: nauigabant in eandẽ inſulã: & Pictis aliquãdiu reſiſtẽtib⁹, numero
& armis prẹſtantes, prẹualuerũt: ita utracꝫ gens eam inſederat prouinciã,
quẹ iam diu Scotia eſt appellata: quã a Britania increſcẽs maris ęſtus diri
mit: cẹterũ obſeruato tempore maris refluentis, ſicco ueſtigio peruenitur
ab altera in alterã. Cum autẽ utricꝫ genti anguſta prouincia eſſet, ampli-
andas ſedes cõmunibus uiribus decreuerunt: Itacꝫ apparatis nauibus, &
uada & portus Britanię reliquę tẽtauerunt: & copĩjs militũ ſuor⁹ expoſi-
tis, incolas in anteriora retrudere ſunt conati. CA. XVIIII.

Ritones cũ iãdudũ Romanis paruiſſent ab Iulĩ Cẹſaris tẽpori-
b bus, qui prim⁹ claſſe ab Gallĩjs inſulã introiuit: dein de ſub Clau
dio per miniſteriũ Veſpaſiani tunc ducis, poſtea imperantis, eam
deditã pro Imperio recipiẽtis: quã rem tanti fẹcit Imperator, ut filiũ ex ea
Britanicũ iuſſerit appellari: Deinde ſub Imperatore Seuero, qui grãdi foſ-
ſato prouinciã in ea Romanã diręmit ab hoſtica terra: qui etiã in ea uitam
finiuit: & cõtinuato in ea Impĩjure, etiã Cõſtãti⁹ magni Cõſtãtini pater,
iam Auguſtus, ibi clauſit diẽ extremũ: tumulat⁹ Eboraci. Cum ergo, ut
dicere cœpim⁹, ad hæc uſcꝫ tẽpora Romanis paruiſſet prouincia, iam Bri
tones preſſi a Pictis & Scotis, auxilium Romanorũ implorauere: Prẹfuit
Gallĩjs pro Romanis ea tempeſtate Aeti⁹ patriti⁹ ſub Imperatore Valen-
tiniano eius nominis. III. Is implorãtibus ſocĩjs legionẽ militũ ex Gallĩjs
miſit: cuius prẹſidio ab hoſtibus ſecuri defenſicꝫ Britones quieuere. Sed
cum grauioribus motibus Gallię quaterent̃, reuocabat eam Aetius legi-

onem,ut Gallijs cõſuleret.Per quæ tẽpora Picti & Scoti cernẽtes Roma no preſidio nudatos Britones,graui⁹ inuaſere. Illi ad ſolita recurrẽtes cõ ſilia,miſerabiliter ab Aetio poſtulauerũt legionẽ remitti: ꝙ iam præter li bera corpora,quę ipſi Romanis deberẽt,nihil reliquũ haberẽt: Si tueret, eſſe ſpem recuperandorũ omniũ: ſi minus,iam preter miſerã animã, quam pro libertate ponerẽt, habere ſe nihil. Aetiũ &ſi calamitas ſociorũ graui ter permoueret,maior tñ cura animũ perurebat,ꝙ Huni,Gepidę, Wãda li,Sueui,Saxones,Alani, & multę preterea barbarę nationes,Gallijs im minerent: ita ut omniũ militũ copia ad tutandã regionẽ opus uideretur, auxiliũ implorãtibus Britanis mittere non potuit: ineundũ enim ſuit gra uiſſimũ illud & omni ſęculo memorabile preliũ in cãpis Catalaunicis: Iu bebat bono eſſe animo ſocios,& ſuis ſe aliquãdiu uirib⁹ ſuſtinere: ꝗ primũ poterit ſe preſidia miſſurũ. Operęprecĩ putaui uerba Bedę inſerere: & ex epiſtola lachrymis plena partẽ ponere, quã Britones Aetio miſere: Aetio ter conſuli gemitus Britanorũ: & prius interpoſitis quibuſdã hęc inferũt: Repellunt barbari ad mare,repellit mare ad barbaros: inter hęc oriuntur duo genera funerũ: aut iugulamur,aut mergimur: neqꝫ tñ per hoc quicq̃ auxilij impetrarũt: Nam Aetiũ imprimis Gallicanę expeditionis cura to tum occupauit: & Hunorũ apparatus,qui dietim nũciabaẽ,deterrebat,ne quas haberet copias diminueret: qua ratione nequit Britanorũ precib⁹ ſa tisfacere. Itaqꝫ Romani ciues qui Britaniã frequentes diuerſis ex cauſis in habitabãt, & ipſi ſimul Britani cum ſe a Pictis & Scotis diuti⁹ tueri diffi derent,Anglos Saxones,datis in ſtipendiũ pecunijs, ex proximis Germa nię littoribus conduxerũt preſidio affuturos: qui quidẽ Saxones cogno mento Angli,duce eorũ Vortegerio inſulam ingreſſi,Scotos atqꝫ Pictos prelio repreſſerũt ſuperatos: Sed ipſi poſtea mercenarij Saxones ambitio ne ducti,magis Britonibus q̃ Picti aut Scoti hoſtes nocuerũt: Romanos enim ciues,& Britanorum primores,maiori ex parte uario genere mortis interfecerunt: ex eoqꝫ tempore cœperunt Saxones Angli Britanię domi nari: Sic memorant Itali ſcriptores.

CA. XX.

b Edam indigenã,quem teſtẽ introduximus,his de reb⁹ ſcribentẽ, quia multis incõperta res eſt, Saxones Britaniã de ſuo nomine ꝙ Angli dicerenẽ,dixiſſe Angliã,audiamus: ut erubeſcant inſci tiam ſuam,qui Saxones ex Britania ortos fabulanẽ: neſciẽtes Britones ex Anglis Saxonib⁹ Anglorũ nomẽ mutuaſſe: uerba eius ponẽda ſunt: An no,inqt,ab incarnatione Dñi. CCCCXLVIIII. cũ oriẽtis Imperiũ tene ret Martian⁹,& Valẽtinianus Auguſtus occidẽti preeſſet,Anglorũ,ſiue Saxonũ gens inuitata a rege Britonũ Vitigerio,Britaniã tribus lõgis na uibus aduehiẽ: & in oriẽtali parte inſulę,iubente eodẽ rege,locũ accœpit cõmanendi: quaſi pro patria pugnatura: re autẽ uera hanc expugnatura ſuſcœpit. Inito ergo certamine cum hoſtibus qui ab aquilone ad aciẽ ue nerant,uictoriã ſumpſere Saxones: quod ubi domi nunciatũ eſt, ſimul & inſulę fertilitas,& ſegnitia Britonũ,mittitur confeſtim illo claſſis maior ar matorũ,ferens manũ fortiorẽ: quę premiſſę adiũcta cohorti,inſuperabilẽ

fęcit exercitū. Suſcœperūt ergo qui aduenerant, donātibus Britonib⁹ lo
cum habitationis inter eos ea cōditione, ut pro patriæ pace & ſalute in ho
ſtes militarēt: illis militantib⁹ debita Britones ſtipendia ferrēt: Aduenerāt
autē de tribus Germanię titulis fortioribus, ideſt de Saxonibus, Anglis,
Iutis: De Iutar̄ origine ſunt Cantuarij & Vectuarij, hoc eſt ea gens quæ
Vectā tenet inſulā, & ea quę uſq; hodie occidētaliū Saxonū Iutarū natio
nominat̄, poſita cōtra inſulā Vectā. De Saxonibus, hoc eſt ea regione an
tiquor̄ Saxonū, uenere orientales Saxones, meridiani, & occidui. Porro
de Anglis, hoc eſt de illa patria quæ Anglia dicit̄, & ab eo tempore uſq;
hodie manere deſerta inter prouincias Iutar̄ & Saxonū perhibet̄, orien
tales & mediterranei Angli, paritercq; tota Nordhumbror̄ progenies, id
eſt earū gentiū quę ad boreā fluminis Humbri inhabitāt, cęteriq; Anglo
rum populi ſunt orti. Duces fuiſſe perhibent̄ eor̄ primi, duo fratres Hin-
geſt & Horſa: e quibus Horſa poſtea occiſus in bello a Britonibus, hacte
nus in oriētalibus Cantię partib⁹ monumentū habet ſuo nomine inſigne:
Erant autē filij Wetgiſli, cuius pater Vecti, cuius pater Vecta, cuius pater
Voden: de cui⁹ ſtirpe permultar̄ prouinciar̄ genus regiū, originē duxit.
Non mora ergo cōfluētibus in inſulā certatim gentiū memoratarū cater-
uis, grādeſcere cœpit populus aduenar̄: ita ut ipſis quoq; qui aduocaue-
rāt indigenis eſſent terrori: cum ſubito inito ad tēpus fœdere cum Pictis,
quos longius iam bellando pepulerūt, in ſocios arma uertere incipiunt: &
quidē primū annonas ſibi abundāti⁹ ſubminiſtrare cogūt: proteſtātes ni
facerēt, ſe rupto fœdere omnē regionē uaſtaturos. Nec ſegni⁹ exequunt̄:
Siquidē, ut breuiter dicā, accenſus manib⁹ paganor̄ ignis, iuſtas de ſcele-
ribus populi ultiones expetijt: non illius impar qui quondam a Chaldęis
Hieroſolymarū mœnia, īmo & ędificia cuncta cōſumpſit: Sic enim & hic
agente impio uictore, īmo diſponēte iuſto iudice, proximas quaſq; ciuita
tes agroſq; depopulās, ab oriētali mari ad occidentale, nullo prohibente,
ſuū cōtinuauit incendiū: totāq; pene inſulam pereūtis ſuperficies obtexit.
Ruebant ædificia publica ſimul & priuata: paſſim ſacerdotes inter altaria
trucidabant̄: Prędules cum populis ſine ullo reſpectu honoris, ferro pari-
ter & flāmis abſumebantur: nec erat qui crudeliter interęmptos ſepulturę
traderet. Igit̄ nōnulli de miſerādis reliquijs in mōtibus cōprehēſi, acerua
tim iugulabantur: alij fame confęcti, protendētes manus hoſtibus dabāt,
pro accipiēdis alimentor̄ ſubſidijs, & ęternū ſeruitiū ſubituri, ſi tamē non
cōtinuo trucidarentur: Alij tranſmarinas regiones dolētes petebant: Alij
prędolātes pacē, in patria trepidi pauperē uitam in montibus, & ſyluis, &
rupibus, mœſta & afflicta mente ſemper agebāt. At ubi hoſtis extermina
tis diſperſiſq; inſulæ indigenis, domū reuerſus eſt. Cœperunt & illi pauſa
tim uires animoſq; reſumere, emergētes de latibulis quibus abdti fuerāt:
& unanimi auxiliū cœleſte cōſilio petentes, ne ad internecionē uſq; quaq;
delerent̄. Vtebātur eo tēpore Ambroſio Aureliano duce, uiro modeſto:
qui ſolus forte Romanę gētis, tēpore prędatæ tempeſtatis, ſuperfuerat: oc
ciſis in eadē parentibus, regiū nomen & inſigne ferētibus: Hoc ergo duce

pugnam capessunt Britones: & uictores prouocãtes ad præliũ, uictoriam Deo fauẽte suscipiũt: & ex eo tempore nunc hostes, nũc ciues uincebant: usq; ad annũ obsessionis Badonicĩ mõtis: quãdo non minimas eisdẽ hostibus strages dabãt: quadragesimo circiter & quarto anno aduẽtus eorum in Britaniã. Hæc uerbis uenerabilis Bedæ repetere uolui: quo maior esset fides historiæ. CA. XXI.

h Is testimonĩs Bedę adĩciendũ putaui: cum dicit ille Anglorũ in Saxonia patriã, ex illo eor̃ in Britaniã transitu uacuatã dici: non ita accipiẽdũ, quasi ea regio habitatoribus indigeat: cum emittat quotidie qui per omnes se prouincias diffundãt: sed q̃ tum desyderare ui sa sit cultores: cum tam frequẽtes ad militiã cõmearẽt. Angli quidẽ, teste etiã Ptolomęo, uocati ab olim, sed ętatis processu corrupto, ut fit, uocabulo, pro Anglis Angiri dici cœperunt: quor̃ princeps Wedekindus poste ris sęculis toti prouincię dominabat: illo tempore quo Magnus Karolus prouinciã omnẽ Saxoniæ ad sacra Christi cogeret: hodieq; principes Saxonię se duces Angrię & Westphalię preferũt in titulis. Colonieñ. q̃q; archiepũs ex die destituti Hẽrici Leonis, illũ sibi assumpsit inscriptionis inter alios titulũ. Hoc quoq; non prętereũdũ: q̃ cum Beda gen⁹ regiũ cõmemorãs, Vecti & Vectam nominet, hodie extare opidũ cum arce, & fluuium eius nominis, in testimoniũ antiquitatis. Sed & illud adĩciendum: q̃ postea q̃ Angli Saxones omnẽ insulæ principatũ cum translato etiã nomine desumpsere, Britones, præter eos qui bellorũ tẽpore se tẽpestati subtraxere, populariter egressi in cõtinentẽ Galliar̃, ex aduerso Britaniæ littore se collocarũt: eamq; de suo nomine dixere Britaniã: quod etiã in hodiernũ diem prouincia uocabulũ seruauit. Sed quã suæ originis insulam seruare non poterãt, Angli Saxones Angliã de suo nomine dixere: Britones uicissim apprehensam Galliæ regionem, suo nomine signarũt: inq; ea meliorẽ sortiti fortunã, in id roboris excreuerunt, ut qui pridẽ suam tueri non poterãt, nũc alienã apprehẽsam non solũ defenderãt, sed ex ea reliquã etiam Franciã regibus fęcere infestã: semper cõtumaces, semper Francorũ regibus infensi usqueadeo, ut cum sequẽtibus sęculis Normãni Galliarũ littora apprehẽdissent, eaq; ex fœdere regũ tenerẽt, adięcta est eisdẽ Normannię ducibus etiã prouincia Britaniæ: quam male sibi parentem, ut pridem Franci, sic postea Normanni sunt experti: quod etiam in nostra Norwagia significauimus. Multis uero sęculis ducem suum sortita est Britania usq; ad ętatem nostram, qua nouissimus dux Franciscus, sola filia relicta decedens, Romanorum regi Maximiliano, cum desponsa filia eius potiundę spem fęcit: sed pręuenit eum rex Franciæ Karolus. VIII. qui deductam puellam Romanorum regi, ubi Franciam pertransire constituit, detinuit: sibi iunxit: reginam uocauit: & ipse moriens sine prole, successori suo Ludouico pridem Aurelianensi duci, pridem sororio suo relictam coniugem habere fęcit: mõstruosis semper nuptĩs infœlicẽ fœminã, nulli proueniẽtẽ marito, nisi quẽ iure tenere non poterat. Ea nouissima stirps Britanię nunc alterũ sortita thalamo regẽ, hodie est regina Frãcię. XXII.

Vlta deinde multis ſeculis in Anglia ſequuta ſunt bella: ſępe Gal
m li incurſarũt, ſæpi⁹ Picti, & Scoti: ſed Saxonib⁹ gladio ius ſuũ tu
entib⁹, diuiſę cœperunt eſſe gentiũ manſiones: ut Britones in ſua
patria manẽtes, qui iam ex magna parte Chriſti iugũ ſuſcœperant, in ſuis
finibus cõſiſterent: Saxones uero gentilitia ſordentes fœditate, ſuis etiã ſe
terminis in inſula capaci cõtinerent: donec miſerãte Chriſto, & illi per in
ſtantiã beatiſſimi Papæ Gregorij, Euangelicũ iugum ſuſciperẽt: cum ille,
ut ſcribit, Anglorũ Saxonũ forte pueros ex Britania captos Romę cerne
ret uenales. Quæ res indicio eſt, Romanos in Gallijs duces non deſtitiſſe
ab infeſtatione Britanię, in qua captos Anglor⁹ Saxonũ filios Romę ue
nundarẽt. Hanc ergo gentis Saxonũ in Britaniã, quã de ſuo dixere nomi
ne Angliã, tranſitionẽ, in prędaris gentis facinoribus numerantes, hoc lo
co amputabim⁹: relinquẽtes quę illic geſta ſunt annalibus Anglicor⁹: q̃s
ut audio, habent expeditiſſimos. Q. aũt inuitati in prouinciã ſedes accœ
perant, ſed perfidia uſi, arma uerterãt in ſocios, non laudo perfidiã: nec ex
cuſo in ſociam nationẽ uiolẽtiã: ſed pro illorũ ingenio tempor⁹, magnificũ
erat in aliena prouincia ſedes tueri: quod fęcere Frãci in Gallijs, Gothi in
Hiſpanijs, & item Saxones in Britania: & ipſi rerũ domini Romani, quid
aliud fęcere in orbe Romano, magnũ regibus beneficiũ præſtãtes, ſi illos
regio nomine dignarent: nõ abripiẽtes q̃d nõ poterãt adimere: & benefi
ciũ de eo faciẽtes q̃d per uim armor⁹ nõ inuaſere: ubi nõ tam ſępe uolũtas
defuit q̃ facultas. Sed hęc interim: in Saxoniã reuertamur. XXIII.

Axones igit̃ qui alijs in Britaniã migrãtibus domi ſederãt, inte
s rea non omnino quieta tẽpora habuere: inuitante Aetio Roma
no patritio, cum Hunorũ bellũ immineret, nõ difficile paruerũt:
Nam armatis copijs non paucis, tanto exercitui deeſſe non ſunt paſſi. Tan
ti autẽ tum cõuenere diuerſarũ nationũ, & tam magni exercitus, quantos
in Europã nunq̃ cõueniſſe in ſubiectis Toloſę campis cõſtabat: Catalau
nicos tunc uocabãt: cum Romanis, quor⁹ dux Aetius, uir militari diſcipli
na eruditiſſim⁹, Wiſigothę, quorũ rex Theoderic⁹ cum filio Thuriſmun
do: Burgũdiones hac parte ſtabãt. Franci iam recens ex Germania Renũ
tranſgreſſi in Gallias, quorũ rex Meroueus, qui Clodioni patri ſucceſſit.
Saxones gen⁹ hominũ ea tẽpeſtate Romanis incõpertũ: Nam quid rei
cum illis habuerit Druſus Nero Auguſti priuignus, iam in obliuionem
trãſierat: magis uero quid cũ Cimbris, qb⁹ tum Theutones Saxones iũ
xere arma: Lutetiani q̃q; Pariſiẽſes, in quẽ locũ Frãci nõ lõge poſt regni
ſedẽ cõſtituerũt, hac acie militauere Romanis. Ab Hunorũ autẽ parte ſta
bant cum gente tum ualidiſſima, & multarũ uictrice nationum, Gepidæ,
Oſtrogothi, tres fratres æque reges: in quibus erat pater Theoderici, po
ſtea Italiã magnifice regẽtis: Marcomãni, Quadi, Heruli, & Turingi: qui
omnes ad quingẽta millia numerũ explcuere. Acies in hunc modum ſtru
ctæ ſunt. Attila imbellẽ mulier⁹ puerorũq; turbam inter carros, quor⁹ uis
maxima ſuo exercitui inerat, ad proximos colles primũ ſemouit: & inde
ſtructa apertis campis acies, ſeſe cum Hunis ſuis mediũ locauit: Oſtrogo

thos reges ſiniſtro, Ardaricũ Gepidã dextro cornibus præfecit. Structuros aũt Theodericũ Aetiũq; tardauit comperta Sigibaris Alanorũ regis perfidia: quẽ reſciuerũt ab Attila corruptũ cõſtituiſſe, cum primũ conſeri pugnã eſſet cœptũ, ex cornib⁹, in quorũ altero ſperauerat locari, ad hoſtes tranſire: ut laborantibus in prælio Romanis & Wiſigothis a tergo inſtaret: Veriti tñ duces, ne, ſi in perfidũ Sigibarẽ acerbius decernerẽt, Alanos peſſimo loco & tẽpore abalienarẽt, & duplici damno eos quibus ipſi carerent, hoſtico adderẽt exercitui, diſſimularũt: Sigibareq; quid fieret ignorante, municipij, quod Toloſę ille proximũ tenebat, portas ab extra obice munierũt: & ſtationes, ne Huni poſſent ingredi, addiderũt: ipſum uero regem cum Alanis curarũt acie media cum auxilijs cõtineri. Theodericus exinde cum Thuriſmundo filio & Wiſigothis, ne Oſtrogothis cõcurrerent, ſiniſtrũ, Aetius cum Romanis & Burgũdionibus ac Merouęo Frãcorũ rege dextrũ cornu tenuere: Saxones cũ Alanis media acie ſunt Hunis obiecti. Forte erat in campo tumulus utriſq; caſtris pari ſpacio proximus: de cuius oportunitate, ut apparuit, maxima, cum exercit⁹ duces certaſſent, occupauit Thuriſmũdus: Cõcurrentibus inde cornibus, prelium ubiq; eſt initũ pro numero & multitudine maximũ atrociſſimũq;: Sed in tãta barbarorũ quę utriſq; inerãt caſtris colluuione, adeo multiplex, adeo uariũ, ut nec ipſi qui aderãt pugnatores intellexerint quo ſint ordine commiſſa certamina: Cędẽ uero inauditã, ac in medio campo riuos ac ſanguinis torrentẽ fuiſſe, taliter ſcribẽtibus cõſentio: quod neceſſe fuit accidere, cum hincinde armatę legiones, in quã iratę ſeuirẽt, inconditã ac prope inermẽ multitudinẽ hoſtiũ obiectã habuere: Inde ardentes inter ſe ſummis odijs Scythę, mutua feritate ac ſæuitia cõcurriſſent. Dum aũt recedentes Hunos, & in fugã uerſos, ardẽtiori animo inſequit Theodericus Wiſigotha, ſuorũ magis preſſura alliſus, q̃ hoſtiũ ferro interfect⁹ occubuit: & tũc preliũ, q̃d ad ſerũ diei erat cœptũ, in dubiãq; noctẽ cõtinuatũ, interuentu umbrarũ utrinq; diremptũ eſt. Attila poſtq̃ ſe magna cũ clade ſupatũ uidet, intra carrorũ ſepta cõfugit: ſcutatiq; in circuitu, ut ualli ſpeciẽ pro carris ſtantes exhiberẽt diſpoſitis, ſagittarios adiũgit: uim hoſtiũ, quę impro uiſa fieret quoad acies ſtrueret, propulſaturos: Et ne aut uiu⁹ in poteſtatẽ hoſtiũ ueniret, aut mortuus careret ſepultura, iumẽtorũ clitellas in ſtruem cõgeſſit: in qua ſi durius quid accidiſſet, ſe gladio a domeſticis cõfodi, ac ſubiectis ilico flãmis cremari iuſſit. Ceſa fuiſſe eo in prelio ex utroq; exercitu. CLXV. millia, qui minus, qui plus. CLXXX. ſcribũt. Hãc pugnã, q̃ omnium fuerit omni memoria maxima, hoc loco explicui: præſertim quia Saxones, quorũ geſta proſequimur, ſtabãt in parte uictrice: oppoſiti medio agmine Hunis: in quo non mediocrem ad uictoriam operam intelliguntur contuliſſe.

CA. XXIIII.

Per eadẽ tempora cum Franci duce Clodione trãſito Reno Belgicam Galliã introiſſent: q̃ iam Gallię uiribus exhauſtę, & crebra exterarũ nationũ incurſione extenuatæ, ſuis armis parũ poſſent, Romanorũ etiã exilibus præſidijs tutarent, accœpere imperia uenienti iũ-

Ita factū est, ut Franci Germani iam semel ac iterꝝ ante trāsito Reno, cum sedes in Gallijs quęrerēt, retropulsi: nunc uero audētiores facti ab exēplo Burgūdionū, qui iam, puinciā suā inhabitādā accœperāt, in qua pseuerat nomē in hodiernū: Et Gothorꝝ moniti fortuna, qui iā Hispanias occupauerāt, & Wādalorꝝ, qui iam in Aphricā transierāt ex Betica, & ipsi Frāci, explorato qꝺ Gallia Romanorꝝ modico prędidio tutaret, trāsito Reno, in Gallijs primā urbē Cameracū accœpere: inde mouētes in Tornacū, qꝺ ua lido Romanorꝝ prędidio teneret, ui urbē capere aggressi, frustrant: sed eli citos ad pugnā Romanos prędio superāt: illā perinde urbē suę fęcere diti onis. Clodioni aūt morięti in Gallijs successit Merouęus filiꝰ: qui magno illi, quod diximus, prędio intererat pro Romanis: cuius filius Childericus cum ampliandę ditioni intēderet, reperit Odoacrē Saxonię ducē Aurelia nis imminere: Sic enim in prædā sibi præstitas Gallias cuncti putauere, ut suū esset, quod quisqꝫ occuparet. Sed Childericus tum superato prędio du cem excedere coęgit. Nec erat noua neqꝫ insolita Saxonū in Gallijs mili tia: Nam sunt ex Gallicis scriptoribus qui affirment magnos illos reges, qui Rōmanis, & prędipue Iulio Cęsari cōflictarent, fuisse Saxones. Ferūt a ueteri memoria Ansonaricē gentis Saxonū principem oportunitate in uitatū, de strage quam audierat patratā in Italia de Belgicis, qui, pfęcti su ere cum Cimbris: cū iam Belgicā iuuentutē bello consumptā putaret, du xisse in prouinciā trās Renū: ut uindicaret, & patris, & aui mortē a Belgi cis peractam, Wandalos, Suęuos, Histrios, in societatem belli pertrahens, mouit in hostem. Leo dux Belgicæ, quas potuit in aduersos hostes uires cōparauit: & inito prędio, Leo dux cecidit. Gotfridus frater bellum reno uans, cum utrinqꝫ pertinacissime dimicaret, extraxit pugnā in noctē. Sed cum iam tertio manus cōsererent, ita intercœpti sunt Belgici, a fronte Sa xonibus pugnātibꝰ, a tergo ab auxiliaribꝰ Saxonū circūuēti, inter media cœpta opprimunt, uix elabente cum paucis duce Gotfrido. Victores, ter ra peruastata, urbes capiunt: apud Valentianas trepidatū est: Vicit tamen instantia Saxonū, ut arcē fortissime defensam occuparēt. Omnē igitur re gionem inter Renū & Scaldim: quę nunc Lotharingia, Brabantia, & Le odiensis est, sibi tributariā fertur fęcisse dux Saxonū: Deinde, cum Galli as ab Romanis permissas Iuliꝰ Cęsar tueret, Ariouistū regem, cuiꝰ est ce lebre in Romana historia nomen, ijdē Gallici scriptores affirmāt, Saxonū fuisse principē. Sed ego hęc, ut parū comperta, nō ausim affirmare: prę ter tim, qꝺ Ariouistus nō ea parte Galliarū, copias suas, quas Cęsari oppone ret, habebat, quę respōderet Saxoniæ, sed magis, quæ Suęuiæ. Testat hoc Vesontiorꝝ opidū: quod usqꝫ hodie manet in finibꝰ Burgundiæ imperia lis, nunc uocant Bisontium, sedem archiepiscopalem. Id uero respondet su perioribus Germaniæ partibus. Sed sit huius relationis fides apud au thores suos.

CA. XXV.

Libet hoc loco exagitare eorꝝ inscitiā, qui Iuliū Cęsarē aiūt in Ger
l mania septē oportunis locis arces de nomine septē planetarꝝ fun
dasse: quā uelut sacrā historiā stulti adorant: in ipsa quidē narra

tionis ſuæ fronte prodit fabulator inſcitiã ſuã: cum tres tum extitiſſe reges cõmemorat, Iuliũ, Craſſum, Pompeiũ: Ignorat belua regiũ nomẽ tam fuiſſe Romanis inuiſum, ut ne tum Iulius Cęſar cum monarchiam occupaſſet, auderet ſe regẽ nominare, ſed Dictatorẽ, ſed Imperatorẽ: non ergo reges, ſed primi erant authoritate inter ſenatores, hi, quos fabula cõmemorat. Nec orbis imperiũ diuiſere, ut ille fabulat: ſed a ciuibus in prouincias miſſi, temporaliter gubernauere: Vnde Iulius cum decẽnio Gallias adminiſtraſſet, cõſulatũ abſens petebat: quo non impetrato, bellũ excitauit ciuile in ſenatũ, & patriã: cuius tum partes defenderet Pompeius. Nec unq̃ ſtetit idem Cæſar in Germania: ut imperiũ ibi gerens, arces fundaret: ſed bis tantũ facto põte Renũ ex Gallijs trãſiuit in Germaniã cum exercitu. Teſtis eſt ipſe Cæſar, qui res a ſe geſtas in caſtris cõſcripſit. Extãt Cõmentaria eius. Vix cõgreſſus hoſtibus, cum illi fugerẽt in ſyluas, reduxit exercitum. Qui iſta requiris, in. IIII. & VI. Cõmentarioꝝ Cęſaris libris reperies: nihil perinde opus eſt uerba ipſius Cęſaris introducere, qñ paſſim Cõmentarij eius ubiq; leguntur. Si tamen de Auguſti priuigno Druſo Nerone, & eius filio Germanico, diu in Germania belligerãtibus legiſſent, probabiliꝰ in eoꝝ perſonas fabulã cõtuliſſent. Sed neq; hoc crediderim, illos fuiſſe arciũ, quas memorãt, authores: alioqui Ptolomæus, qui Saxones inter antiquos ſcriptores primus nominat, qui q; ſatis erat propinquus tẽporibus dictoꝝ Cęſaꝝ, ſcribẽs ſub Hadriano Imperatore: cum cõmemorat omnia Germanię loca, non prętereijſſet, quæ ibi Cæſares fundauiſſent, & ſi ille Alexandrinus homo, diſſimulãter gloriã Cęſaꝝ tranſiſſet. Cornelius Tacitus Germanię diligentiſſimus deſignator, & Italicaꝝ laudũ ſtudioſus exequutor, non præteriſſet tot pręclara Cæſaꝝ opera per Germaniã. Igit totam fabulã cum authoribus reijcimus: cõtenti ueris narrationibus, quas teſtimonio probatiſſimoꝝ introducemus authoꝝ. Hoc potius crediderim aliquẽ ex Germanię procerib⁹ militaſſe Romanis, & ſacra illorũ perdidiſſe, domũq; reuerſum, Romanis idolis uel arces, uel templa conſecraſſe: quale aliqd de Maroboduo tẽporibus Auguſti narrat Strabo. Et hęc ad ſupiora tẽpora referant, hoc loco per rememorationẽ dicta. XXVI.

Ẽntũ eſt ad ea tempora, quæ hactenus noſtri prima Saxonũ puu tauerũt: quibus hoc bellũ inter Turingos atq; Saxones cõſertũ eſt: quod unde ſit ortũ, aliter noſtri ac Franci memorãt: utranq; ſeriem breui exequemur. Annus erat poſt natũ Chriſtũ quingenteſimus aliquot additis, cum moriẽs Clodoueus, primus Chriſto fidelis Francoꝝ rex, quatuor reliqt filios, Theodericũ, Childepertũ, Clothariũ, atq; Clodomirum: q ui inter ſe regni ditionẽ, quã pater mirifice ampliauit, ſunt partiti: concordibus animis in ſuo quiſq; demorabant. Turingis ea tempeſtate Ermenfredus rex preerat: qui ſuaſu uxoris Amelbergę duos fratres, q̃ regnũ affectaſſe dicerent, Bertariũ atq; Baldricum necauerat: id dolẽtes Francię reges, q̃ eos ſanguine contingerent occiſi iuuenes, bellũ indixere Turingo: mouẽtq; in hoſtẽ. Ille dolos ſtruens, qua parte intraturos ſciebat, foſſam grandẽ aperuit: eamq; uiridãtibus operit ramalibus, atq; ceſpi-

ribus. Ea re comperta, reges in hostē irritatiores ferunt: occurrentē prēlio fundunt, & fugāt: insequūturq; fugientē ad fluuiū usq; Onstrit: Ibi prēli um instaurant Turingi, ex fuga subsistētes: Sed tanto sternunt a Frācis ar dore, ut stragis magnitudo pontē e cadauerib⁹ strauerit Francis transitu e ris. Ermēfredus tum ex fuga se cum paucis in urbē recœpit: unde fide re gia euocatus ab Theoderico in Tulbacū castellū, cum ambularent inuicē colloquētes, loco prēcipiti Theodericus ex latere ambulantē, & nihil tale formidantē, cubito impellens, prēcipitio collisit: regnūq; occisis eius libe ris, in potestatē accœpit. Hęc Gallorū cōmemoratio nulla ex parte Saxo nes contingit: Aliter aūt nostri rem narrant. Ermēfredi, inquiūt, coniunx Amelberga, soror erat regum Frācię: ea per Iringum militē, cui rex multa permiserat, & cui pene totus incubuerat (talis enim erat manu & consilio) regi suggerit, Theoderici Metēsiū regis ditionē inuadat: q; notho minus q̄ legitimę natę Amelb rgæ, regnū deberet. Theodericus ad Ermēfredū legatos mittēs cōmonefacit, ut regibus Francię integritatē fidei cōseruet, se illi futurū non dūm, sed amicū: q; regum esset sororius. Tum se insolēs mulier occasionē putat esse nactā, qua mētis ardotē effundat: stimulat re gem per Iringum militē, ferocius respondeat legatis, regnū iustiori titulo sibi deberi per coniugē, quę nata esset de regina matre, q̄ Theoderico, qui natales suos agnosceret: ferebat enim ex cōcubina natus. Secundum hæc uerba Ermēfredus prius re in cōcilio discussa cum omnes paci inclinarēt, impares se Francorū uiribus testarent: Rex tn instinctus ardore fœminæ per militē memoratū, legatis respondit: Amicicią & affinitatē regū se ma gnifacere: mirari tn q; Theodericus supra se dominij ius prēferat: comper tos esse natales cōiugis suę atq; Theoderici: q; illum seruilis ex matre con ditio afficiat: illam stirps regia ex utroq; parētē cōdecoret. Legati non le uiter accœpere ignominiosa responsa: sciētes ea magni cruoris effusionem portendere: quę tn audiuere ad regē suū pertulerūt. Ille & si excanduit au diens, tn iram uultu pressit, modeste respondēs: Ergo seruilē Turingo cō ditionē præferamus: ostēdamusq; ei qui geniti simus. Nec morat⁹, ualidū cōduxit exercitū ex omni ditione Francorū. Nec segnius Turingus, sciēs quale incendiū conflauerit: arma uocat: ueniēti occurrit hosti. Cōuenere exercitus hostiles in loco qui dicit Rumberg: neuter pugnā detrectauit: ilico magnis utrinq; animis cōcursum est: Extracta est in noctem pugna, quę in uesperū cœpta est: umbrę dimouerūt prēliantes: nox castris custo des adhibuit. Vix orta luce, magno animorū ardore ad pugnā redeūt: cer ti non cedere: integri sauciis submittunt: & per omnē, quę lōgissima fuit, diem, certamen extrahit: Tanta utrinq; cędes cōmissa est, ut incertum pu gnantib⁹ esset, qua parte staret uictoria. Tertia demū lux prodidit Ermē fredū maiori parte copiarū esse nudatū: qui perinde se pro uicto gerēs, in urbē Chidinga ad amnē Onstrit fugiēs se recœpit. CA. XXVII.

Heoderic⁹ uero cruētā ferēs uictoriā, dubitauit quid facto op⁹ es set, hostē trepidū insequi fugientē, an renouatis uirib⁹ ex integro in illū ducere: Vocat procerū suorū concilia: ibi re pleni⁹ discussa,

erant quibus operępreciũ uideret̃ ferueti re uti uictoria: & hostem cõtẽ ritum, ac tantis uiribus nudatũ, uno nunc impetu opprimere: nam tẽpus il li respirandi permittere, quid esse aliud q̃ hostem in se armare. Esse prætẽ rea uicinã Turingis gentẽ, quę, si in societatẽ belli Turingis accederet, mà gnum de integro Francis nasci laborẽ, nisi ilico duceret̃ in hostẽ: Vel hoc prouidendũ, ne tantę illis uires accederent: Saxones ante omnia pertẽtan dos si mora placeret, ut Francis armor̃ socij ueniant: q̃ facile in Turingos gentili odio laborãtes, ducerent̃. Ea cõprobata sententia, mittunt̃ qui Sa xones ad cõmunionẽ belli, agrorũ promissione, deuocent: nec difficulter inuitati, sequunt̃ promissa: Armant exercitũ ualidum: & Francorũ parti bus accedẽtes, ferunt̃ in Turingos. Cum in conspectũ uenissent Francor̃ Saxones, collaudauere animor̃ alacritatem, mirati corpor̃ procerítatem, diffusam per armos cæsariẽ, arma in promptu. Erant in Frãcis qui cauen dum hoc genus militum prędicarent: ne forte prouecti alieno auxilio, in tolerabiles fierẽt Francis. Mittunt̃ ad oppugnandã urbẽ, quę hostiũ regẽ intus haberet. Illi non segnes, certãt missilib⁹, ut mœnib⁹ deturbẽt propu gnaturos. Sed illi nihil territi, fortiter tuent̃ mœnia: ut ubi de muris missi lia multa frustra iacta perierũt, statuũt obsessi erumpere: & nihil tale timẽ tes, imparatos Saxones adoriri. Intus struũt aciẽ: & ordine progrediunt̃ ad intẽtos oppugnationi. Turbauere primo impetu, quod necesse fuit, in cõpositos: sed ubi in aciẽ coiere Saxones, ualida paribus odijs pugna cõ seriẽ. Turingi pro uxoribus & liberis, proq; uita & libertate certarũt. Sa xones sese Francis ostentaturi, pro gloria laborauere: Durum atq; cruen tum pręliũ, quod nulla potuit uis dirimere, nox interueniẽs diręmit: cedẽ tibus utrinq; uel in urbẽ, uel in castra: camp⁹ detexit quid pertinax labor diei peręgerit: strages magna partiũ apparuit. Sed qui in urbe fuere Tu ringi, q̃ magnã suor̃ manũ amisissent, nec haberent unde uires iam clausi repararent, hostibus omnia foris pro arbitrio esse cernẽtes, solatia cõmea tuũ, supplemẽta non deesse militũ: sibi omniũ rerũ in diẽ maiorẽ futurum inopiã. Igitur Ermẽfredus Iringũ suum petẽdę paci ad regẽ Francor̃ mit tit oratorẽ: facturũ se ex ęquo omnia, quę reges Frãcię iubeãt: modo affi nem illi suũ recognoscant: germanę sororis ac liberor̃ eius misereant̃ ger mani: nihil peccasse paruulos, extra noxam imbecillẽ fœminã, illis pacem Franci reges impartiantur, si minus Ermẽfredus mereatur. Hæc legatio nis erat summa. Vicit qui in concilio erant proceres miserabilis oratio: pa cem petenti dandã decreuerũt. Iringus placido regis ac procerũ responso lętus, ad dñm redit: iam anxiũ ad expectationẽ. CA. XXVIII.

INterea dum arma quiescunt utrinq;, dumq; deliberãt reges de forma paciscendi, egressus Turingus quidã urbe, ad fluminis ri pam accipitrẽ remittens, quas uiderat, colũbis: ille uolans in ad uersam ripã, insequit̃ uolucres fugientes. Saxonũ quidam reuocatũ ab al to accipitrem manu prehendit. Stabat tristis dominus accipitris, quem il le magno licitaretur, clamabat, ut qui cœperat popius ad colloquium ue niret, habere se rem quam occultam insinuet, magno Saxonibus, si sapiãt,

coęmendã. Propinquauit ille, & ubi fide data propius cõſtiterant, pactus
eſt Turingus pri⁹ ſibi reddi accipitrẽ, tum ſe detecturũ in quo ſit ſalus Sa-
xonum cõſtituta. Nec grauate reddit, uir armis potius q̃ uenationi inten
tus. Ait Turingus inter reges iam de pace cõueniſſe: prouidendũ Saxoni
bus, ne cõiũctis inter ſe amborũ armis opprimant̃: proinde nox illis pro-
xima ad ſalutem data, ſi ſapiant, illa utantur. Hęc ſiue dolo ficta, ſiue reue-
ra decreta, Saxo qui audierat, diſſimulanda non putauit: uocato concilio
rem aperuit: ibi perpenſa in Saxones Turingorũ odia, nec ſatis comperta
Francor̃ fides, reſpicere fęcerunt in uires, quas nuper cõmiſſo pręlio ami-
ſere: Et cum ſe utriſq; impares arbitrarent̃, cœperunt ad nocturnã fugam
nonnulli pẽdere. Tum ſenior quidã: Q̃ audio Saxones in uobis fugę cõ-
ſilium pręualere, non probo: qui ab ineunte ætate militãs in gente noſtra,
ad hanc quã cernitis canicię perueni: Saxonũ ſemper arma tractaui: in ca-
ſtris noſtratũ conſenui: nũq̃ uerſa retro noſtror̃ agmina cõmemini: uinci
forte nõnunq̃ Saxones potuerũt, fugari nunq̃ poterãt: ego hanc ignomi
niam uel primus deteſtor: hoc cano capite primus, ſi iubetis, ingrediar, ſi-
gna pręferẽs: ſequant̃ me qui gloriã gentis adauctã uolunt: fortibus uiris
minimũ ſemper fuit periculi: imparatos Turingos, & ab antíquo, & nunc
rectius hoſtes, aggrediamur: &, ſi ſors uelit, etiã Francos ex ſocĳs adoritu
ri. Incendit omniũ animos ſenis oratio: arma corripiunt: & nihil metuen
tem urbem aggreſſi, pertinaciter oppugnant: deinde aggreſſam ſcandere,
capiunt: ſeuĳt gladius in omnes qui arma tulere: cędunt̃ obuĳ ciues, mili-
tes ſine diſcrimine: cum ante urbs capta eſſet q̃ int⁹ intelligerẽt: incurrere
multi in hoſtes, ciues arbitrati, & extinguunt̃. Rex Ermẽfredus cum pau
cis urbe elabit̃. Franci & ſi ad pacẽ inclinabãt, uictores tñ Saxones collau-
dant. elapſum regẽ eo reſpicere rex Theodericus arbitrat⁹, ꝙ bellũ reſum
ptis uiribus renouaret. Igit̃ mittit legationẽ poſt illũ, ut ad pacta inchoata
reuertat̃: nihil ſe imperãte factũ: Saxones ſua uolũtate tumultuantes nũc
quieſcere. Credidit rex: & q̃d uerũ eſſe cupiebat, facile perſuaſum habuit.
Iam ęgerat cum Iringo Theodericus, ut in ſuo conſpectu dñm ſuũ uenien
tem perimeret: magnis a ſe rebus munerãdus. Vbi uenit in regis pręſentiã
Ermẽfred⁹, uictorẽ uenerat⁹, pcidit, ut genua amplecteret̃. Iringus ſtricto
gladio iacentẽ dñm cõfodit. Theoderic⁹ proditorẽ exoſus, mox a ſe exire
pręcœpit: Cui enim mortaliũ fidũ fore qui dñm ſua manu cõfodiſſet: Irin
gus furẽs iam, certus mori, gladiũ intorſit, ut Theodericũ cæderet: ſed fru
ſtratus in ſe uertit enſem: & dñm cadens amplexu petiuit. Hic erat exitus
proditoris. Theoderic⁹ pmiſſam Saxonib⁹ terrã donauit: urbẽ quã expu
gnauere perpetuo cõceſſit habitãdã. Hic eſt ager ille quẽ ab Turingis nõ
auro, ſed ſanguine mercatũ Saxones accœpere: nunq̃ enim Turingi poſſe-
diſſe legunt̃ agros ad Hadeleriã: q̃s, ut fabula finxt, pro auro Saxonibus
per arma ſua defenſos tradidiſſent. Suæui uſq; ad mare aliquando domi-
nati ſunt, nunq̃ Turingi. Suęui terram Saxonũ in Italiam cum Lõgobar-
dis migrantiũ aliquãdo occupauere: quod ſuo tempore dicemus: in proxi
mo circa hæc tempora res gerebatur.

Vm in hoc rerũ ſtatu Saxones agerent, Francis pacati, Turingis quibus Franci preerãt, non moleſti, ꝙ terras a Francis permiſſas incolerẽt, Albuinus Longobardorũ rex iam diu in Pãnonijs ſedens, per Narſetẽ Italiæ præſidẽ, qui in ea deleuerat Gothorꝝ reliquias, ꝙ iam inſigni iniuria ab Imperatrice Conſtantinopolitana notaretur: illũ ue lut eunuchũ ad penſa inter puellas diſtribuenda reuocãte: cum ille reſpon diſſet: Telam ſe orditurũ, quã Imperatrix cum totius Imperij uiribus non reſolueret: uocaſſetꝙ Albuinũ in Italiã: uocatus ille uenit cum gẽte ſua, uxoribus & liberis una ductis. Proſpexit tñ reditui, ſi quid aduerſi cõtingeret: nam Hunis præcario ſuã attribuit prouinciã habitandã: Nec uero Albuinus reditui ſolũ proſpexit, ſed uiolentię cauit, quã eſt fieri poſſe opinatus: Nam ut munitior intraret Italiã. XX. millia Saxones ſibi adiũxit: qui, quẽadmodũ Longobardi, uxores, filioſꝙ, cum omni ſuppellectili curris impoſitos traxere: inſuperꝙ duxere ad fœtus ſuſcipiendos equarꝝ boumꝙ armenta: prẽter iugandos aratro boues, & innumerã animaliũ multitudinẽ cibo mortaliũ ſuffęcturã. Fuit uero migratio Saxonũ alijs etiam populis accõmoda. Clotharius nanꝙ & Sigebertus Francorꝝ reges, Sueuos ad Renum ſedentes, in deſerta a prędictis Saxonibus loca Germanię traſtulerũt: cum nec illos nihil male de ſe meritos delere uellent, neꝙ Galliarum partibus ſibi uicinis coaleſcere ęquanimiter tolerabãt. Hæc eſt illa emigratio, & Sueuorꝝ in Saxoniã introductio, quã Speculum Saxonũ in textu & gloſſa cõmemorat: cum reuerſi Saxones pulſis Sueuis, deteriorẽ fęcere cõditionẽ fœminarꝝ, quę Sueuis cõiugio, ꝙd mox dicem⁹, copulari ſunt paſſę: ꝙd ibi (quiſqs erat Speculi cõditor) falſo tribuit emigrationi quã in Angliã fęcere Saxones: nã inde nunq̃ ſunt reuerſi: inſulã ſemel apprehẽſam nunq̃ deinde relinquẽtes. Mira eſt autẽ illis ſæculis tam crebra gentiũ tranſmigratio, quę neꝙ ante, neꝙ poſteriorib⁹ ſęculis tam frequẽs acciderat: Quis aũt ſine nutu gubernantis omnia Dei illã, ut uocant Itali, barbarorũ eruptionẽ accidiſſe crediderit? Quis nõ uidet perinde retuſam ſuꝑbiã Romanæ ditionis: quæ diu authorẽ ſuũ diſtulit agnoſcere? Nam ubi ſanctorꝝ matyrũ abũdantius q̃ Romę fuſus eſt cruor? quo in loco magis efferbuit pro falſis dijs principũ indignatio? Ergo ꝙd Roma diu irrogauit iunoxijs, hoc paſſa eſt in ipſa urbe, & Italia, & Romanis prouincijs ab illis nationibus quas ante ignorauit, uel cõtempſit.

CA. XXX.

Axones cũ aliquãdiu ſub Longobardis in Italia militaſſent, pertęſi alieni imperij, qui ſe ad libertatẽ natos arbitrarẽtur, in patriã reſpexere: Acceſſit Frãcorꝝ regũ non obſcura ſuggeſtio, ꝙd uellent in Italia ſeruire, qui in libertate nati, etiã alijs, ſi ſatis niterent, imperarent. Vrebat quidẽ Francos gloria Lõgobardorꝝ: ꝙ locupletã prouinciã & dominã gentiũ tã facile cœpiſſent: imminerẽtꝙ terrore uicinis gẽtib⁹. Quocirca uolentes Longobardorꝝ Franci potentiã minuere, tale aliquid Saxonib⁹ per ſubmiſſos inſtillauere. Facile perſuaſeris homini libero ſuo iure uiuere. Non ſurda aure Saxones accœpere in quod ſua ſpõte propendebant: Cum ergo Longobardi eſſent bello Cãpaniæ occupati, Saxones

transcẽdere alpes constituerunt. Id cum Longobardi resciissent, non ultra differendũ rati, periculis occurrere constituerũt, quę eos multa manebãt, si Saxones, tam magnũ prędidium abiissent. Sed quia Amatus prouinciæ Romanę, & Frãcilio Anicienſis, prędides, ab regibus Frãcię cõmuniti, arma ostenderũt Longobardis, in illos ducẽdum fuit: Omissis igit̃ Saxonibus eo intenderãt: cum interim Saxones suo itinere gradiẽtes per Gallias in Remenſes sunt delati: & apud Strablonense rus castris positis, non paruo tẽpore quieti fuerũt: nec damna prouincialib⁹ intulerunt: qui eos iussu regum cõmeatibus adiuuabãt. Quãprimũ Saxones intellexerũt Burgundiones cladẽ accœpisse ab Longobardis, & Amatũ prouinciæ Romanæ prędidẽ interfęctũ, & Lõgobardos in Italiã reuertisse, timore laxati, mutarunt mores: & omnia in Remenſib⁹ tumultu implẽtes, prædã undiq; agebant. Ennius interea Mũmulus Romanus ciuis Amato suffęctus, quẽ in Longobardos Frãcię reges multis copijs adiuuabãt, Longobardos superauit: quare ab Arithparto Parisiorũ rege iussus, quod facere optabat, duxit in Saxones nihil tale timẽtes, & haud sec⁹ q̃ si nihil hostile cõmisissent omnẽ curam custodię negligentes. Aggressus itaq; Mũmulus eos primo impetu fudit: dissipatosq; persequutus, magnã in illos edebat cædẽ: colligentes tñ sese, & inuicem adhortati Saxones, prędio uolebant & iusta acie cum Mũmulo confligere: sed multi hincinde missi a Francis regibus nuncij, utrunq; exercitũ perduxerunt ad pacẽ: cuius fuerũt cõditiones: ut Saxones relicta præda, & certa auri summa in compẽsationẽ irrogati damni persoluta, in Italiã qua aduenerant, remearent: q̃nquidẽ Suęui ab regibus Frãcię Saxonum terra donati, cedere loco noluerunt: ergo in Italiã remearunt: Sed cum essent ad priora loca reuersi, Lõgobardos iam factos insolẽtiores offenderũt: iterũ ergo remeare constituũt: & ad Sigebertũ Metẽsium regẽ mittentes, certiora q̃ prius fœdera ięcerũt: quib⁹ innixi, cũ uxoribus filijsq;, & omni suppellectili Italia excessere. Ne autẽ qua incederent prouincialibus nimis graues essent, & cõmeatibus indigerẽt, sese in duas partes diuiserũt: Eorũ una per Nicæã, altera per Ebredunẽses iter tenuit: & tñ omnes simul deducente amicabiliter Mummulo, ad Sigebertũ regẽ peruenerũt. Cõuenerat aũt in fœdere quod regẽ inter & Saxones ictum erat, ut eos ille in patrias sedes restitueret: quas anno ante quintodecimo reliquerãt cũ Lõgobardis in Italiã profecti: optaueratq; Sigebert⁹ id facere: & Suęuis suasit, ut regionẽ partiri paterent̃, uellẽtq; ęquo iure cũ Saxonibus habitare. Saxones uero cõtra, patriã sibi totã non dimidiã ex fœdere adiudicandam cõtenderunt. Et cum altercationibus aliquandiu res protracta esset, institere Saxones, ut si nollet rex, aut nequiret Suæuos alienа deturbare terra, ęquo ferret animo, si armis ipsi iustissimis quęrerent, q̃d tanta cum iniuria negabat. Passus uero ille est Saxones in Suæuos ducere: neq; interea destitit pacẽ quęrere inter eos, fœderaq; cõponi: sed nullis uerbis, nullis pollicitationib⁹ molliri Saxonũ pectora potuere, qui ferro potiꝰ experiri q̃ pacto uellẽt. Et uentũ est ad prędiũ: in quo superatis, & magna internecione cędis Saxonib⁹, mãsit regio Suęuis: quã, prout initio

acceſſus ſui facere cœperant, Sueuiã appellarũt. Sed tñ Saxonibus obnixe inſtantibus, cum Franciæ reges alijs implicíti bellis tenerent, arma undecũq; contraxerãt: & Sueuis de integro cõgreſſi, exturbarunt regione: & recuperatæ per arma patriæ, filios & uxores inuexere. Crediderim quî inter Suæuos habitauere Saxones, cum ad prima prælia quícuiſſent, ſperantes cõgentiles ſuos eorũ uirib⁹ non indigere: ubí uiderãt profligatos, & iam magno prelio uictos, multis amiſſis, uirib⁹ opus eſſe, eorq; acceſſiſſe partib⁹: & ita parib⁹ animis a remanẽtib⁹ & redeũtib⁹ Saxonibus in Sueuos eſſe depugnatũ. Eiectos, puincia Sueuos inſuper cõtumelia affecere: Nã legẽ ſanxerũt: Mulieres Saxonici generis q̃tq̃t Sueuis denupſerãt, alienas a ſucceſſione paterna haberi: & rurſus in ſuis cõſuetudinib⁹, quas poſtea Speculo Saxonũ indiderũt, cũ Karolus Francorq; rex, & Ro. Impera tor, authoritate, ut ferũt, interpoſita cõfirmaret: mulierq; cõditionẽ in mul tis ob eam rem fecere deteriorẽ Verũ eſt tñ q̃ inſcitia Gloſſatoris cauſam refert in eam profectionẽ quã in Britaniã Saxones fecere: ignarus q̃ inde nunq; egreſſi, perpetua ditione inſulam ſeruauere: cum uxoribus & liberis ibi remanentes: ſed ex hac Italica cum Longobardis expeditione illa prouenerũt, quę in fœminas ſunt conſtituta. CA. XXXI.

Ertoldus tum Saxonibus dux preerat ad arma uir impiger, cum
b Dagobert⁹ rex Metenſiũ (q̃d Auſtraſiorq; regnũ nũcupauere) a uiuẽte Clothario cõſtitutus patre, uicinã etiã Turingorq; prouinciam tenebat. Bertoldus aũt cum potentiã uicini regis ſuſpectã duceret, occaſionẽ iamdudũ quærebat eam imminuẽdi. Ortũ eſt bellũ, ut fit, inter uicinos de finibus. Dagobert⁹ copijs ualidis in Metenſiũ regione perarmatis, Renũ traijcit: ducturus in hoſtẽ. Nec ſegnis Bertoldus Saxonũ dux iamdudũ bellũ ſitiens, iuueni regi dux ueteran⁹ occurrit: Conſerunt manus: & graui utrinq; prelio multi cadũt. Dagobertus acri certamine premit ab oppoſito Saxone: ut decuſſa galea, partẽ cutatã capitis cum adhærentibus capillis in terrã demitteret: nec leuis erat ictus, cuius impetu decidens iumẽto, regius iuuenis prope erat ut caperet, ſi non proximorũ fidelium manibus eximeret. Ergo attritis exercit⁹ ſui uiribus, paulatim ſe retraxit rex Dagobertus, uictoriã permittẽs hoſti: quę tamẽ non paruo illi quoq; cõſtabat. Inſinuat per nũciũ Dagobert⁹ patri quo ſint res in ſtatu: orat q̃primũ ſuppetias ſibi ex Francia uenire. Pater cõperto quo in periculo ſit filius, raptim cõtractis ex regno armis, & ualido ſuorq; cõflato exercitu, ipſe proficiſcit filio uẽturus auxilio: & tranſpoſitis copijs per Renũ, magnis itineribus contẽdit ad filiũ: & iunctis exercitib⁹ una mouẽt in hoſtẽ. Caſtra tum tenebat ultra Viſurgũ, nunc Wiſerã uocant: qui limes eſt ueteris Saxonię hoc eſt, Weſtphalię, & eius quę nunc nomen Saxoniç retinet. Habuit tñ etiã illa tempeſtate Saxonia prouinciã ultra Viſurgum in Hercíniã ab olim: & eam quã nuper ſtipẽdij uice promeruit ex Turingia ab rege Francorq; Theoderico, cui tum, ut diximus, Saxones militauere: in qua tum conſederãt uires ad prelíũ collectę. Frãci admotis flumini caſtris quoq; ſuis, inſolito tripudiauere clamore. Miratus quid hoc eſſet Bertol-

dus: audit ab his, quos rex hostiliũ misit exploratores, uenisse Clothariũ Dagoberti patrẽ Francorũ regem, cum nouis ad filiũ Francor̃ militũ co piijs: Illa de re exhilaratos milites, insolitũ prẽferre clamorẽ, alacritatis indi cem. Mirũ, inquit ille, si Francor̃ rex quẽ nuper uita functũ ferebãt, nunc ex mortuis redeat depugnare. Dum parant̃ utrinq; prẽlio, nunciatur Clo thario, non credere Bertoldũ adesse Frãcorũ regẽ. Ad ripã ergo rex pro pius uenit: & nudato cano capite, quo insignis noscebat̃, uidendũ se Saxo nibus prẽbuit. At Bertoldus rege cõspecto, quẽ uita functũ audierat, ex clamat: Venisti uetulum caput, canũq; pecus uenisti, iuuenũ te armis ite rum immiscens. Franci autẽ cum morã facere uiderent̃ Saxones, cõcepta de recẽtibus uiribus fiducia, uel nauibus cõparatis, aut uado (res enim in obscuro est) fluuiũ transierũt: & inuasis Saxonibus, magna armor̃ cõten tione prẽliũ conserũt: Nec segnes restitere Saxones, diu æqua manu cum hostib⁹ confligẽtes: Sed uicit Francor̃ pertinax instantia, propter innoua tas & multiplicatas uires: cessereq; Saxones hostib⁹ uictoriã, cæso in me dio pugnantiũ agmine duce Bertoldo: Quid enim facerẽt sublato capite mẽbra? fuga sibi quisq; consuluere. Sequuti Frãci, omnẽ Saxoniæ prouin ciam igni ferroq; uastauere: nec abiere priusq̃ prodeũtes obuiã proceres, de pace agerent: qñ bello tantę moli impares uiderent̃. Summa fuit, ut Sa xonia annuo Francis penso tributo, dños ac maiores suos agnosceret. Tri butũ constituit̃ quingentor̃ boum, annua solutio. Hoc autẽ genus tribu ti, aut ei non dissimile in equis, quãdoq; Saxones persoluerũt Danię: cum essent ab illis quoq; armis & uiribus superati. CA. XXXII.

Tabat hoc in rerũ statu Saxonia non diu: nam eodem regnante
s Francis Dagoberto, Wãdali, quos nõnulli corrupto uocabulo Winulos dixere, cum adhuc uicinã tenerent prouinciã, quæ nũc terra Brunswickcẽsis est, cum uicinis ecclesiar̃ prędijs, dissimulãtibus, ne scio si etiã ad eam rem inuitãtibus, Saxonibus: ut per occasionẽ excuterent iugum Francor̃: irrupere in Turingiã, tum Francis parentẽ. Gens erat ui ribus non cõtemnenda: exemplũ sequuta congentiliũ suor̃, qui sępe trãs to Reno, res magnas perægerũt: quod in Wandalia nostra explicuimus. Sed tum Saxones missо ad Dagobertũ Francor̃ regem nuncio, cum illo ęgerant, ut si armis suis pellerẽt Winulos gentẽ Wandalor̃ de Francorũ prouincia, tributo liberi, & amici regis in reliquũ tempus scriberent̃. Ac cœpere cõditionẽ Franci: Saxonesq; contractis ad eam rem armis, pro ar bitrio sponsionẽ impleuerũt: siue aperta ui, siue per pactionẽ res ageretur: obscurũ enim permansit, qua uia fieret: cp nulli tum in Saxonia scriptores haberent̃, & in Francia glorię gentis inuideret̃, nemo dignat̃ rem satis ex plicare. Sed tum Francis per Saxones reddita est sua Turingia: & in reli quũ ijdem Saxones non tributarij, sed Francis fœderati habebant̃. Quo tempore in Francia templũ sanctis martyribus Dionysio & socijs extru ctum, a Christo, ut ferũt, est consecratũ: prodente homine leproso, qui in tus pernoctabat: obtẽta ab ædituis uenia: & in argumentũ ueritatis, mũ datum se cũctor̃ oculis ingerebat: qui noscebat̃ passim a multis proximo

uespere leprosus. Hac etiã tempestate institutũ est ius publicarũ sub diuo nundinarũ inter Parisiũ & Sancti Dionisij opidũ in Frãcia, quod peragit in agris, in tota Francia celebre: quod Lenditũ uulgus appellat, ab edicto ut est uerisimile, detorto uocabulo. Per hæc tẽpora rex Anglorũ Saxonũ ex Anglia, nomine Cedoaldus, qui multis bellis fortissime in patria dimicauit, ad Christũ cõuersus est: & tendens Romã, uenit ad Chunipertũ regem Lõgobardorũ, qui filiã eius tenebat uxorẽ: a quo cũ magno honore susceptus, Romam perducitur: & a beato Sergio papa baptisat⁹, Petrus est nominatus: cunctq; adhuc in albis esset, Romæ moritur: & in ecclesia Sancti Petri sepelitur: iam enim paulatim Anglia tota cum omni gẽte sua ad pœnitentiã conuersa, credidit Christo.

CA. XXXIII.

a Sliduum deinde bellũ Saxonibus incessit de Turingia Francorũ prouincia: in cuius finib⁹ iam, quia Saxones nõnihil iuris elaborãdo quęsierãt, quotidiana de terminis quęstio erat: Sed & Frãcis Christianis principib⁹ odiosum erat Saxonũ nomẽ, q; adhuc gẽtili sorderent errore: quocirca Karolus Martellus, Pipini Breuis filius, aulę prę-fectus, qui Maior etiã dom⁹ dicebat, non dissimilis potestate illi, qui olim Romano florente Imperio, Prefectus prętorio diceret: pro qua dignitate mira inter Francos proceres fuit contẽtio: Sed tñ Martellus uarie a fortuna iactatus, cum carcere nouercæ elapsus esset, ad eam dignitatẽ peruenit, ut regnũ omne sub illo administraret: Iam enim reges partim ob puerilẽ ętatẽ, partim ob socordiã, regni gubernacula p̃miserе Maiori domus: Ipsi uelut idola domi sedebãt, semel in anno populis se exhibuere uisendos, reliquos dies in ocio & uoluptatib⁹ triuere: ut olim Persarũ reges, qui nusq; se prębuere cõspiciendos, sed per amãtissimos sui solũ adibant, consulti de rebus gerendis: qui status semper fuit perditioni proximus: Sic enim periere Persarũ reges, sic & Francorũ regnum in alios per similẽ socordiã est translatũ: &, si uerũ fateri licet, sic perijt Romanũ Imperiũ: q; q̃diu principes rem gerebant, omnia prospere succesſere: quorũ erat nouissimus Magnus Theodosius: post cuius interitũ, quia principes ipsi per se rem agere detrectabãt, ducibus permisere, sub quib⁹ primũ declinauit, donec in eam concederet umbrã, in qua uix cernit hodie. Sed tum Francorũ res administrabat Martellus, uir illi sęculo fœliciſſimus: qui nisi illi sęculo cõtigisset, actũ esset de uniuersis Gallijs, quas tũc infestas fęcere de proximis Hispanijs, quas occupauere numerosissimi Saraceni. Sed Martellus suo nomini respondẽs, ubiq; malleus hostiũ, ubiq; propugnator suorũ, Aquitania & Vasconia primũ, inde etiã Romana, puincia expulit Saracenos: mira uirtute, & incredibili fœlicitate ubiq; uictor. Qui pacatis in occidẽte rebus, cum Saracenos suis & Romanis prouincijs expulisset, conuersus in alterũ latissimę ditionis angulũ, etiã illũ purgare sordib⁹ cõstituit. Saxones erãt ea tẽpestate dæmonicolæ, & qui Christianã religionẽ aspernarent: in eos conuersus Martellus, bellũ instituit, & bellum inchoauit, quod demũ nepos eius ex filio, Karolus Magnus, peręgit: Tantę molis erat Saxonicam gẽtem patrijs ritibus auertere. Magno tamẽ tum bello pressi Saxones &

exhausti, Karolo quidē Martello manus dedere: cōponentes cum illo per qualescūq; cōditiones: sed leges Christianas accipere necdū consenserūt. Et is quidē uir incōparabilis, ubi post mirifica quę ubiq; uictorioſe perę git opera, iam ætate fessus, priusq; uita excederet, filijs Karlomāno atq; Pipino, ditionē distribuit: de rege nihil pensi faciens: nam armis quæsitā dignitatē filijs relinquere disponēs hęreditariā, uiuens inter filios ita partit, ut Karlomāno Austrasiā, Franciā, & Turingiā, Pipino uero Gallias permitteret: ubi tñ maior rerū moles incūberet, iūctis uirib⁹ fratres unū iussit sentire. Ita cōmunē fratrē Griphonē bella germanis intētātē, q; pater illū testamento uidebat pręteriſſe, capiūt: & honesta liberaq; custodia curant asseruari: ipsi iunctis armis in Alemānos iuga detrectātes duxere. Aquitaniā duce Hunoldo rebellantē redigere in quietē: Odilonē Baioariæ ducem iam rebus nouis studentē, pręueniūt. Inter hęc Saxones quoq; se cōmouerant, non satis propalata tumultuationis causa: Vna in propatulo fuit: q; nomini Christiano infestissimi, erāt idololatræ: quā rem fidelis & religiosus princeps Karlomānus animo execratus, in eos duxit exercitū: & eos quidē tum perdomuit, ut legibus sęculi parerēt ad ęquabilitatem: sed Christi religionē neq; uerbis suadere, neq; armis inducere poterat. Deinde autē uir cordatissimus, & quē sęculi pœniteret, iamdudū omissa regni administratione, fratriq; Pipino permissa, Romā proficiscit: ibiq; aliquā diu uersatus in mōte Soracte qui Siluestri dicitur, monasteriū diui Benedicti sub regula, suis expensis erexit: seq; inibi monachū fęcit: sed frequentatione uisitantium de Francia nobilium male affęctus, eo relicto loco, ad montem Cassinum, quem Sanctus quondam pater Benedictus incoluit, adijt: ibiq; Domino seruiebat.

CA. XXXIIII.

Ripho Pipini frater, iā altero demigrāte, sperans in partē administrationis summo iure deuocari: ubi spe sua frustrarē, ad Saxones perpetuos Francor⁹ hostes cōfugit: ibi collecto iusto exercitu, aduenientī Pipino occurrere ad Onacram amnē loco quē Horemū incolę uocant, non dubitauit: Pipin⁹ aūt ad fluuiū Misaham in uico Strahungo castra fęcit: nullo tamē prælio cōmisso, in colloquiū uenere fratres: sed tum infęcta re inuicē discessere. Gripho quidē Saxonū idololatriæ gentis prędidio non satis fidens, in Baioariā se recœpit: ibi cōciliatis qualitercūq; proceribus, Tassilonē hospitē suū ducatu proturbat. Ea re cognita, Pipinus cum magnis copijs in Griphonē progressus, Tassilonē restituit: Griphonē aūt in eius potestatē uenientē, in Gallijs donat non parua ditione: ut magnor⁹ ducū par, etiā maior uideri possit. Ea tñ re minime contētus, ad ducē Aquitaniæ Gaifirū, iam Francis inimicantē, desęcit. Quo tēpore regni Frāciæ proceres regis sui Hilderici perspecta ignauia, & q; nullis rebus idoneus uideret, solēni legatione apud Summū pōtificem Zachariā peręgerūt, ut regnum Hilderico abrogatū, Pipino & successoribus illius in perpetuū proueniret. Oratores fuere Burchardus Bituricēsis archiepiscop⁹, & Furadus, quē alij abbatē, alij sacerdotē scribūt. Ita regnū Pipino prouenit: & in eius successione diu permānsit. Quā ideo rem in cōmemora

tionem adducimus, quod proxime de Karolo Magno, Germanię & Galliarū principe multa ſcripturi, teneamus quo ordine in lineā ſui generis regalis principatus aduenerit. Iuuat inter hęc intueri, quibus ſe inuicē obſequijs extulerūt Domus Francię, & Sūmus pontifex: nam Frāci detulerūt Pontifici arbitriū declarandi regis: quaſi is ſit per quē reges regnant; qui pridem in urbe cōſiſtere uix potuit, quo minus arbitrio Conſtātinopolitanorū Imperatorū aut captus, aut relegatus abiret. Viciſſim Romana ſedes hoc præſtitit beneficiū domui Pipini, ut regiū nomē haberet: & deinde Karolū ad imperiale culmē prouexit. Non paruę cauſę durantis etiam hodie fœderis inter Romanū pontificē, & Franciæ reges: dicente Scriptura: Qui me glorificāt ego exaltabo. Ad Pipinū reuertamur. Prima huiꝰ regis poſt ſuſcœptā coronā opera fuit, arma in perfidos Chriſto Saxones uertere. Magno igiť in eos apparatu ducens, bellū eis intulit grauiſſimū: ſed ea fuit gentis moles, ut non ſtatim ad mutandā religionē poſſet armis cogi: Ea igiť expeditio fruſtra fuit. Cum autē undiqꝫ nouo regi & fauor & uires increuiſſent (nam ſolēnes ab Imperatore Cōſtātinopolitano nūcios cum muneribus accœpit) Baioariæ dux Taſſilo regē adiens, imperata ſe facturū polliceť. Cum igiť in Saxoniā maiori apparatu ducere cōſtituiſſet, audit Saxones omnes aditus cōmuniſſe: Sed ille ui perfregit: & in hoſtico ſolo pugnaturus conſtitit: occurrētes, & iuſta acie decertātes, uicit: impoſito tributo (id erat trecentorum per ſingulos annos caballorū) ad tempus Perliamenti ſoluendo dimiſit.

FINIT LIBER PRIMVS.

INCIPIT LIBER SECVNDVS.

a MAGNO KAROLO NON AB RE nouo ordimur principio: qꝫ ille Saxoniæ ſalutē iuuexit: cum religione Chriſti, maiorē prouincię inducēs ciuilitatem. Libet clarā & religioſam Magni huiꝰ Karoli originē, & lineam generis percenſere: a ſancto Nodoaldo Treuerorū archiepiſcopo ſumpto principio. Is magnæ uir nobilitatis, princeps ex Palatio, rapiť ad eccleſiā: clareſcēs multis per ſanctitatē miraculis. Sororem alterā Seuerā conſecrauit Chriſto monialē: aliā Ittam, clariſſimo duci Pipino dedit cōiugē: ex qua naſcunť Grimoaldus princeps, Gertrudis diua monialis, & Begga nupta principi Amſigiſo, ſancti Arnulphi ex Maioredomus Metēſis epiſcopi filio: Itta peperit Pipino Karolū Magnū cū fratre. Igiť Pipino rege facto de medio, ad filios eius Karolū & Karlomannū omnis paterna ditio peruenit. Karolus Wormaciæ, Karlomānus Sueſſione regni coronā accœpere. Parebat Frācis iamdiu Auſtraſia (ea eſt Metenſis prouincia: nam quæ nunc Auſtria dicitť, tunc Norica, diu poſt ſortita eſt Auſtrię uocabulum) parebat Suęuia, Baioaria, & quę prima Francis nomē dedit, Francia Ger-

manię: nūc per iniuriā appellata Frāconia: cū uerū illi nomē Galli abstu-
lerint. Seruant tñ nōnulli ſcriptores illi prouincię ſuū nomē & honorē, ut
Franciā uocent orientalē: Sed hoc uix patiunt Galli, pro ſolita genti elati-
one: indignati, ſi dijs placet, q̄ Germanos patres, & regni ſui fundatores
iubeant agnoſcere. Et quoniā Karlomānus breui conceſſit in fata, relictis
paruulis, quos uxor eius uidua ad Deſyderiū Longobardor̄ regē in Ita-
liam deferebat, omne regnū in Karoli ditionē conceſſit: quē, quia Germa
manię & Gallijs pariter regnaſſe cōperimus, & Saxonię ſcim⁹ iura Chri-
ſtianæ religionis inuexiſſe, iure optimo etiā regem noſtrū Saxones cōſalu
tamus: præcipue quia Germanis ſupra omnes reges Franciæ deditiſſimū
accœpimus: lingua eorū crebrius uſum, & moribus uixiſſe comperimus.
Monſtrāt hodie in Frācia Germaniæ locū natiuitatis eius, & celebri me-
moria cōſeruāt: maiori niſu præclara eius facinora in hac Saxonū hiſtoria
pro uiribus attollemus. Prima eius regis gloria, Romanā eccleſiā tyrāni-
de Longobardor̄ preſſam, in libertatē uendicare, & multis prædijs ex ui
ctoria amplificare. Tribuūt nōnulli Conſtātino magnā illam donationē
Italię & Germanię, & neſcio quarū prouinciar̄ eccleſię Romanę factam,
de qua ipſi uiderint: Karolus erat, qui ex uictoria Longobardor̄ Roma-
nam eccleſiā ditauit: cum pridē aliquāta, & Gothi per ſua tēpora, & dein-
de Longobardi reges nonnulla cōtuliſſent: inq̄ multa dominio uacātia,
eccleſia introiuit, eius iure præmunita, cuius eſt omnis terra, & plenitudo
eius. Sed hęc alias. Tametſi pater Pipinus gemina in Italiam expeditione
operoſa, multa pro eccleſia fęcerit, tamē rerū inſtabilitas humanar̄ nō lon
gęuam fęcit pacē ab illo compoſitā: ſimul q̄ Longobardi niſi omnib⁹ ui-
ribus deſtituti, quieſcere non uidebant. Audiuit rex oratores Sūmi ponti
ficis Hadriani, & cum conſilio ſuor̄ conſolatione plenos dimiſit: uenturū
ſe cum expeditione militari in Italiā, uiſurūq̄ pro uiribus, ſi poſſit hoſtes
eccleſię ab illius ceruicibus ſubmouere. Nec ſegnius arma parauit, exerci-
tus conſcripſit, cōmeatus prouidit, regni ſui negocijs magnæ authoritatis
uiros prępoſuit: ubi omnia ex ſentētia cōſtitere, mouit in Italiā: & magnis
conatibus ſubuerſo regno, Longobardor̄ regem captū, in Franciā addu
xit. Quā rem quia pleni⁹ in Dania, ubi ad Lōgobardor̄ geſta deſcēdim⁹
ſum⁹ exequuti, nūc breuiter attactā relinqm⁹, eo mittētes lectorē. II.

Axonicū uero bellū a memoria Karoli Martelli aui ſui nūq̄ diu
s fuit intermiſſum: & in eo aliquid per Karoli duces, ipſo alijs im-
plicito, eſt attentatū, dum ille uel in Aquitania Hunoldo rebellā-
ti occurreret, & Lupū Vaſconię ducē, ad quem Hunoldus cōfugerat, de-
terreret, ut nō ſolum perfugā Hunoldū, ſed ipſum quoq̄ ſe Lupus Karoli
permitteret poteſtati. Quādiu etiā ille in Italia bellum ageret Longobar
dicum, duces eius Saxonib⁹ ſunt colluctati. Illo aūt abſoluto, reuerſus in
Franciā, totis ſe uiribus animi & rerū conuertit ad Saxonicū bellum pera
gendum: quo neq̄ prolixius, neq̄ atrocius ullū unq̄ geſſit: quia Saxones,
ſicut omnes fere Germanię natiōes, natura feroces, & idolorū cultui dedi
ti, ab eo quod ſemel apprehenderāt nulla poterāt ui dimoueri. Suſcœptū

est igit̃ aduersus eos bellum magna utrinq; animositate: maiori tamẽ Saxonum damno, per cõtinuos triginta annos gerebat̃. Poterat quidẽ citiꝰ finiri, ait Euardus Karoli scriba, si in sentẽtia una semper, aut diu permansissent. Dictu difficile est quoties superati, regi manus dederunt, imperata facturos polliciti: obsides qui imperabant̃, absq; dilatione dederunt: legatos qui mittebant̃ suscœperũt. Aliq̃ties ita edomiti & emollíti, ut etiã cultum dæmonũ dimittere, & Christi fidem suscipere pollicerentur: sed sicut aliq̃ proni ad ea pollicenda uidebant̃, ita mutato postmodũ decreto, ad abiicienda uidebãtur præcipites. Anno regni sui sexto, Karolus Saxones aut religioni subiícere, aut omnino de terra delere cõstituit: ingressus prouinciam, arcẽ eiusdem munitissimam Siborch cœpit: Eresborch a Saxonibus euersum p̃sidiũ muniuit: & in eo suoꝝ ualidam manũ collocauit: & multa strage peracta, obsides accipiens, est in regnum reuersus. Anno qui proximus erat ingresso iterũ rege in prouinciã Saxonũ, multos iussit baptisari: & iam rebus confirmationibus in regnũ redibat. Post duos iterũ annos Padeburnã ueniens, omnẽ regionis nobilitatẽ iussit cõuenire: Sed Wedekindus omniũ primarius dux, egressus de terra, ad regem Danorũ Sigefridũ confugit. Cum autẽ inde Karolus in Hispaniã conuersus, magno inibi bello implicaret̃, Saxones duce, quẽ diximus, apud Tuitium Renum trãsgressi, usq; ad Mosellã omnia igni ferroq; peruastabãt. Rex per literas exciuit duces de prouincia Germanię, hoc est, Sueuos, Frãcos, Bauaros, Turingos: qui cõgressi, magnã in Saxones stragẽ p̃gerũt. Ipse uero Hispanico bello peracto, iterũ copias traiecit in Saxoniã per Renũ & Lupiam amnes, totã quę nunc Westphalia est, peruagatus, rebelles subægit, fugauitq; cõtumaces: ut Visurgo, nunc Wesera, trãsmisso, sedes sibi facerent inter Wandalos, antiquis pulsis habitatoribus. Ex quo tempore cœpta est habitari a Saxonibus prouincia trans Visurgũ, quæ nunc est terra Brunswickcẽsis cum conterminis: ut fieret exinde discrimẽ Saxonũ orientalium & occiduoꝝ, qui ultra & citra Visurgũ habitant: Vnde est etiã nata illa distinctio in una natione Ostphaloꝝ qui ultra, & Westphaloꝝ qui citra Visurgũ incolunt: Nam Saxonũ principes pro insigni armoꝝ in militaribus signis pullum equinũ habuere: atrũ ante baptismũ, post uero cãdidum. Inde Ostphali ac Westphali: Nam equinũ pullũ Saxones sua lingua dixere Valen. Hoc aũt nomẽ in orientalibus euanuit, & permãsit appellatio generalis Saxonię: q̃ terra illa nouis principibꝰ sępe paruit. Nam a temporibus Hẽrici Leonis ducatus est ortus Brunswickcẽsis: postea & ille scissus in aliquot principatus: quod suo tempore cõmemorabimus. In occidua uero prouincia mãsit appellatio Westphalorũ: hoc est occiduoꝝ, qui equinũ pullũ p̃tulerũt. Eo tñ deuentũ est, ut ea gẽs iam se Saxonicã appellari non patiat̃: probro ducẽs si quis ex Westphalis hominẽ appellare cõtendat Saxonẽ. Hoc autẽ superbiæ genus unde processerit, non satis intelligo: p̃sertim cum rebus gestis ita claruerint orientales Saxones, ut Imperatoriã dignitatem, quã meruerunt, diutissime in sua domo fouẽtes, habuerint: & fortissimis semper uiris pares, si non superiores extiterint. Sed

priuſq; ad alia trāſeamus, operæprecium eſt il'uſtriſs. regis Karoli Magni optime de nobis meriti, præclara facinora ordine intueri. CA. III.

a Nnus erat a Chriſto nato poſt ſeptingenteſimū ſexageſimusno nus: cum mortuo, ut diximus, Pipino patre, Karolus & Karlo mann⁹ eius filij omniū cōſenſu procerū, regni gubernacula ſube unt: nō aliter partiētes, q̄ pater & patru⁹. Nam patri Pipino ſucceſſit in di tione ſua maior natu Karolus: Karlom ūno aūt patruo Karloman⁹. Erāt qui præter natiuā inter fratres æmulationē, de regni ſocietate excitare cō tēderēt ſimultates: ſed ea fuere modeſtia fratres, ut arma in ſe nō ſumerēt, & ſi haberēt qui aſſidue ſtimularēt. Mors aūt Karlomāni breui ſequuta, ſatis pandebat unde eſſent ſtimuli ſimultatū: Nam relicta eius fugiēs Ka rolum, uel q̄ male ſibi eſſet conſcia, uel ut Karolo bellū excitaret, contēdit in Italiā ad Deſyderiū Lōgobardor̄ regē cum filijs & paucis ex proceri bus. Karolus aūt omne regnū ex illo die ſolus adminiſtrabat. Omniū aūt bellor̄ quę geſſit, primū fuit Aquitanicū, a patre inchoatū, non finitum: quia cito peragi poſſe uidebaṫ fratre adhuc uiuo, & auxiliū ferre rogato. Et licet frater malis quibuſdā machinātibus fruſtraſſet auxilio promiſſo, ſuſcœptā expeditionē ſtrenuiſſime exequut⁹, non prius deſtitit, q̄ hoc, q̄d perſicere moliebaṫ, efficeret: Nam & Hunoldū qui poſt mortē Waifredi Aquitaniā occupauit, bellūq; iam pene peractū reparare tentauit, Aquita niā relinquere, & in Vaſconiā fugere coęgit. Quē tñ ne ibi cōſiſtere ſuſti nens, trāſmiſſo Garumna amne, Lupo Vaſconię duci mandat, ut perfugā reddat: quod ni ſtatim faciat, bello expoſtulaturū. Sed Lup⁹ ſaniori uſus conſilio, non ſolū Hunoldū reddidit, ſed etiam ſe cum prouincia, cui pre erat, eius poteſtati permiſit. Quo bello finito, rogatu & precibus Hadria ni pontificis Romani, inſolentiā Deſyderij Lōgobardor̄ regis ferre non ualentis, bellū in eam gentē ſuſcœpit: copiaſq; quas in Italiā duxerat, diui dens, unam partē cum Bernardo patruo per montē Iouis ire præcœpit: al teram ipſe ducens per montē Ciniſiū uenit in prouinciā: nec prius deſtitit, q̄ Deſyderiū regem longa obſidione in Papia fatigatum, in ditionem ac ciperet, & perpetuo exilio deportaret: filium uero ei⁹ Adalgiſum, in quo omnis ſpes ſtare uidebaṫ, non ſolum regno, ſed etiā Italia abire cōpelleret: omnia Romanis ablata reſtitueret: Rodogiſum Foroiulianū ducē noua molientem opprimeret: totamq; Italiam ſuę ditioni ſubiugaret: ſubactęq; filium ſuum Pipinum regem præponeret. CA. IIII.

p Oſt cuius belli finem, Saxonicū, quod a patre auoq; geſtum, diu erat intermiſſum, repetiuit: quo nullū neq; prolixius, neq; atroci us, Francorūq; populo laborioſius, ſuſcœptū eſt. Dictu difficile eſt quoties ſuperati, ac ſupplices ſe dediderūt, imperata facturos polliciti: obſides qui imperabanṫ abſq; dilatione dederunt: legatos qui mittebanṫ ſuſcœperunt: aliquoties ita edomiti & emolliti, ut etiā cultū dæmonū di mittere, & Chriſtianę religioni ſe ſubdere pollicerenṫ. Regis aūt magna nimitas aut per ſe, aut per comites ſuos miſſo exercitu, perfidiā illorū ſem per ulciſcebaṫ: donec omnibus qui reſiſtere uolebāt profligatis, decem ho

minũ millia ex his qui utraſq; Albis ripas incoluere, cum uxorib⁹ & paruulis ſublatos, tranſtulit: & per Galliã atq; Germaniã multimoda diuiſione diſtribuit: eaq; cõditione bellũ per tot annos tractũ, eſſe conſtat finitum, ut abiecto dæmonũ cultu, Chriſtianæ religionis ſacramenta ſuſciperent. Hoc autẽ bellum licet tamdiu protraheret, ipſe tñ rex non amplius q̃ bis acie conflixit cum hoſte: ſemel iuxta montẽ qui Aſneggi dicit in loco Thietmelle nominato. Ita ſcribũt Galli, proprietatẽ linguę noſtrę non tenẽtes: Ego montẽ accipio, in quo a memoria Karoli erecta eſt capella Diuini auxilij nominata: hoc referens poſteris, q̃ propter cœleſte præſidium in eo loco miſſum, memoria ibi magni miraculi cõſecrata eſt: Laici uocãt montẽ Sancti adiutorij. Altera autẽ uice iuxta Haſam fluuiũ: & hoc uno menſe, paucis interpoſitis diebus. Sed his duob⁹ prælijs ita cõfractę uires Saxonũ ferunt, ut ultra regem neq; prouocare, neq; uenienti reſiſtere, niſi aliqua loci munitione defenſi, auderent. Plures tñ eo bello & ſummi uiri, & maximis functi honorib⁹, tam ex Francis, q̃ Saxonibus, perierũt. Mõſtrant incolæ locũ caſtrorũ ad Haſam. Tandem anno. XXXIII. finitũ eſt bellũ. Tempora ſuis locis ſignabimus. Hiſpaniã autẽ pacatã reliquit poſt edomitos Aquitanos & Vaſcones: Nã Britones imperata facere adęgit, cum miſſis oratorib⁹ pacẽ oraret: ipſe poſtea cum exercitu Italiã ingreſſus ac per Romã iter agens, Capuã Campanię urbem petiuit: ibiq; poſitis caſtris, bellũ Beneuentanis ni dederent cõminat⁹ eſt. Pręuenit hoc dux gentis Agariſus, filios ſuos Rimoldũ & Grimoldũ cum magna pecunia regi placãdo mittit obuiã: rogans, ut illos obſides accipiat, ſeq; cum ſua gente facturũ imperata: erant aũt Longobardi. Permiſit roganti principatũ: & minore filio pro obſide retẽto, maiorẽ remiſit: legatoſq; ad ſacramẽta fidelitatis a Beneuẽtanis exigẽda, cum Agariſo dimittẽs, ipſe Romã redit: cõſumptiſq; ibi in uenerationę ſanctorũ aliq̃t dieb⁹, in Galliã reuertit. V.

b Auaricũ deinde bellũ & repẽte ortũ, & celeri fine completũ eſt. Baioarios dixere ueteres, nos Bauaros. Hoc bellũ ſuperbia ſimul & excordia Taſſilonis ducis excitauit: qui hortatu uxoris, quæ filia erat Deſyderij regis, patris exiliũ per maritũ ulciſci poſſe putabat: inito fœdere cum Hunis, qui Bauaris tum erãt cõtermini, bello Karolũ pertentabat. Cui⁹ contumaciã, quia nimia uidebat, regis animoſitas ferre nequiuit: ac proinde cõtractis undiq; copijs, Bauariã petiturus, ad Leccam amnẽ peruenit: qui Bauaros Alemãnoſq; dirimit: cuius in ripa caſtris collocatis, priuſq̃ prouinciã intraret, animũ ducis ſtatuit pertentare. Sed ille pertinaciter agere nec ſibi nec genti utile rat⁹, regi ſe ſupplex permiſit: obſides qui imperabant dedit: inter quos & filiũ ſuum Theodonẽ: data inſuper fide cum iuramẽto, q̃ ab illius poteſtate nemini ſuadenti defectionem cõſentiret. Sic bello, quod quaſi maximũ uidebat futurũ, celerrimus finis eſt impoſitus. Taſſilo tñ poſtea euocat⁹ ad regẽ, neq; redire permiſſus eſt, neq; prouincię quã tenebat ulteri⁹ principari. Comitib⁹ eſt cõmiſſa: Nam cũ Taſſilo reus leſę maieſtatis iudicat⁹, capite damnaret, regis clemẽtia uita illi cõceſſa eſt: tõſoratuſq; cũ filio in monachũ. His motibus ita cõpoſi

tis, Wandalis, qui Gallor̃ consuetudine Wilsi, sua uero lingua Weletabi dicunt, bellũ est illatũ: in quo & Saxones uelut auxiliares inter cęteras nationes, qualicũcp deuotione militabãt regi: unacp expeditione ĩjdẽ Wandali ita sunt domiti, ut ulteri⁹ iussis regĩjs non cõtradicerẽt. VI.

Aximũ omniũ, quę a Karolo gesta sunt, bellorũ, præter Saxonicum, huic successit, q̃d cõtra Auares, siue Hunos, gestũ est: quod rex & animosi⁹ q̃ cętera, & lõge maiori apparatu administrauit: unã tñ per se in Pannoniã (nam illã prouinciã ea gens incolebat) expeditionẽ fęcit: cętera Pipino filio, ac prefectis prouinciar̃ comitibus & legatis perficiẽda cõmisit. Quæ cum ab his strenuissime fuissent impleta, octauo tandẽ anno idẽ bellũ consummatũ est. Quot prelia in eo gesta sunt, quãtumcp sanguinis effusum, testat̃ Pannonia: omni tum pene habitatore uacuata: & locus in quo regia Cacani erat ita desertus, ut uestigiũ quidẽ humanæ habitationis nullũ appareat. Tota hoc bello Hunorũ nobilitas periit: tota gloria gẽtis decidit: omnis pecunia, & cõgesta per tot annos supellex, & omnes thesauri erepti sunt: Nec ullũ bellũ exortũ est in Frãcos ab hominũ memoria, quo sint illi magis locupletati: quippe cũ in id tẽpus Frãci pene pauperes uiderent̃, tantũ auri & argẽti in regia repertũ, tot spolia preciosa ex prouincijs cõgesta, ut merito credi possit Frãcos summo iure Hunis abstulisse, quod prouinciar̃ damno per summã iniuriã cõgesserunt. Terra quidẽ Hunor̃, ut antiquor̃ memoria cõcelebrat, nouẽ circulis, quos Theutonici Haga dicũt, cingebat̃: quor̃ singuli ita quercinis roboribus, siue faginis, siue abiegnis erant extructi, ut de margine ad marginem uiginti pedũ spaciũ tenderet̃ in latũ, & totidẽ subigerent̃ in altũ. Cõcauitas aũt uniuersa aut durissimis lapidibus, aut creta tenacissima replebatur. Porro superficies uallorũ eorundẽ integerrimis cespitib⁹ tegebat̃: inter quor̃ cõfinia plantabant̃ arbusculę, quę, ut cernere solem⁹, abscissæ atcp proiectę, comas caudicũ foliorũcp proferunt. De primo autẽ circulo ad secundũ, uiginti millia passuũ Theutonica protendebant̃: & inde similiter ad tertiũ: & ita deinceps uscp ad nonũ: q̃uis ipsi circuli alius alio multo fierent cõtractiores, in orbẽ redeũtes. Inter hos igit̃ aggeres ita uici uillæcp erant collocati, ut de alijs ad alias humana uox possit exaudiri: cõtra eadẽ ædificia inter inexpugnabiles muros, portę non satis latę, per quas latrocinãdi gratia non solũ exteriores, sed etiã interiores solebant exire. De circulo quocp ad circulũ sic erãt possessiones & habitacula quacp uersum ordinata, ut clangor tubar̃ inter singula, cuiuslibet rei significatiu⁹, posset aduerti. Ad has ergo munitiones per ducentos & amplius annos, qualescũcp omniũ occidentaliũ opes cõgregantes, cũ Gothi & Wãdali quietẽ hominũ pturbarẽt, orbẽ occiduũ pene uacuũ dimiserũt. Quos inuictissimus rex Karolus ita perdomuit, ut de eis ne minimæ quidẽ reliquiæ permanerẽt. A uulgaribus, quibus pepercit, ideo manũ retraxit, quia nobilitate extincta, Francorũ regno minime nociturí uiderent̃. Porro prædã in Pannonia repertã, per episcopia & monasteria largissime distribuit. Duo tantũ e proceribus Francor̃ eo bello perierũt; Hẽricus dux Foroiulianus

in Liburnia iuxta Tarsicam maritimã ciuitatẽ insidijs opidanorũ intercep
ptus,& Geroldus Baioarię prefect⁹ in Pannonia,dum cõtra Hunos præ
liaturus aciẽ instrueret(incertũ a quo)cum duob⁹ tantũ,qui eum obequi
tantẽ ac singulos cohortantẽ comitabant̃,interfectus est: cæterũ incruẽtũ
pene Francis hoc bellũ fuit: & prosperrimũ exitũ habuit. Bohœmicũ q̃q;
& Liburnicũ,quę postea exorta sunt,durare non potuerũt: quor; utrũq;
ductu Karoli iunioris celeri fine completũ est. Vltimũ cõtra Normãnos,
qui Dani uocantur,primo piraticã exercentes,deinde maiori classe littora
Gallię atq; Germanię uastantes,bellũ est susceptũ: quor; rex Gotfridus
adeo inflatus uana spe erat, ut sibi toti⁹ Germaniæ promitteret potestatẽ.
Phrisiã q̃q; atq; Saxoniã haud aliter ac suas prouincias estimabat. Iam ui
cinos Obotritos in suã ditionem redegerat: iam sibi uectigales fecerat: ia
ctabat enim se breui Aquisgranũ,ubi regis comitat⁹ erat,cũ maximis co
pijs aduenturũ: nec dictis eius q̃uis uanissimis omnino fides aberat: quin
potius tale aliquid inchoatur⁹,nisi festinata esset morte preuẽtus,putaba
tur. Nam dum ea moliret̃,a proprio satellite,siue ut quidã ueri⁹ existimãt,
a proprio filio,cuius matrẽ repudiauerat,& aliã duxerat, interfectus, finẽ
rebus fecit. Hæc sunt bella quę rex potentissimus per annos. XXXXVI.
(tot enim annis regnauit) in diuersis orbis partibus summa prudentia ac
fœlicitate gessit: quibus Francorum regnum, quod a patre Pipino ma
gnum quidem & forte susceperat,ita insigniter amplificauit,ut pene duplo
maius fecerit.

CA. VII.

Vi cum tantus in ampliando regno,& subigendis exteris natio
q nibus esset,& in huiusmodi exercitationib⁹ quotidie uersaretur,
opera tamen plurima ad regni decorẽ diuersis in locis inchoauit,
& in non paucis terminauit: inter quę precipua non immerito uideri pos
sunt basilica Dei Genitricis Aquisgrani,opere mirabili cõstructa: & pons
apud Moguntiã in Reno,quingentor; passuũ lõgitudinis: nam tanta est
ibi fluminis latitudo: qui tñ uno anno ante regis mortẽ incendio cõflagra
uit: nec refici potuit propter festinatũ eius excessum: q̃q; in ea meditatione
esset, ut pro ligneo lapideum restitueret. Inchoauit & palatia operis egre
gij: Vnũ haud lõge a Mogũtia ad uillã Ingelheym: Alterũ Nouimagio
super fluuiũ Wahalem,nunc Walam uocãt: Precipue tñ ędes sacras ubi
cunq; in toto regno suo uetustate collapsas cõperit,pontificib⁹ & abbati
bus,ad quorũ curã pertinebant, ut restaurarent̃ imperauit: adhibita cura
per legatos,ut imperata perficerent. Talem eum in ampliãdo,& tuẽdo,&
simul ornando regno fuisse cõstat. Ad domesticã curã eius ueniam⁹. Ma
trẽ summa pietate coluit: liberos utriusq; sex⁹ literis erudiri curauit. Pipi
ni filij filiũ Bernhardũ, ac quinq; ab eo relictas filias, inter suas educauit.
Nullã nuptui tradidit q̃ad uiueret: dicens se suorũ domestico cõtubernio
carere nõ posse. Vnde factũ est, ut fœlicissimi Imperatoris Octauiani for
tunã ęq; fortunat⁹ rex experiret̃: Fuscatã esse domũ incontinẽtia q̃rundã:
sed ille prudenter omnia dissimulauit. Erat ei filius ex cõcubina Pipin⁹, fa
cie liberali,sed gibbo difformis. Is cum pater Hunico bello teneret̃ impli

citus, cõiurationẽ inijt aduersus parentẽ cum quibusdã ex Frãcia primoribus, qui uanã illi spem regni fecerãt. Sed cõiuratione detecta, damnantur conscij: Pipinus uolẽs tõsorarj, & in monasteriũ Prunna cõcludit. Erat & alia in ipsum cõiuratio prius in Germania: cuius cõsilij participes alij oculis orbati, alij exilio proscripti, nemo ex his necat⁹: nisi tres qui ne caperentur, se gladio defenderunt: & occisis ante aliq̃t ministris, ipsi quoq; perempti sunt. Eas uero conspirationes q̃plurimũ peperit Fastradę reginę superbia, & impotẽs dominatio: quæ regẽ natura mansuetũ eo prouexit, ut aliquando fieret per eam odibilis. Corpore fuit amplo atq; robusto: statura eminẽti, quę tñ non excederet: nam septẽ suorũ pedũ proceritatẽ ei⁹ cõstat habuisse mensurã: Apice capitis rotundo: oculis prægrãdibus & uegetis: naso paulũ mediocritatẽ excedente: canicie pulchra: facię lęta & hilari: uultus formę authoritas ac dignitas, tam stanti q̃ sedẽti, plurimũ cõgruebat. Ceruix q̃ uis obesa & breuior, uẽterq; uideret proiectior, tñ hoc cęterorũ membrorũ celabat æqualitas. Incessu erat firmo: tantaq; habitudine uirili: uoce clara, sed quę minus corporis formę cõueniret: ualitudine prospera: præter q̃ ante q̃ decederet, quadriennio crebris febrib⁹ corripiebatur: ad extremũ etiã uno pede claudicabat. Erat eloquẽtia copiosus & exuberãs: poterat q; quidlibet decẽter efficere. Nec patrio sermone cõtentus, etiã peregrinis linguis ediscẽdis studebat: in quib⁹ latinã ita perdidicit, ut ea ac patria lingua orare sit solitus. Grękã uero meli⁹ intelligere q̃ pronũciare poterat. Artes liberales studiosissime coluit: earũq; doctores plurimũ uenerat⁹, magnis extulit honoribus. In discenda Grãmatica Petrũ Pisanũ diaconum senex audiuit: in cæteris disciplinis Albinũ, quẽ alij Alcuinũ, aliũ diaconũ e Britania uirũ undecunq; doctissimũ præceptorẽ habuit: apud quem & Rhetoricę, & Dialecticę, precipue tamen Astronomicę discẽdæ, plurimũ & temporis & laboris impendit. Discebat & artẽ computandi: & intẽtione sagaci syderũ cursum curiosissime rimabatur.

VIII.

Entabat & scribere Tabulas: & codicillos ad hoc in lecto sub ceruicalibus circumferre solebat: ut cum uacuũ tempus esset, manum effigiãdis literis cõsuefaceret. Sed parũ successit labor pręposterus, ac sero inchoatus. Assidue exercitabatur equitãdo, ac uenãdo: quod illi gentilitium erat: quia uix ulla in terris natio inuenitur, quæ in eo labore Francis possit æquari. Delectabatur etiam uaporibus aquarũ naturaliter calentium: frequenti natatu se exercens: cuius adeo peritus fuit, ut nullus illi certaret: ob hoc etiam Aquisgrani regiam extruxit: ibiq; extremos uitæ annos usq; ad obitum duxit. In cibo & potu temperans: sed in potu præcipue: ita ut supra cœnam raro plus q̃ ter biberet. Sed cibi nõ adeo moderator: ut sępe quereretur, noxia suo corpori esse ieiunia. Conuiuabatur rarissime: & hoc præcipuis tantum festiuitatibus: cum magna tamen hominum frequentia. Cœna quotidiana quaternis tantum ferculis præbebatur: præter carnem assam, quam uenatores uerubus inferre solebant: qua ille libentius q̃ ullo ciborum genere uescebatur. Inter cœnandum autem admodum frequẽtissime lectorẽ audiebat: Legebantur autẽ

ei hiſtorię, & antiquorum res pręclaræ. Delectabat imprimis libris beati Auguſtini: pręcipuę de Ciuitate Dei. Circa pauperes ſuſtentãdos, & gratuitam liberalitatẽ, quã Græci uocant, & iam Latini eleemoſynã, erat deuotiſſimus: ut qui in patrio regno non ſolũ id fieri curauit, uerũ etiã transmaria: in Syria & Aegypto, atq; Aphrica, Hieroſolymis, Alexãdria, Carthagine, ubi Chriſtianos iam ſub Saracenis paupertate premi cõpererat, penurię eorũ cõpatiens, pecuniã mittere ſolebat. Ob hoc maxime tranſmarinorũ regũ amicitias expetẽs, ut Chriſtianis ſub eorũ dñatu degẽtibus, refrigerium aliquod proueniret. Colebat pręterea ſacris locis apud Romam beati Petri apoſtoli eccleſiã: in cuius donaria magnã uim pecunię cõgeſſit: neq; ullo ſui regni tempore quicq̃ duxit antiquius, q̃ ut urbs Roma ſua opera ueteri polleret authoritate: & eccleſia ſancti Petri per illum non ſolum tuta, ſed etiam opibus ſuis pręomnibus orbis eccleſijs eſſet ornata. Quã cum tanti penderet, intra. XXXXVI. annorũ, quibus regnauit, ſpacium, quater tantũ uotorũ ſoluendorũ, ac ſupplicandi cauſa profectus eſt: Vltimi tñ acceſſus ſui non tantũ hę fuere cauſæ, uerũ etiã q̃ Romanũ Põtificem Leonẽ multis affectũ iniurijs, erutis, ut quidã ſunt authores, oculis, linguaq; præciſa, fidẽ regis implorare neceſſe fuit: Idcirco Romã tum ueniens ad reparandum eccleſię ſtatũ, ibi totũ hyemis tempus contraxit: Quo tempore Imperatoris & Auguſti nomẽ accœpit: quod primo intãtum auerſatus eſt, ut affirmaret ea die, q̃uis pręcipua feſtiuitas eſſet, eccleſiam ſe non intraturũ, ſi præſcire potuiſſet Põtificis conſiliũ: inuidiã tñ ſuſcœpti nominis Cõſtantinopolitanis Imperatoribus non diſſimulãtibus, magna ſuperauit pecunia: uicitq; eorũ cõtumaciam magnanimitate: qua Græculis multum præſtabat. Miſit eo crebras legationes, & in epiſtolis fratres eos appellauit. Poſt ſuſcœptã Auguſti dignitatẽ, cum aduerteret legibus multa deeſſe (nam Frãci diuiſis locis duplicib⁹ utunt legibus) cogitauit quę deerãt addere, & diſcrepãtia concordare, praua corrigere: ſed in ea re nihil perfectũ eſt ab eo: niſi q̃ pauca capitula, & ea imperfecta legibus addidit. Omniũ nationũ quę illi ſubeſſent, memorabilia geſta, quę ſcripta non erãt, ſcribi, & memorię mandari iuſſit. Inchoauit & Grãmaticam patrij, hoc eſt, Germanici ſermonis. Mẽſibus ad propriã linguam nomina impoſuit: qui ante id tẽpus apud Germanos partim Latinis, partim barbaris nominibus enunciabant. Et Ianuariũ quidẽ appellauit Wintermaen: Februariũ, Horningh: Martiũ, Lemmaen: Aprilẽ, Oſtermaen: Maium, Winnemaen: Iuniũ, Brackmaen: Iulium, Heumaen: Auguſtum, Arnemaen: Septembrẽ, Wynmaen: Octobrẽ, Harueſtmaen: Nouembrem, Zoremaen: Decembrẽ, Heilichmaen. Item uentos duodecim, ſuis nominibus inſigniuit: cum non ante pluriũ q̃ quatuor nomina inueniretur: Et Subſolanũ quidẽ Oſtenwindt: Eurum, Sudoſt: Euroauſtrũ, Sudſudoſt: Auſtrũ, Suden: Auſtroaphricũ, Sudweſt: Aphricũ occiduum, Sudſudweſt: Zephirum, Weſt: Chorũ, Nordweſt: Circiũ, Nordnordweſt: Septentrionem, Nord: Aquilonem, Nordoſt: Vulturnũ, Oſtnordoſt. Hæc idcirco cõmemoraui, ut agnoſcant nobiſcũ Galli, Karolũ & origine extí-

tisse Germanũ,& ea lingua tanq̃ patria potissime usum: q̃d ignorãtes ipsi, nobis cõtestant: quia de illoꝝ ista sumpsim⁹ libris testimonia. VIIII.

Eligionis diuinæ plurima illi cura fuit: psallendi legẽdiq; officia
r in ecclesia discreuit: ipse se choris psallẽtium immiscuit. Coram se
ubicũq; esset, diuinũ pagi religiose curauit officiũ, ac ministeriũ:
Sermones patrũ, Homelias sanctoꝝ, nec minus Martyrologia diligenter inquiri, atq; cõscribi iussit. Sed priusq̃ pręclara huius regis inuictissimi fa cinora ad exitũ uertamus, ut grati in optimũ principem, & bene de nobis meritũ, animi indicia pręferamus, operępreciũ est numerosas ei⁹ in Saxo nes expeditiones, in ordinẽ temporũ redigere: ut feruentissimũ eius in di uinam religionẽ zelum perspiciamus. Pręter illas autẽ superioribus annis per Karolũ Martellũ auum, & Pipinũ patrem crebriores in Saxoniã de tonationes, principiũ bellorũ eius in nostrã gentẽ, ab anno. LXXII. hoc est, regni eius tertio: tũc enim Wormacię habito solẽni regni cõuẽtu, de creuit gentẽ Saxonũ idololatrã armis adoriri. Igit̃ trãsmisso Reno ducit in Saxones: primaq; fert̃ habuisse castra ad fontẽ Lupię, nunc Lippiã uo cant: Cũq; Saxones & ipsi magna manu coacta, regi occurrerent, cõtule re manus non lõge ab Osnaburga ad syluã Faginam: ibiq; magna strage cęsi, terga dederunt, fugieruntq; ultra Visurgũ: & pulsis retro Wandalis, qui terrã tenuerunt, ipsi Saxones ibi sedes locauerũt: Ab illo die appellati Ostphali: quoniã qui patrijs in sedibus remãsere, Westphali. Robur aũt gentis, & omnis superstes nobilitas, emigrauit: ut non remanerẽt nisi qui colendis agris inseruiebant, uulgus inerme. Progressus aũt cum exercitu uictore Karolus, uenit ad montẽ Martis: ibiq; phanũ & idolum gẽtis, q̃d Irmensuel appellauere, subuertit. Eresberg dictus est mons in quo Mers borg: nam & in eodẽ Irmensuel a Saxonibus colebat̃. Omniũ rationem nominũ reddere conant̃ ueteres: probabiliora attingemus: arbitriũ sit le ctoris, quid sequat̃. Eresberg ab Hera Iunone dictũ accipiũt: quã etiã ho die uolitare rustici fabulant̃ per aera. Aut ab honore deorũ nomen tradu cunt: Ibi Hera Iuno, ibi Hermes Mercurius, ibi Mars Gradiu⁹ colebant̃. Irmensuel quasi, Mercurij statuã interpretant̃: is enim Hermes dictus est. Sed obtinuit Martis honor, ut nunc Mersborg uociteẽ. Poterãt idolorũ rit⁹ & nomina a memoria Romanoꝝ Saxones tenuisse: cum Drusus Ne ro, & deinde filius eius Germanicus, sub Augusto prouinciã gubernarẽt. Repertũ est diu post in loco Corbeia simulachrũ cũ inscriptiõe hac: Dux ego gẽtis Saxonũ: uictoriã certã polliceor uenerãtib⁹. Sed an uicino q̃dã loco cõstiterit, qui de ei⁹ uocabulo Martis mõs diceret̃: an in urbe Mers borg ad Salam fluuiũ, parum nobis cõpertũ est: nisi q; Gallici scriptores omnia pturbãtes, & Germanicę linguę imperiti, cõfundũt omnia: Irmen suel interpretant̃ nõnulli statuam publicam. Conijci permittit̃ dictã Ider manuel: quasi cõmune profugiũ, & asylum omniũ, & Martẽ cõmunem: qui in prælio diu uagat̃ incertus, diu dubius, quo ponat uictoriã. Erat ar mati toto corpore effigies: cuius in dextera signũ militare, nostri uexillum uocant, pręferens rosam: cui⁹ breue momentũ, & facilis ortus & interitus:

ita euentus prelior. In siniſtra libra expandit: dubia pugnantiu ſortem, facile huc aut illuc inclinante. Pectus inerme urſum preferebat: interritu bellatorum animu inſinuas. In clypeo leo, qui beſtijs imperitat: inuictum ad fortia facta impetu monſtrat: floribus conſito campo in quo ſtabat: q̄ nihil iucundius ſolet uideri fortibus, q̄ in acie uirtute oſtendere. Karolus aut cum fuga inijſſent Saxonu maiores, ex remanentibus accipit obſides duodecim ad Weſeram fluuiu. & regredit in ſua.

CA. X.

Ed cum anno proximo rex in expeditione Lubardica, quam in
s Dania deſcripſimus, eſſet occupat⁹, Saxones iniuria prioris anni uindicare uolentes, mouerut in Haſſones: qui iam Fracis paruerunt: & ad opidu Friſlaria pugnauerut: magna interneciove cedentes qui obuiam prodierunt: Eccleſia inſigne eius opidi, quam Bonifacius epus & martyr predixit incremabile, diu fruſtra tentauerunt incendere. Viſi ſunt in albis duo iuuenes, qui incendiu reſtinguerent: unde territi Saxones aufugerunt. Repert⁹ eſt ad oſtium ædis ſacre genibus nixis Saxo extinctus, faucibus hians, quaſi flamma excitaturus. Rex aut rebus in Italia coſiſtis, aduolat cum Saxonu excurſiones audiſſet: perq; Haſſiam miſit diuiſis agminibus quatuor copiar; ductores: Tres obuios aut deiecerunt, aut in fugam uerterut: Quartus aut cum nemine ſeſe obiectante haberet, ſpoliis onuſtus ut cæteri, reuerſus eſt ad rege in Ingelheym. Inde uero maiore apparatu ducens rex in prouincia, Siborg & Eresborg arces iteru a Saxonibus comunitas, denuo expugnauit, & in arcem Brunsberg, que omniu firmiſſima erat ad Viſurgum fluuiu, duxit oppugnanda: Inerat aute ualidu Saxonum præſidiu: Firmata eſt obſidio: Ferut remanere in hodiernu uillis nomina ex caſtris regis, que tum erat tripartita: ut alio loco rex cum robore exercitus, alio etiam auxiliares tenderent: & tertio loco ſuis erant in caſtris, qui ſtipendia mererēt. Adijciut Gallici: rege obſidionis pertesum, duxiſſe partem copiaru in Weſtphalos Anglarios: qui malis coacti, cum Brunone duce fecere deditione. Ceteru copiar; partem ultra Viſurgu miſit: que uaſtatione grauiſſima perpulit gente, ut cum Haſſino duce ſuo obſides darent: ſacramēta adijcerent, ſe imperata facturos. Sed ipſi Gallici fidem narrationis ſua uoce alleuant: Quæ enim ſacramenta preſtarent, perfidi Chriſto?

CA. XI.

Vm per annum. LXXVI. rex in Italiam reuocaret, firmis preſi-
c dijs arces Saxonie, ut in fide plurimu cotineret, ante comuniuit. Saxones longe rege abeſſe ſcientes, ad libertate priſtina reſpexerunt: arce Siborg oppugnarut: miniſq; grauiſſimis intentatis, terrere cuſtodes Francos inſtiterunt: ſed neq; minis, neq; ui armor; præualuerunt. Ibi fruſtrati, ducut in arce Mersborg, quam in ripa Lupiæ ſcribunt Galli extitiſſe: ibi oppugnatione inſtituta grauiſſima, cum expugnari cuſtodes iam iamq; formidarent, apparuere duo ſupra eccleſia loci, ſcuta ſanguinea magno terrore uelut flamantia. Id ſignu conſpicati Saxones, terrore concuſſi, uertunt in fuga: & nemine inſequente, mutuis ſe incurſionibus prementes, magna ex parte confoderut. Sed interim rex in Italia rebus paca-

tis in Wormaciã descẽdit: ibiq; renouatis uiribus tendebat in Saxoniam: magnis ubiq; motibus obuia subuertens. Sed cum ad Lupiã fluuiũ peruenisset, fixis ibi castris substitit. Quo in loco oratores illũ adeunt ex prouincia, pollicentẽ quæ imperaret se facturos: Nihil ille nisi q̃d salutis, quod prosperitatis illorũ sit, deposcere testatus, rogat, si uolunt sacrum subire baptisma. Illi nihil recusant. Igitur tum magna multitudo uiroꝝ ac mulierũ, cum paruulis, sacro fonte tingit̃. Rex firmatis denuo, quę cõquassatę erãt arcibus, & impositis pro temporꝝ necessitate militũ prę̃sidijs, redit in Franciam. Et quia cordi eius penit⁹ insederat gentẽ in religione firmare, proximo anno redijt Padeburnã: ibiq; cõsedit: euocatis ad se gentis per Westphaliam primoribus. Venere non pauci: Sed Wedekindus omniũ primarius, cum uideret suos a facie regis cõterritos, nec tamẽ adhuc animũ potuit inclinare religioni, profugit ad regem Danorũ Sigefridũ, auxilia deposcens ex illo, q̃n a suis desertus uideretur. Interim rex multos iussit baptisari: & missa suoꝝ manu, Angriã prę̃cipuã Wedekindi arcẽ iussit in dictionẽ accipere: Qua iam in potestatẽ redacta, in Osnaburga primũ cõstituit Saxoniæ episcopatũ: ut haberet gẽs, se absente, diuinaꝝ rerũ prę̃sidẽ, & salutis æternę curatorẽ. Adhuc aũt rex in Padeburna manebat, cũ illũ ex Hispania Saracenorꝝ adierũt oratores: quos cum audisset, datis ad currentiũ rerũ ordinem respõsis, dimisit: ipse proximo anno instructis copijs, cum Saxoniã abunde cõmunisse uideretur, Hispaniã petiuit: pulsisq; Saracenis, Vasconiã & Pampiloniã recœpit. Dum autẽ ille longi⁹ abijsset, Wedekindus Danorꝝ fultus auxilio, suos quoq; Saxones ad rebellionẽ concitauit. Itaq; in fines Hassonum usq; ad Renũ uastabundi pertenderunt: & quicquid a Tuicio ad Mogonũ est prouincię, totum igne ferroq; fedauerunt. Sed rex Alemãnos Suęuos per literas excitãs, illis immisit: qui cõserta pugna, magnã in Hassia stragem peręgerunt.

CA. XII.

PEr proxima tempora Karolus in oriẽtali Saxonia ultra Visurgũ constituit genti episcopũ in loco Salingstede: nunc Osterwyck: cõsecrari iubens ecclesiã in honorẽ sancti Stephani: qui episcopatus lõge post in Halberstadiũ est translatus. In arce Hartesborg idolũ coluere Saxones, cui nomen Krodo: Saturnũ hunc dixere Latini: Senẽ in pisce stantẽ, qui rotã teneret & urnam: in rota unionẽ populi, in urna rerum significans abũdantiã: Sed Karolus subuertit. Remansit autẽ inter Saxones execrationis uocabulũ, ut in detestationẽ rei pessimæ dicant Krodo. In loco autẽ ubi Ora & Albis confluũt, euocatis Saxonũ & Wandaloꝝ primoribus, fœdera rex inter eos cõstituit, quę per absentiã eius obseruarent. Inde rursus in Italiã transijt: & in ea peregrinatione ille exactus est annus, qui erat post septingentos. LXXXI. Reuersus ex Italia Karolus, uenit Wormaciã: ibiq; cõsistens, iussit adesse Tassilonẽ Bauarię ducem: qui duodena manu regi fidelitatẽ iurauit: sed reuersus in prouinciam non diu perstitit in fide. Rex uero in Saxoniã iterauit expeditionẽ: & ad Albim fluuium in castello Megedeborg phanũ subuertit, q̃d illi loco nomen dedit. Has ego reliquias crediderim Romanæ olim religionis, uerius super-

perſtitionis: cũ Druſus Nero, & deinde filius eius Germanic⁹, ſub Augu
ſto Cæſare preeſſent prouinciæ. Simulachrũ tale fuit: Stabat in curru nu
da fœmina: myrtea caput cincta corona: ardentẽ faculã in pectore, in dex
tera mũdi figurã, in ſiniſtra uero mala aurea tria prę ferebat: poſt eam tres
puellę, Charites Grę ci, Latini Gratias dixere: nexis manibus nudę ſingu
la poma geſtabant: auerſis inuicẽ uultibus dona porrigẽtes: iugales qua
drigę erãt gemini cygni, totidẽq; columbæ. Venerẽ hac imagine figura
bat gentilitas: quæ in omni mundo dominat. Gratias illa comites habet:
quę alternis obſequijs iungunt: hoc uult nexus ille manuũ. Vultus auer
tunt: quia beneficia nõ improperãt. Sed bono myſterio uana ſuberat reli
gio: quã Karolus ſubuertit: inſtaurãs in locũ eccleſiã S. Stephani. Arcem
aũt eo loci fuiſſe comperio: cuius dñm poſtea dixere Burgrauiũ: nam illa
ætate incognitũ erat hoc nomẽ. Crebris tñ habitatoribus frequẽs erat lo
cus: piſcatores potiſſimũ crediderim, qui Albim fluuiũ ſcrutarentur. Sed
auertente ſe Karolo, uenere Wandali: & odio nouę religionis omnia ſub
uerterũt: & diſperſis cęſiſq; habitatoribus, eccleſiã ſubruerunt. Deinde fi
deles capellã, quæ hodie quoq; creditur extare, excitarũt: permanſitq; locus
in ditione epiſcopatus de Salingſtede, nunc Oſterwijck: quæ eccleſia iam
diu tranſlata floret in Halberſtadio.

CA. XIII.

a Nnus erat. LXXXII. poſt ſeptingẽtos, cum Karolus iterũ trãſ
miſſo Reno ad fontẽ Lupię conſedit, Saxonũ conſtituẽs prouin
ciam ordinare. Cõuenerunt ad eum frequẽtes ex utraq; Saxonia
proceres. Wedekindus aũt male ſibi cõſcius, non aderat: quẽ in locũ ue
nere regũ oratores Sigefridi Danor& Cacãni Hunorũ, qui & Auares.
Dani miſerant Alidem & Aſmundũ: quibus pro tẽpore dato reſpõſo re
deunt. Cacannus aũt & Bigarus, non tam pacata meruere reſpõſa, q; gen
ti bellum inferre rex deſtinaſſet. Sed cum rebus, ut putabat, bene cõſtitu
tis, in Franciã rediret, Wedekindus facile in ſententiã ſuã retraxit cõgenti
les ad rebellionẽ. Interea rex eius motus ignarus, Adelgiſum, Grilonẽ, &
Conradũ duces ſuos, miſit cum copijs in Sorabos Wãdalos, fiſus Saxo
num auxiliaribus armis: facile illis futurũ, ut perduelliones ſuperarent. Sa
xones uero iam aliã mentẽ induerant: & uenientẽ Francor& legionẽ ad in
ternecionẽ deleuerũt. Rex iuſta indignatione permotus, magnis iterũ co
pijs redit in Germaniã: populus Wedekindũ ſuccłamabat malorũ caput:
in eum refundens quicquid acciderat. Sed atrocitati facinoris parẽ pœnã
cõſtituens, quatuor millia noxiorũ gladio feriri iuſſit & quingentos: Ma
gnus profecto numer⁹, qui legibus pœnã daret: Sed uoluit ſceleratiſſimo
facinori ſtatuere exemplũ, & ſuũ non deeſſe ſupplicijũ. Sequẽti anno cum
ſe iterũ cõmouerent Saxones toties uicti, iterũ comprimunt: & ad Pade
burnã iterũ agmine cõgregato, miſit filiũ Karolũ in eos, qui aliquot præ
lijs fœliciter in illos dimicauit: Et durauit ea rebellio in annũ uſq; octoge
ſimũquintũ. Quo tempore in Bardewicũ deſcendẽs rex, interpoſita regia
fide euocauit Wedekindũ & Albionẽ, qui ultra Albim dominaretur: &
manſuetudine ſua rex fregit ambos, ut ceruicẽ Chriſto inclinarẽt: exinde

iam rebus pacem sperãs: Sed ne quid regi intentatũ remaneret, misit naua
lem exercitũ in Britaniã, quã dudũ Angli Saxones occupauere: Dux erat
nunc Adolphus mensę regię præpositus: is ubi gentẽ exterruit, accœptis
obsidibus, ꝙ in fide regis essent, redit ad dñm suum Wormaciã: qui inde
Romã iam tertio ire contẽdit: ꝙ ducẽ Beneuentanũ ex Longobardis au
diret rebellare. Natale Dñi celebrauit apud Florẽtiã, a se renouatã urbẽ.
Sed tum, q̃d ante significauim⁹, ueniẽti cum exercitu dux obuiã misit ob
sides filios cum sacramẽtis, se deinde in potestate regis futurũ. Exinde ue
ro Saxonia pacato Wedekindo, quietiora inuenit tẽpora. XIIII.

Vm iam ante diuisis locis per Saxoniam rex aliquot cõstituisset
c episcopat⁹, in Osnaburga, in Salingstede, inq; Padeburna: anno
tandẽ. LXXXVIII. Bremẽsem erexit ecclesiã: ut esset suffraga
nea Colonien si: in quam ordinat̃ episcopus Willehadus, natione Anglus:
qui multis iam annis in maritimis eius regionis Christi Euangeliũ disse
minauit. In persequutione, quã excitauit Wedekindus, uix ipse elabitur,
cum discipuli eius diuersis locis occumberẽt pro Christo. Vnde Dei con
fessor maius sitiens lucrũ animarũ, Euangelicũ compleuit prẽceptũ: de ci
uitate fugiens in ciuitatẽ: dispersisq; ad prędicandũ socijs, ipse Romã cum
Ludgero adijt: ubi sanctissimi papæ Hadriani cõsolatione releuati, Lud
gerus ad professionẽ ordinis sancti Benedicti in montẽ Cassinũ, Willeha
dus in Galliam ad sepulchrũ sancti repedauit Willebrordi. Itaq; biennio
uterq; cõclusi, contẽplationi institerant & orationi: magni Saxonię futuri
apostoli: orantes interim pro persequutorib⁹, & gente Saxonũ, ne iactum
in eos fidei semen, inimicus homo zizanijs opprimeret. Quo tẽpore We
dekindus author, ut diximus, rebellionis, ad fidẽ, ut est dictũ, uenit, bapti
satus cum alijs Saxonum magnatibus: Et tum demũ subacta Saxonia, in
prouinciã est redacta: quę diuersis temporibus in octo episcopatus diuisa,
Moguntino & Colonięsi archiepiscopis est subięcta. Operępreciũ iudica
ui inserere priuilegiũ Karoli, q̃d tum cõtulit ecclesiæ Bremensi: Vnde di
scant posteri, quid permouerit optimũ regem, episcopis, non ducib⁹ suis,
terrã supponere: cernãtq; de tẽpor; ratione cõplurima quę alibi nõ legã
tur. Exẽplar ergo ei⁹ priuilegij, Bremẽsi ecclesię a Karolo donati. XV.

N nomine Dñi & saluatoris nostri Iesu Christi. Karolus diuina
i ordinante clemẽtia rex. Si Dño Deo exercituũ succurrẽte in bel
lis uictoria potiti sumus, in illo, & non in nobis gloriamur: & in
hoc sęculo pacẽ & prosperitatẽ, & in perpetuo futuro æternę mercedis re
tributionẽ nos promereri cõfidimus. Quapropter nouerint omnes Chri
stifideles: ꝙ Saxones, q̃s a progenitoribus nostris, ob suę pertinacię persi
diam semper indomabiles, ipsiq; Deo & nobis tam diu rebelles, quousq;
illius, non nostra uirtute, ipsos & bellis uicim⁹, & ad baptismi gratiã Deo
annuente perduxim⁹, pristinę libertati donatos, & omni nobis debito cen
su solutos, pro amore illius, qui nobis uictoriam cõtulit, ipsi tributarios &
subiugales deuote addiximus: uidelicet: ut qui nostrę potestatis iugũ ha
ctenus ferre detrectarunt, uicti iam Deo gratias, & armis & fide Dño ac

ſaluatori noſtro Ieſu Chriſto, ac ſacerdotibus eius, omniũ ſuorũ iumẽtorꝝ & fructuũ, totiuſqꝫ culturę decimas ac nutriturę, diuites ac pauperes legaliter cõſtricti perſoluãt. Proinde omnẽ terrã eorꝝ antiquo Romanorꝝ more in prouincias redigẽtes, & inter epiſcopos certo limite diſterminantes, ſeptentrionalẽ illius partẽ, quę & piſciũ ubertate ditiſſima, & pecoribꝰ alẽdis habetur aptiſſima, pio Chriſto & apoſtolorꝝ ſuorꝝ principi Petro, pro gratiarũ actione deuote obtulimus: ſibiqꝫ in Wigmodia, in loco Bremen uocato, ſuper flumẽ Weſerã eccleſiã & epiſcopalẽ cõſtituimꝰ cathedram. Huic parrochię pagis. LXX. manſos cum ſuis colonis offerentes: totiꝰ huius parrochię incolas, decimas ſuas eccleſię, ſuoqꝫ prouiſori fideliter perſoluere, hoc noſtrę maieſtatis prȩcepto iubemus, donamus, & cõfirmamus. Ad hoc etiã Sũmi pontificis, & uniuerſalis papę Hadriani prȩcepto, necnon & Moguntinẽſis epiſcopi Lullonis, omniũqꝫ qui affuere, principum cõſilio, eandẽ Bremenſem eccleſiã, cum omnibus ſuis appẽdicijs, Willehado probabilis uitę uiro, corã Deo & ſanctis eius cõmiſimus: quẽ etiã primum eiuſdẽ eccleſiæ. III. Idus Iulij cõſecrari fęcimus epiſcopũ: ut populis diuini ſemina uerbi, ſecundũ datã ſibi ſapientiã fideliter diſpẽſando, & nouellam hanc eccleſiã canonico ordine, & monaſteriali cõpetentia inſtruendo: interim plantet & riget: quouſqꝫ precibus ſanctorũ ſuorũ exoratꝰ, incrementũ det omnipotens Deus. Innotuit etiã idem uenerabilis uir ſereni tati noſtrę, eam, quã diximus, parrochiã propter barbarorꝝ infeſtantiũ peticula, ſeu uarios euentus, qui in ea ſolẽt cõtingere, ad ſuſtentacula ſua ſtipẽdia Dei ſeruorũ inibi militantiũ minime ſufficere poſſe. Quamobrem, quia omnipotẽs Deus in gente Phriſonũ ſicut Saxonũ, oſtiũ ſuũ aperuit, partẽ prȩnominatę regionis Phriſię, quę cõtigua huic regioni eſſe dinoſcitur, eidẽ Bremenſi eccleſiæ, ſuoqꝫ prouiſori Willehado epiſcopo, eiuſqꝫ ſucceſſoribus perpetuo delegauimus retinendã. Et quia caſus precedẽtes nos cautos faciũt in futurũ, ne quis, quod non optamus, aliquã ſibi in eadem dioceſi uſurpet poteſtatẽ, certo eam limite facimꝰ terminari: eicqꝫ hos terminos, mare Oceanũ, Albim fluuiũ, Liã, Stenbach, Haſalã, Wimmarcham, Sneielbach, Oſtã, Mulinbach, Motã paludẽ, quæ diciť Sigefridesmoer, Qniſtinam, Chiſemmoer, Aſcbrock, Wiſcbrock, Biuernã, Vternã, iterũqꝫ Oſtam. Ab Oſta uero uſqꝫ dum peruenitur ad paludẽ quæ diciť Kaldenbach: deinde ipſam paludẽ uſqꝫ ad Wemmam fluuiũ: a Wemma uero Bitinam Farſtinam, uſqꝫ ad Weſerã fluuiũ: deinde ab orientali parte eiuſdẽ fluminis uiam publicã quæ dicitur Heſſeweg, Sturmegor & Lorgoe: diſterminantẽ Sechbaſam, Alapam, Caldehorra, iterũqꝫ Weſerã. Ex occidentali autẽ parte uiam publicã quæ diciť Folckweg: quẽ incolæ loci Wildloch nominãt: Finolã, Waldeſmoer, Berckpol, Eddenriad paludẽ, Emiſgoer, & Oſtergoer, diſterminãtẽ: Brudlocho, Biberlach, iterũqꝫ mare: firmos & intranſibiles ſcribi iuſſimus, & circũſcribi: & ut huius donationis ac circũſcriptionis authoritas noſtris futuriſqꝫ tẽporibꝰ, Dño protegente, ualeat incõcuſſa manere, manu propria ſubſcripſimus: & annuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus. Signũ dñi Karoli regis inuictiſſimi:

Hildebald⁹ archiepūs Colonieñ.& ſacri palatij capellan⁹ recognoui. Da
ta.II.Idus Iulij,anno Dñicę incarnationis.DCCLXXXVIII.Indictio
ne.XII.Anno aūt regni dñi Karoli.XXI.Actū palatio Nemetēſi fœlici
ter Amen.Sedit igit in eccleſia Bremēſi beatus Willehadus poſt ordina
tionē ſuam annos duos,menſes tres,dies.XXVI.prædicauitq; tam Phri
ſijs q̄ Saxonibus poſt martyriū ſancti Bonifacij omnes annos.XXXV.
Obijt aūt ſenex & plenus dierū in Phriſia,in uilla Pleccazze,nunc uocāt
Plexen: quæ ſita eſt in Ruſtria. Corpus eius Bremā deportatū,in baſilica
ſancti Petri,quā ipſe ędificauit,ſepultū eſt.Tranſitus eius celebrat feſtiuis
gaudijs.VI.Idus Nouembris.Ordinatio.III.Idus Iulij. XVI.

Nno deinde octuageſimonono rex bellū intulit Wilſis Wanda
a lis: factis duobus trans Albim pontibus,quod in Wādalia dixi
mus.Bellū autē Auaricū, quod Hunis eſt illatū,cœpit anno no
nageſimoprimo: cum unā partē exercit⁹ ad aquilonare latus Danubij ire
iuberet: ipſe cum altera per auſtrale latus deſcendit: uenienſq; ad Aneſum
fluuiū,qui eſt limes Pannonię & Bauariæ,ibi caſtra poſuit.Huni diuinit⁹
territi fugierūt.Karolus Pannonia ad Raba fluuium deuaſtata,diſpoſuit
per Sabariā remeare.Hoc tēpore rex ſollicit⁹ de diuina per Saxoniā religi
one firmāda,cum iam eccleſias,quas dixim⁹,ordinaſſet,aliū fundauit epi
ſcopatū in loco Kinutude(Bardewicū arbitror)poſtea trāſlatū in Verdā.
Padeburnę præfęcit ſanctū uirū Liborium.Hi ſunt primi Saxonū apoſto
li: qui uerbo Dei ſtrenue inſtiterant.Per idē tēpus in loco Mymyngrode
in media Weſtphalia fundauit epiſcopatū aliū,cui ſanctū prefęcit Ludge
rum: uirū incōparabili deuotione in Deum & religionē Chriſtianā. Hic
eſt Monaſterienſis epiſcopatus: nam ciuitas extructo ibi monaſterio,Mo
naſterij nomē accœpit. Cunq; Wedekindus primarius Saxoniæ dux ad
fidem Chriſti perueniſſet, permiſit Imperatori ad fluuiū Weſerā, ueteres
dixere Viſurgū,arcem ſuā,ut in eo firmaret epiſcopo locū: capax enim am
borum fuit: ita ut epiſcopo diceret: tua atq; mea erit cōmuni iure arx iſta:
ut inde Saxonū lingua Myndyn diceretur. Fundata eſt eccleſia intra mu
ri ſepta,quod hodie quoq; cōſpici poteſt: Nam ueteris ueſtigia muri etiā
nunc extant. Sunt authores qui tradāt Karolū hac tempeſtate peruenisſe
in Nordalbingiā,poſteaq̄ Wilſis iugū impoſuit: euertiſſeq; in Hambur
go idolum Iouis,quē Hammonē dixere: cuius ea fingit figura. Sedet rex
in ſolio: & ex ore eius altera parte fulmina, altera uero tonitrua cōſurgūt:
ipſe ſceptrū gladiumq; manu præfert: A dextris ueterū maſcula numina,
Apollo, Mercurius, Neptunus, Mars, Vulcanus, Pluto: a ſiniſtris fœmi
nea, Iuno, Ceres, Venus, Minerua, Diana, Veſta. Sed caret apud me fide
fabula huius ſubuerſionis: nec enim crediderim tantū fuiſſe eruditionis ea
tempeſtate in ea gente, ut præcipua Romanor̄ numina haberent cōperta
in regione Tranſalbina: ubi limes erat Romani Imperij. Hammon quidē
arietis ſpecie Iupiter, in arenis Lybiæ colitur. Sed non eſt inde natū Ham
burgi uocabulū: quis enim ex Aphrica in extremas Saxonię partes hoc re
tuliſſet? Si obtendis Wādalos Aphrica pulſos, in patriam attuliſſe, Non

est probabile gentē in peregrinatione lōginqua & lōgęua natā, iterū emi grasse in antiquas sedes. Sed capto rege & Cōstātinopolim missō,& ipsa nobilitate in acie cōsumpta,uulgus sub Imperatoris prędidibus permansit in regione,quā solam habuit natiuā: omnes enim qui tum uixere, ibi nati sunt: nam Imperatore teste,centūquinqȝ annis Wandali Aphricam tenue runt. Hāmaburgi aūt uocabulū non ab idolo,sed a pugile ibi uicto,dictū esse cōijcimus,quodā supra loco,& in Dania nostra: cp similī tum causa locis nomina sunt attributa. Certū est tamē ex nostris annalibꝰ,Karolū habuisse singularē respectū in locū Hāmaburgū: quē destinauit facere caput omniū regionū aquilonariū: qđ infra memorabimus. CA. XVII.

n Onagesimus erat secundus post septingētos, cum detegereť conspiratio Pipini filij in patrē,per occasionē Fastradę reginæ exorta: Sed Pipinꝰ in monasteriū detrudiť: cōscij partim gladio,partim proscriptione damnanť. Persuasum erat tum Karolo, posse pfacile ex Danubio in Altmonā,& inde in alterū uicinū fluuios prędipuos coniūgi, si fossa duceret nauiū capax: quia horū alter Reno,alter Danubio miscet. In hoc opere laboratū est duū milliū passuū longitudine,& ducentorȝ pedum in latitudine,sed frustra: quia palustribꝰ locis propter iuges pluuias, opus nō poterat cōsummari. Interim nūciať Karolo Saxonū iterata defęctio: quę inuito tum fieret Wedekindo: & Frācorȝ ab altera parte a Saracenis plurima cædes. Tum uero duobꝰ interpositis annis rem distulit: nec magnipēdit in Saxonibus: qñ Wedekindi integrā fidē intellexit. Interea Saracenis opponiť: quibꝰ ad quietē redactis,cū filio Karolo partitis agminibꝰ,Saxoniā iterū inuadit: sed nemo se obuiā tulit: qui aūt ante se cōmouerāt,reddita ratione motuū suorȝ,etiā obsides dederāt, se in fide regis & Christi pmāsuros. Sed & proximo anno cū noui motꝰ ex eadē prouincia nūciarenť,immisit illis rex duces suos: & facile perfęcerūt ut cōquiescerēt: datis etiā tunc obsidibꝰ. Tantę molis erat hanc Christo cōdere gentē: Lata prouincia,& multiplex in ea populus,cōciuit uarios motus sine principe. Hadeleri extremi Germanorȝ ad littus Albię extimū siti,cp fiderēt insulis paludibus,detrectauere iugū. Sed rex nullo labore,nullo negocio potuit auocari,quo minꝰ in eos duceret. Karlsand hodie uocāt locū ad mare in quo rex castra fixit,gentēqȝ pdomuit. Ex die aūt decedētis Willehadi, unus ex discipulis eiꝰ Willericꝰ per annos. L. administrauit episcopatū: per omne reliquū Karoli & filij eius Pij Ludouici tempus. XVIII.

o Ctauus erat post nonagintaseptingētos annus, cum Trāsalbiani Saxones, quos nunc Holsatos, alij Nordalbingos uocāt,uersi in sensum malignū,Karoli præfęctos obtrūcāt. Rex in eos mouēs, omnē intra Albim & Weserā fluuios prouinciā terruit: Ante tamen q̄ ille ueniret,ijdem Transalbiani Obotritis Wandalis regi fœderatis,arma intulerunt. Sed dux gentis Trasico illis aciem obięcit: collataqȝ manu,quatuor ex his millia cęcidit. Interim Romani in ipsa urbe tumultuanť: quę res iterum regem euocauit. Cum igitur nonagesimusnonus ageretur,Leo papæ grandi ab Romanis afficitur iniuria: Nam cum maiori litania procederet

de Lateranis ad eccleſiã ſancti Laurentij ad craticulã, Romani intra eandem eccleſiã eum equo deturbãtes, cæcauerũt: & amputata lingua, in medio platęa nudũ ac ſemiuiuũ dimittũt: cognatis Hadriani papę eã ſeditionem mouentibus: Papa enim ſuperbię Romanorũ reſtiterat, dum ea quę Imperialis erant culminis, ſibi uendicarẽt. Tradunt nõnulli, ꝙ unũ illi erutum oculũ: alij ꝙ neutrũ: ſed raſorio per medios oculos inciderint: nec tamen uiſum abſtulerint. Mittitur in monaſteriũ ſancti Eraſmi: ſed a Wilgiſo duce Spoletano, qui audito facinore Romã aduolarat, ſuſcipitur, & Spoletum deducitur. Karolus re comperta, iuſſit Pontificem ad ſe deferri: Renocꝫ tranſmiſſo, in locum qui dicitur Lippenheym ſe cõtulit: ibiꝙ Pontificem expectauit. Venit: & diebus aliquot cum eo permanſit: poſt non multum temporis remiſſus Romã, cum honore ſuſcipitur. Anno deinde proximo, qui erat a Chriſto octingẽteſimus, Rex Romã petit quarta uice. Leo illi Pontifex occurrit uenienti: eoꝙ ſalutato, Romã prędeſſit. Poſtera die Pontifex cum epiſcopis, clero, & populo, Karolum honorifice excœpit: cunctiſꝙ pſallẽtibus, in eccleſiam ſancti Petri introduxit: octauo Calendas Decẽbris. Poſt ſeptem dies concione aduocata, cauſam aduentus ſui omnibus expoſuit: ad diſcutienda crimina, quæ Pontifici obij cerentur. Calumniatores Pontificis ut ſe monſtrarent innoxios, Pontifici mortiferum crimen impęgerunt. Sed cum nullas criminum obiectorum probationes afferrent, Pontifex ſumpto Euangelio, cõſcendit ambonem cunctis aſtãtibus: inuocato ſanctę Trinitatis nomine, ſe expurgauit: ut dilueret infamiam, quam calumniatores, ut pœnam euaderent, cõfinxiſſent. Tum uero in die nati ſaluatoris primo poſt octingenteſimũ inchoante anno, cum nihil tale Karolus aut cogitaret, aut ſperaret, magiſꝙ recuſaret alienum inuadere, ut ſupra diximus, Imperatoris honorem, infra miſſarum ſolennia, dum ante cõfeſſionem beati Petri apoſtoli ab oratione ſurgeret, Papa ei coronã impoſuit: & Imperatorem Romanũ pronunciauit: & ſtatim eſt a cũcto populo acclamatũ: Karolo Auguſto, a Deo coronato, magno, & pacifico Romanorũ Imperatori, uita, & uictoria. Et decantatis laudibus, unctus ab apoſtolico, Imperator & Auguſtus eſt de cętero appellatus: Cum in oriente fœmina prius per contumeliã excæcato filio, & iam mortuo dominaretur: anno poſt intermiſſum occidentale Imperium per Auguſtulum poſita purpura, trecenteſimotriceſimo. Deinde iuſſit Imperator haberi quęſtionẽ de his qui in Pontificẽ ſunt abuſi atroci uiolentia: iuſſitꝙ conuictos gladio cædi: Sed Papa pro illis interpoſita prece, obtinuit, ut relegarentur. Sunt tamẽ qui ſcribant uno die trecẽtos eſſe gladio cæſos. Quo tempore cum rediret in Franciam, excœpit oratores Hirenes Conſtantinopolitanę Imperatricis, pacem Græcis & Gallis interponẽtes: metuebat enim ſibi mulier a procerib⁹ regni ſui. Icta ſunt fœdera: & remiſit Imperator Karolus Ieſſe Ambianẽſem epiſcopũ oratorẽ ſuũ ad poſtulandũ Hirenes coniugiũ. Sed dum adhuc ibi Imperatoris legati manerẽt, Nicephor⁹ inuaſit Imperiũ: capta muliere, & in monaſteriũ detruſa: Proſpexere enim proceres Gręci, quid illę nuptię portenderẽt. Remiſit tñ Ni-

cephorus etiã ſuos oratores ad Karolũ, ad confirmãda fœdera: & inuẽto eo ſuper Salã fluuiũ, reſponſa cum literis placida retulerunt. XIX.

a Nnus erat quartus Imperij, itemq; poſt octingentos a Chriſto, cum omni iam Saxonia quieſcẽte, ſoli Tranſalbini, nunc Holſati, motus cõtinuarunt: quarẽ rerũ pertęſus, Imperator, miſit exercitum, qui omnes trans Albim habitãtes, duxit in Franciã: & pagos Trãſalbinos dedit Obotritis. Hæc eſt illa Germanicæ nationis origo, per rura Galliarũ diſſeminata. Inde ſunt Brabantini, inde Flandrenſes, in ſolo Gallico manẽtes, origine Germana. Sed difficile eſt Gallico ſub cœlo manentes homines, agnoſcere uelint natales ſuos: Erubeſcunt enim, ſi dijs placet, Germanicam originem: cum inde, teſte Tacito, Treueri ſint ultro ambitioſi: ut euadant Gallicam ſegnitiem. Per quę tempora Gotfridus rex Danorum uenit ad limitẽ regni ſui in Sleſwicum: promiſit autẽ ſe Imperatori occurſurum: quod non impleuit. Narrant tamẽ rem aliter Dani: quod in Dania diximus. Miſit autẽ dictus rex Imperatori nuncios ſuos in locum Holdenſten ad Albim. Quo etiã tempore nunciatum eſt Imperatori, ſanguinem Dñi repertũ in Mantua: & pro eius rei indagatione miſit ad papam: qui illi in Lumbardiã occurrit. Karolus uenienti obuiã miſit filium Karolum, qui illum deduceret: natale Dñi una peręgerũt: cõtenderũtq; pariter Aquiſgranũ, donatũq; magnifice pontificẽ, per Bauariã redire uolẽtem, deduci fęcit uſq; Rauennã. Anno proximo filius Karolus magnas res in Bohœmos peręgit: & ducẽ terrę Lethonẽ occidit. Sexto deinde anno Imperator filijs regnũ diuiſit: ut ſcirent uiuo patre, quid eſſet quiſq; habiturus: quod etiã decretũ Imperatoris, uolũtate procerũ eſt approbatũ. Inclaruit ubiq; uehemẽter Karoli nomẽ, etiã ultra mare: Nam anno ſeptimo legati regis Perſarũ Imperatori præcioſiſſima detulere munera: Tria tentoria capaciſſima, pulcherrimaq;: omnia byſſina, tam funes q̃ uela: palia ſerica, unguenta, balſamũ, horologiũ ex aurichalco, arte mechanica mirifice fabrefactũ: in quo duodecim horarũ curſus ad clepſydrã uertebat: cum totidẽ pillulis, quę in cõpletione horarẽ cadebãt: & caſu ſuo ſubiectũ cymbalũ tinnire faciebãt: additis duodecim equitibus, qui per totidẽ feneſtras cõpletis horis exibant: & impulſu ſuo feneſtras prius apertas claudebant: & alia multa miraculo digna. Per quod tempus anno Imperij octauo, cum Gotfridus Danorẽ rex Obotritos oppugnaret, miſit Karolũ pater cum exercitu, qui regi oppoſit⁹ prelio cõflictauit: nec ſine mutuo detrimẽto ab inuicẽ diſceſſere. Eam credo eſſe pugnã, quã memorãt Dani: cũ crederent Imperatorẽ adeſſe: qui erat Karolus Imperatoris filius: & tñ in eo prelio Franci ſibi, Dani parti ſuę uictoriã inſcribũt. CA. XX.

d Ecimo anno Karoli Pipinus filius rex Italię Venetias ſibi parere coegit. Tum uero Imperator ſe parat in Danorẽ regẽ: qui ducentis diceret appuliſſe Phriſiã nauib⁹: iactabũdus q̃ in terrã egreſſus, Imperatori occurreret. Expectauit eum Imperator: poſitis caſtris ad Viſurgũ fluuiũ. Interea nunctij diſcurrunt: afferẽtes occiſum uel a ſatellite, uel a filio Gotfridũ. Ita ille apparatus concidit. Iam uero dudũ Hãburgo

cõstituerat sacerdotẽ Karolus: quẽ metropolitã eligere decreuit omnium aquilonariũ: sed bellũ a Danis cõminatũ, & festinata mors sacerdotis, & implicatio rerũ ab Imperio & regno plurimarũ, Imperatorẽ ab impletione eius rei auerterũt. Quo tempore Wilsi Wādali, idem opidũ Hamburgum stirpitus subuerterũt, igne & gladio sequentes: eiecto inde Imperatoris prefecto Vtone: Sed iussit mox Imperator opidũ instaurari. Sequenti anno filium Ludouicũ, iam mortuo Karolo, declarauit Imperatorẽ. Quo tempore pons Reni cõcremauit. Proximo deinde anno, qui fuit quartus decimꝰ Imperij, febre correptus rex, Aquisgrani finẽ uiuẽdi fecit: antc tñ mortẽ cum beato Egidio, quẽ pro sanctitate uenerabaṫ, agebat: ut pro se Dñm deprecareṫ. Fertur tenuisse peccatũ, quod nemini pãdebat: Sed sanctus oratione instituta impetrauit, ut schedã ab angelo susciperet: in qua describereṫ Imperatoris cœlata culpa, cum abolitione impetrata. Id quale fuerit etsi cõiectura assequimur, silentio tñ tegere modestiꝰ est. Mense igiẽ Ianuario febre ualida correptus, decubuit: statimq;, ut in febre solebat, cibi abstinentiã sibi indixit: arbitratꝰ inedia morbũ posse depelli: uel, quod proximũ erat, mitigari: Sed accedẽte ad febrem lateris dolore, quẽ Græci pleuresim dicũt: illoq; adhuc inediã retinente, neq; corpus aliter q̃ rarissimo potu sustentante, septimo postq̃ decubuit die sacra cõmunione percepta, decessit: anno ætatis suæ. LXXI. sed ex quo regnare cœpit. XLVI. Indictione septima. V. Calend. Februarias: hora diei tertia. Cuius corpus more solenni lotũ & curatũ, maximo totiꝰ populi luctu ecclesiæ illatũ atq; humatũ est. Dubitatũ est primo ubi deponereṫ: eo q̃ ipse uiuus nihil de hoc præcepisset: tandẽ omniũ animis sedet nusq̃ eum honestiꝰ tumulari, q̃ in ea basilica quã ipse in honorẽ Dei, & ob amorẽ æternę uirginis genitricis eius, proprio sumptu in eodẽ loco cõstruxit. In ea tumulatꝰ est eadẽ die qua defunctus: arcusq; supra tumulũ eius deauratus, cum imagine & titulo extructus est talis: Sub hoc cõditorio situ est corpus Karoli, Magni & orthodoxi Imperatoris: qui regnũ Francorꝝ notabiliter ampliauit, & per annos. XXXXVI. fœliciter rexit. Libuit illustriss. regis præclara facinora unam uelut in summã redigere: & honoris (qui est illi a nobis debitissimus) gratia, plenius cuncta percẽsere: q̃uis illustria eius opera Saxoniam pariter in lucem posuere: quocirca si digressi uidebimur, cum summa ratione illius gesta exequuti putabimur.

CA. XXI.

IN cõmemoratione aũt rerꝝ a Karolo gestarꝝ prę terire non debemus, quod gens nostra de illo inflatis prędicat buccis: dedisse illum leges Saxonibus, quę in codice quod Speculũ uocãt, extentum a Christo nato, septimũ uero Imperij eius annũ, ut memorat, in arce Sassenborg primã cõmenti suspicionẽ fecit: q̃ annos Christi & Karolini impij Glossator ille pturbat. DCCCI. enim factꝰ est Impator Karolus & ideo decimꝰ Christi erat q̃q; decimꝰ Impij. Deinde q̃ diligẽtissimi scriptores illorꝝ tẽporꝝ, nullã eiꝰ rei faciũt mentionẽ: cum minora multo plurima commemoreṫ: Nec erat illa in populo barbaro ciuilitas, ut leges initio re-

quirerent: præter eas, quę uniuerſo orbi ſatis erant. Occultū tamen iudi-
cium, quod uocant, facile crediderim eis permiſſum propter ceruicis duri-
tiem: ſed redactas leges nouas in codicē, non facile credo: niſi alia mihi do
cumenta referantˉ: nam & nomē prodit eſſe collectitiū codicem, de multis
obſeruantijs gentis: quomodo & Feudorū uſus non ab Imperatore dati,
ſed ab Oberto deſcripti, uſum & obſeruātiā meruerūt. Cum enim per ęta
tem in gente creuit ciuilitas, creuit etiā legū obſeruantia. Inde factū eſt, ut
quę per tempora ſunt uſu approbata, demū ſunt in codicē redacta: cui ad
authoritatē conſciſcendā, falſo eſt nomē Karoli aſſcriptū: Idcꝫ ut credā fa
cit multorꝫ in textu, pluriū aūt in gloſſa puerilis & indocta narratio: nam
temporꝫ fuit utercꝫ, & Speculator, & Gloſſator imperitꝰ. Temerarius ca-
lumniator uocer, ſi non luce clarius utrūcꝫ conuincā: longū eſt cūcta per-
currere: Vnū aliquē de textu paſſum ſumamus, unde de cęteris facile con
iecturam faciemus: & non modo coniecturā, ſed fidē pene occulatā. Ori-
ginem regnorū, & Saxonū antiquitatē uolens oſtendere textus li. iij. ar.
xxxxiij. ait: In Babylonia cœpit Imperiū, quę toti mundo imperabat: quā
Cyrus expugnauit, & in Perſiā tranſtulit: in qua uſcꝫ ad Dariū perſeuera
uit: quem uicit Alexander, & Imperiū Gręcię applicauit: & ibi ſtetit uſcꝫ
dum Romani Imperiū ſibi aſſumpſerunt, & Iulius cœperat imperare. Ex
eo adhuc Roma ſęcularē, & a beato Petro tenet gladiū ſpiritualē: & ideo
totius mundi tenet principatū. Cum interim noſtri prędeceſſores ad iſtā
uenerūt prouinciā, Turingos fugauerūt mortuo Alexandro, cui, ut Aſiā
imperio ſubiugaret, erant auxilio: in qua poſt ipſius obitū, propter ſubiu-
gatorꝫ odium, morari non audebāt: in trecētis galeidis ſe recœperūt: quę
omnes fluctibus maris tumeſcētibꝰ, excœptis quinquagintaquatuor ga-
leidis, necabantˉ: quarꝫ decē & octo littora Pruſſię petierūt, & illa obtinu
erunt: & duodecim galeidę Rugianorū terrā occupauerūt: uigintiquatu
or in iſtam ſe recœperūt. Et cum tantum in numero eſſent breui, ut agros
culturę tradere nō poſſent, fugatis & interfectis Turingorū dñis, reliquā
gentē ut operaretur terrā, uiuere permiſerūt: talia imponētes ei iura, quē-
admodum adhuc conſiſtūt Latini: ab eis ergo origo Latinorꝫ: ex his qui
ſuo iuri derogabāt: dedititi dedititiorꝫ cōditione ſubijciebātur. Hęc ſunt
uerba Speculi: Non enim iubet, diſponit, interpretatur, ut ſolet legiſlator,
ſed cōmemorat quid obſeruetˉ: quod nō eſt Imperatoris, ſed doctoris. Et
tñ uideamus quanta ſint in paucis uerbis friuola cōmenta: ut liquido cer-
namus non iſta authoriſaſſe Karolū: qui & ipſe doctꝰ erat, & doctiſſimis
ſtipabatur. In Babylonia, inquit, cœpit Imperium. Si de turri Babylonis
loquiturˉ ex ſacris literis, iam altius aſcēdit q̄ ſolent ullæ hiſtorię: ut de Nem
roth ſumat initiū: & tñ ex illa Babylone non prouenit Imperium, ſed diſſi
patio gentiū: quā oſtendit Moſes: & plenius exequitˉ Beroſus Babyloni-
cus. Si autē de regno loquitˉ Babyloni co, non hoc fuit primū, ſed Aſſyrio
rum in Niniue: cuius ciuitatis author Ninus, & Semiramis coniunx, pri-
mi ſunt in omni hiſtoria antiquiſſima: nam ibi primū conſtitit Imperium,
cui etiā Babylon obediuit. Addit: quę toti mundo imperabat. Hoc nullæ

habent hiſtorię, Chaldęos in Europa uel Aphrica imperaſſe: ſatis erat magnum, ſi magnã Aſiæ tenerẽt partẽ: Nam neq; Romani, quorũ latius erat imperiũ, toti mundo dominabãtur: aliquid in Europa, aliquid in Aſia, & totã tenuerunt Aphricã. Sequitur: quã Cyrus expugnauit, & in Perſiam tranſtulit: in qua uſq; ad Dariũ perſeuerauit. Quid tranſtulit? ad quẽ Darium? Nam Darius erat Cyri auunculus: qui cum Magno Cyro res magnas geſſit: poſt quẽ Darius Hyſtaſpis in ſuã familiã primus tranſtulit imperiũ. Sed ſpecificat cum addit: quẽ uicit Alexander. Ignorabat illũ Arſamidem appellari. Et Imperiũ, inquit, Græciæ applicauit: Friuolũ eſt: quia nunq; in Gręcia ante Cõſtantinũ fuit Imperiũ: Græci tñ poſt Alexandrũ in Aſia imperauerunt: in Syria & Aegypto potiſſimũ: nam ad Macedones in Gręcia ſola pars peruenit, & ea non lata. Deinde ſubnectit noſter legiſlator: Et ibi ſtetit uſq; dum Romani ſibi Imperiũ aſſumpſerũt, & Iulius cœperat imperare. Verum eſt q; Romani uicto Antiocho Syrię rege, regnum eius redęgerũt in prouinciã: & ſuperato in Gręcia per ſe nouiſſimo Macedonũ rege, imperiũ occupauerũt: reddita populis libertate. Sed hoc longe ante Iuliũ. Aegyptus aũt facta eſt prouincia tempore Cęſaris. Deinde quod ſequit de utraq; Romanę urbis poteſtate, intactũ ire ſinamus. Scimus tñ quot tranſierint ſęcula priuſq; ſpiritalis gladius diſtringeretur. Q; uero ait: cum noſtri prædeceſſores ad iſtã peruenerũt prouinciã. Hoc ſine controuerſia Saxo loquit, non Imperator. Sed q; ait, tum: non apparet quę tempora ſignet: Nam q; Alexandri & Iulij tempora cõiungit, qui annis pene quingentis diſtabãt, ineptiſſimũ eſt. Contẽdit autẽ Saxones in Aſia militaſſe Alexandro: ſed hoc nimis pueriliter deducit: ut eſt inuentũ anile, & penit; ſomniũ: Quis enim credat gentẽ ex media Aſia in noſtrũ mare perueniſſe? qñ per aquilonarẽ regionẽ propter mare Glaciale, poſt Hyperboreos montes non poteſt nauigari: & Caſpium ſinũ longe diſtantem, quomodo peterẽt, & inde quo procederẽt? Quis aũt credat fugiſſe: in qua terra uictores Alexandri principes, ſub iugo cuncta tenuerũt: quẽ timerent uictores orbis? Sed hic noſter nobis perſuadebit, manere non auſos ait enim: In qua poſt eius obitũ propter ſubiugatorũ odiũ morari nõ audebant. Inſcitia eſt, unde ea prodit narratio. Si legiſſet principes Alexandri ciuilibus bellis in ſe uerſos, omnes copias militares in precio habuiſſe, non diceret milites timuiſſe ab orientalibus opprimi: qui tanto iam erant ſub iugo, ut ſibi timerẽt, non timerent. Omitto barbariſmos q̃s plurimos facit fabulator: ut ea uel maxime re prodat, non eſſe narrationẽ Karoli: cuius ſcriniarij non ita titubaſſent: ipſe loqueret in capite quomodo in Pandectis Imperator: ſua faciens, quibus authoritatẽ impartit: quomõ in Codice, & Inſtitutionib;: quomodo in nouiſſimis Autenticis: Sed cętera uideamus. Biremes uult trecẽtas ex Aſia nauigaſſe: Vnde ea copia nauium fugiẽtibus? quo nauigauit claſſis itinere? nam per aquilonarẽ plagã oſtendimus uenire non potuiſſe. Si ex Ponto nauigarent, aut ex Syria, lõgum erat iter terreſtre: priuſq; ex Babylone peruenirẽt in mare: & lõgiore curſu mare longiſſimũ mediterraneũ, uſq; ad Gades Herculis erat enauigan-

dum: inde iam flectendū in aquilonē, ut in mare Germanicū ex Britanico peruenirent. Oro te, quando exibāt, ut uis querendis sedibus, non erat mitiore cœlo, breuiore itinere terra quæ susciperet, Prussiam ut Rugiāq;, & Albim peterent? Non pudet uanitatis? Et quā, oro te, Prussi, Rugiani, Saxones, eiusdem, ut uis, originis, & cōgentiles unq; habuerūt aut bello aut pace societatem? Cętera uideam⁹. Fugatis Turingorū dominis: & cætera. Nunq; Turingi nostram tenuere Saxoniā, ut fugarent: sed inuitati Saxones a Francis in Turingos, partē Turingię, quod suo loco ostendim⁹, preciū militię accœperūt: unde nata est fabula de Turingis. Et ne exors uideatur omniū literarū, addit de Latinis & de deditītijs: ut ostendat Imperiales se uidisse Constitutiones. Ineptissimū caput. Quam, oro te, Latini in Saxonia partē habent? Nolo immorari in re quā etiā pueri possunt corrigere. Mille talia cōperies: ut liquido comprobem⁹, non esse Karoli editionem, quod prę ferunt Speculū. Ad Glossatorē ueniamus: uirū alioquī iuris peritissimū: & cui plurimū debent eius Constitutionis seruatores: Sed fabulas narrationi plurimas cōtemptu dignas inserit. Non est longe euagandū, ut tale aliquid ostēdamus. In eius loci explanatione, quē diximus, uide q̄ puerile est q̄ ait: Pompeiū cōsulē uoluisse Imperatorū leges in unū codicem redigere: cuius tēporibus & ante, nulli erant Imperatores qui leges ferrent: Ciues autē Romani facti consules, aut prętores, cum exercitū deducerent, uictoriā assequuti, Imperatores ea tempestate dicebant: sed leges non ferebant. Rogabāt consules in senatu, ut si probaret, fierent senatusconsulta: & Tribuni plębem, ut plębiscita fierent. Mirū q̄ uir iuris doctissimus, Cōstantino tribuat initiū legū: & non Pandectis, & iurisconsultis. Sed missa sint hæc. Quid est q̄ asserit Karolū fęcisse constitutionē de eligendis Imperatoribus: quæ res pertinet ad Ottonē. III. annis ducentis post Karolū. Quid, q̄ ait per eundē Karolū sparsos Wandalos per omne regnū: cum latissima natio Bohœmiā, Poloniā, Russiam, Dalmatiā, & littora Germanici maris impleuerint longe ante Karolū. Quid, q̄ Suæuos tradit expulsos per eos, qui de Anglia redierunt: cum reuera de Italia redirent qui hoc fęcere: quod supra suo loco ostendimus. Infinita sunt eius generis: de quibus pauca attigi: eo consilio, non ut uirum laude digniſſimū reprehendam, sed ut ostendam lectori, iuribus ab eo introductis, non narrationibus fidem adhibendam: quod idem accidit Accursio diligentissimo glossatori. Ad Saxones redeamus.

CA. XXII.

Via Karoli inuictissimi regis gesta sum⁹ exequuti, ad Wedekin
q dum ducē Saxonū, qui regi tam durum creauit laborē, conuertamur: Danis enim conciliatus perpetuis hostibus, cum extern⁹ ueniret, inde auxiliaria arma demorabat: sed tñ Karolo aciem opponere nō fidebat. Ferunt ante regis aduentū Saxoniæ prouinciā administrari solitā per duodecim proceres alternis uicibus: quē uero grande bellū in administratione deprehēderat, eum regē habuere ad finē usq; belli. Inde factum est, ut ueniente Karolo in prouinciā, Wedekindus dux Anglariq; (Angariam uocant) in administratione erat: & ideo pro rege illis fuit durāte bel-

lo: ac perinde in nonnullis codicibus rex Saxonũ nominat̃: finito aũt bel-
lo redibat in ius priſtinũ: reddita adminiſtratione comparib⁹ ſuis. Sed id
Wedekindo nõ permittebat̃: alternata, & in ſpeciẽ aliam traducta totius
prouincię gubernatione. Et q̃uis pontificibus eſſet a Karolo permiſſa po
teſtas gubernandi, non tñ amiſere primores penitus ſuã adminiſtrationẽ.
Vnde factũ eſt, ut ſęcularis poteſtas ab omnibus, bello finito citra Viſur-
gum illi deferret̃. Igitur flagrante bello pertrãſiens Weſtphaliã Karolus,
inde obſides ſumpſit, prędipue ab Anglarijs: ibi enim erat ſumma tum Sa-
xonum poteſtas. Sed & Oſtphali Saxones, qui trãſito Viſurgo cõſederãt
in ſolo Wandalico, cum rex ad Viſurgum caſtra teneret, miſſis obſidibus
pacem ab rege impetrarũt. Erat annus tum .LXXXII. poſt ſeptingentos
Chriſtianę ſalutis, cum Karolus ad fontẽ, ut dixim⁹, Lupiæ amnis legati-
onem audiuit Sigefridi Danorꝫ regis, & Cacãni Hunorꝫ principis: illiſq;
pro tempore datis reſpõſis, diſpoſitiſq; in Saxones prędidijs, redijt in Fran-
ciam. Cum aũt Wedekindus de regis egreſſu certior fact⁹, Saxones ſuos
ad rebellionẽ concitaret, interim Sorabi (gens eſt Wãdalorũ intra Salam
& Albim fluuios) indigne ferẽtes, q; Saxones Viſurgũ tranſgreſſi, cõgen
tiles ſuos ſolo eięcerint, habitata & occupata eorũ regione: armatũ exerci-
tum in fines Saxonũ & Turingorꝫ duxerunt, ubiq; uaſtabũdi ingredien
tes. Karolus duces ſuos immiſit, qui gentem illam repellerent: ſumpto ex
Saxonibus, qui uaſtabant̃, armorũ auxilio. Franci aũt in Saxonũ gentem
iam fœderatã, q; eorꝫ defenſioni bellũ ſuſciperet̃, eo ſe contulerũt: ad arma
deuocãtes: ut paribus animis cõmunes hoſtes inſectarent̃: non intelligen-
tes, q̃ iniquo ferrent animo iugũ Saxones Francorꝫ: q;q; denuo in regem
conſpiraſſent. Igitur Saxones Francorꝫ legionẽ ad ſe miſſam, ad interneci
onem ceciderũt: Wandalos ſe ſatis occurſuros ſuis uiribus arbitrati. Rex
ubi audiuit, iuſta indignatione inflãmatus, infeſto agmine mouit in Saxo
niam. Omnes uero Wedekindũ cõiurationis & rebellionis principẽ accu
ſabant: nec immerito: Tanta enim Wedekindus in legẽ Chriſti, & Gallo-
rum iugũ indignatione flãmat⁹ erat, ut quicquid ubiq; per Saxoniã Chri
ſtianum audierat, perſequeret̃: occiſis ſancti Willehadi Anglici diſcipulis
aliquot, per Saxoniã Phriſiãq; ſparſis: ipſe uero Willehadus, quod ſupra
diximus, uix ex tanto profugit incendio. Veniente autẽ rege cum magno
agmine in prouinciã, Wedekindus declinauit. Rex in omnes cõſilij & fa
cinoris participes, ſeuere animaduertit: cæſis gladio quatuor millib⁹ quin
gentis, ut diximus. Inſuper ex populo Tranſalbiano ad millia decem cum
uxorib⁹ & liberis, in Galliarꝫ prouincias iuſſit deportari: quã eſſe ſtirpem
Brabantinorũ Flandrenſiũq; ſupra ſignificauimus. Repoſuit autẽ in pro-
uinciam Gallici generis nobiles: ex quibus in noſtrã uſq; ętatẽ durauit co
mes de Pirmont, hoc eſt, Ignito monte. Cũq; rex per ſuperiores Saxoniæ
partes ducens, etiam ibi uindicaret in rebelles, Karolum filium cum expe-
dito agmine reliquit ad prędidium prouincię: & ut comprimeret rebellio-
nem molientes. Huic acie iuſta conflictare Saxones auſi, repelluntur: ma-
gnaq; cęde peracta, cogunt̃ quieſcere.

CA. XXIII.

Ed cum iam annus Christianę salutis post septingentos octogesimusquintus ageret, & iam tempus uenisset ab alto miserēdi, Wedekindus uisitatus a Dño ad lumē respexit: & iuncto secū Albione uiro primario, qui trans Albim dñaret in ea quæ nūc est Holsatia, interueniente ex aulicis quodā, ad regē Karolū, qui ad Visurgū castra habebat, pducit: Christi baptismū iam spōte deposcens. Tradūt nōnulli, qd supra significauimus, regē tum in Bardewico cōsedisse, cū ad eum Wedekindus peruenire. Alij etiā adjciūt in Mynda fuisse illi salutis initiū: Tradūt enim ducē scrutādi auidū, lembo per pronū flumē deuectū, lacero habitu inter stipem poscētes cōsedisse. Cūcq sacratissimo die paschę ex more Christiano omnes sacrā cōmunionē subirēt, uidisse Wedekindū ad os regis lu dibūdi speciē pueri: eocq conterritū miraculo, Christiana sacra postulasse. Rex suscœptos in gratiā, iussit baptisari: ipse suis manib⁹ Wedekindū honoris gratia sustollēs. Inde Saxonia iam pacata quieuit: & semel suscœptā fidē nunq reiecit. Interea diuinę rex intētus religioni, Bremēsem, qd diximus, fundauit ecclesiā: prędjscq magnifice dotauit: episcopū cōsecrari faciens, uirū de his terris optime meritū sanctū Willehadū, natione Anglicū: qui post mortē sancti Bonifacij Moguntinensis episcopi, annis .XXXV. in Phrisia & Saxonia uerbū Dei disseminauit: magno labore, incredibili periculo. Extāt literę eiusdē regis desuper, terminos donatæ ditionis commonstrātes: quorq exemplū supra posuim⁹. Idē quoq rex ante postq annis alijs, septē fundauit in ea prouincia ecclesias: donās regalia pōtificib⁹, q intelligeret populū infrenē posse religione contineri, armis uero placari non posse: Verdēsem, Myndensem, Padeburnēsem, Osnaburgēsem, & ultra Weserā Hildesemensem & Halberstadēsem. Erant illis tēporibus aliæ prima ecclesiarq fundationi loca, & perinde nomina: quę cū translatis sedibus sunt in hanc appellationē cōmutata. Magdeburgēsem autē uicinū archiepiscopatū postea Magnus Otto, domita gente Wandalorq, instituit. Hoc ordine finitū est bellum Saxonicum atrocissimū, & diuturnū quod pro diuturnitate temporis, & magnitudine laboris, magnū & desyderabilem habuit exitū: durabat aūt annos supra triginta. Quo tempore multa & magna per duces sunt facta prelia, & ingentes cędes. Ipse rex, ut ferunt, non nisi bis intra paucos unius mensis dies, iusta cum illis acie conflixit, in Thietmel: altero ad Hasam fluuiū. Monstrant hodie incolę castrorq uestigia. Penetrauit autē rex infatigabilis cum exercitu ad intima paludū Hadelerię: cum gens illa rebellionem ostentaret: animata de imperujs, ut putabat, paludib⁹: sed nihil inuiū uirtuti. Locū castrorq eius uocant etiā hodie incolę Karlsand, hoc est, arenā Karoli: in quo castra fixit.

XXIIII.

Edekindus autē pacatus in sua sedet prouincia, Westphaliā solā gubernans: nam ultra Visurgū prouincia & angustijs Wādalorum premebat, & quod tenuere ditionis, pōtifices gubernabāt. Armorū insignia quę militaribus, ut fit, signis præferebat, pullum equinū habebant atrū: sed placuit regi, ut postq de tenebris gentiliū errorū peruenit in lucem ueritatis, ut candidū acciperet. Ea uero sunt uetustissima Sa-

xonię arma: ſępius inde demutata: uel leonibus ex Anglia allatis, per Henricum ducē, cognomento Leonē: uel ſtratorijs in clypeo lignis: quæ tutæ ſertū ex obliquo cōdecorat: per Bernhardū, prius comitem de Anehold, inde uero ſurrogatū Hērico Leoni in ducatū Saxonię: cum ille per Fridericū. I. ſolēni Imperij cōuentu per ſententiā deponeret. Wedekindus aūt, cum rex illum Karolus baptiſatū, in ſua, ut diximus prouincia gubernare permitteret, ædificato in Anglaria (nunc Angriam uocant) inſigni templo inſtituto collegio ſine fine Deo ſeruientiū, quod nunc in Heruordiam ferūt eſſe tranſlatum, ibiq; dñabus imperitantibus ſeruit: plurimū ipſe in Chriſto deuot⁹, religione profęcit. Sed erat illi ex magnis cauſis cum Geroldo Sūęuorū duce atrox bellum: quod uaria diu fortuna protrahebat. Mirū quomodo tām longinquū, ex Sueuia in Saxoniā. Sed erant Saxonibus prędia, quod ſupra oſtēdimus, in Hercinia, & Suæuis in Turingia: unde facile potuit cōflari de terminis bellū. Sed eo cōſumptus perijt Wedekindus: Chriſtiano ritu ſepultus in eccleſia ei⁹ q̄d fundauerat collegij: ibiq; aliquādiu quieuit: donec in Padeburnā a filijs trāſferret.

XXV.

Igbertus Wedekindi filius erat, ab adoleſcētia Chriſto deuot⁹, inter Saxones uir primarius: ſed an pricipatū in gentē ęgerit, minorum eſt ſilentiū: q̄ Saxones ea tempeſtate, regnante poſt patrem Pio Ludouico Imperatore, ſub Chriſti religione māſuefacti, quieſcerēt: & omnis prouincia epiſcopis diſpartita religioni ſeruiret. Tranſalbianā autē religionē (quā Karolus pater Eridago ſacerdoti in urbe Hamburgo commēdauerat, quēq; loci epūm facere diſponebat, ſed interuētus Danici belli, & feſtinata mors Eridagi, uotū Karoli ne impleret auerterūt) Ludouicus Bremēſi & Verdenſi pontificibus initio regni cōmendauit. Quo etiā tēpore Hēningo Danor̄ rege, qui fœdera ięcit cū Ludouico mortuo, Sigefridus & Amilo nepotes Gotfridi, cū inter ſe de regni ſucceſſione digladiarent, magno prēlio manus cōſeruerūt: & utrinq; ante multis millib⁹ cęſis, ambo duces ceciderūt. Pars Amilonis cruēta uictoria potita, Haraldū & Reginfredū regno prefęcerunt. Sed inde tum Haraldus eięctus, ad Imperatorē Ludouicū cōtendit Moguntiā: ibiq; inito cū Imperatore fœdere, paciſcit cum amicis ſacrū ſubire lauacrū: ut auxiliaria Impatoris arma mererēt: baptiſatuſq; mittit cū armatura forti in Iutiā: & cū illo Anſgarius Corbeiēſis pater, ultroneū ſe tanto pietatis officio, q̄d omnes horrerēt, ingerēs. Sed hęc in Dania, & Metropoli exequuti, nūc tantū cōmonuiſſe ſat habemus. Extruxit autē Ludouicus regalē abbatiā in littore Viſurgi: tranſlatis patribus cum nomine de Corbeia Galliar̄, quę in ripa Summę fluminis hodie manet. Adoleſcēs erat admodū Anſgarius, cum de Frācia trāſferret: & creuit in apoſtolū magnū omniū aquilonariū regionū: proueniteq; eccleſię Hamburgēſi, quę tum metropolis erat, cui etiā poſtea Bremenſis ſuffraganea, q̄d in Metropoli oſtēdimus, fuit incorporata. Ex hoc Corbeię monaſterio multos poſt inuicē habebat epiſcopos: Sedē aūt metropoliticā Anſgario Ludouic⁹ Impator firmauit in Hāburgo. Prim⁹ hic erat pōtifex Hamburgēſis: nam Eridagus presbyter etſi epiſcopatui deſti

narẽt a Karolo, propter cauſas tñ, quas diximꝰ, non attigit. Qua etiã tem
peſtate ex maritima Wãdalorꝝ prouincia, quę Wilſorꝝ erat, uenere ad Im
peratorẽ duo regñ iuuenes de regno cõtendentes: & ne armis opus eſſet,
Imperatorẽ cauſę ſuę fęcere arbitrũ. Ille collaudatos, datis muneríbꝰ paca
uit: hortatuſqꝫ Chriſti religionem ſuſcipere, dimiſit. Et q̃uis Ludouicus
religione ac pietate plurimũ polleret, trãquillitati tẽporꝝ, q̃d in ſe erat ma
xime ſtudẽs, euadere tñ nõ potuit atrociſſimã in ſe multorꝝ cõſpiratiõnẽ:
quos pridẽ magnis locis honoratos, pro cõperta malignitate deſtituit: Illi
uero cõfictis criminibꝰ Imperatorẽ ſanctiſſimũ inſimularũt, cp cõiugis ſuę
Iudith, ex qua ſuſtulit Karolũ Caluũ, impuritatẽ improbe diſſimularet:
& pollueret cæſareæ culmẽ dignitatis. Traxere cõiurati in partẽ filios Im
peratoris: imprimis Lothariũ natu maiorẽ, Pipinũ, atqꝫ Ludouicũ: Karo
lus aũt admodum puer erat. Imperator cõiugis purgationẽ ſuper infamia
recipiẽs, ſatiſfactũ ſibi duxit. Cõiurati aũt magis atqꝫ magis inualuerunt:
archiepiſcopos in ſocietatẽ calũnię trahẽtes: unde factũ eſt, ut inualeſcente
nequitia, ſentẽtia depoſitiõis in Impatorẽ ferret, & a filio Lothario diu ſer
uaret: cũ ille inuaderet Imperiũ. Extant lamẽtationes quas de cella mona
ſterñ in quo ſeruabat, miſit ad amicos. Imperatricẽ coęgere detonſa coma
cõtinentiã in monaſterio profiteri: Puerum quoqꝫ attonſum dimouerũt.
Erant fideles multi qui armis pro Imperatore agerent: ſed ille uetuit. Vbi
aũt feruor indignationis paulatim euanuit, reuerſi ad cor filij, cauſam exa
minãtes, innoxiũ patrẽ carcere liberatũ ad Imperiũ reſtituerũt: cõiugẽqꝫ
reddiderũt: & omni deinceps obſequio coluerũt. Ille errori facile ueniã tri
buit: mitiſſimus omiũ mortaliũ: & filiũ Lothariũ natu maiorẽ, cõſortẽ fę
cit Imperñ. In epiſcopos tñ, qui modeſtiꝰ agere debuerãt, aliquãto ſeuerius
uindicauit. Ex his erat iſte, qui in Palmis cũ ſolẽnis fieret proceſſio, iuxta
carcerem, dictatũ a ſe hymnũ plena uoce cocinebat: Gloria laus & honor
tibi ſit rex Chriſte redẽptor. Perinde laxatus carcere, ueniã eſt cõſequutꝰ
ab Impatore: locoqꝫ ſuo reſtitutꝰ, fidelis Impatori permãſit. XXVI.

INterim Wigbertus dux Angriæ: olim erat Anglię: cp imperiti
uetuſtatis, differentiã ponere uolebãt ad inſignẽ maris inſulã: cũ
ignorarẽt honori ſuo detractũ iri, cp maiorꝝ ſuorũ decus in Brita
niã emigrantiũ obſcurarẽt. Hic igiť Wigbertꝰ inter Saxones uir primari
us, uxore accepta Sindacilda, de genere Rabodi Phriſonũ ducis: qui ba
ptiſandus, rogauit quo nam cõceſſiſſent patres eius? Vbi audiuit omnes a
Chriſto alienos, in perditionẽ abñſſe, pedẽ e baptiſterio retraxiſſe ferť: eo
ſe profecturũ cõteſtãs, quo maiorꝝ ſuorꝝ cœtus demigraſſet. Ex ea cõiuge
Wigbertꝰ geminã ſuſtulit prolẽ: Brunonẽ atqꝫ Walbertũ. Profectũ hũc
Wigbertũ Romã cõperio, deuotionis gratia: indecꝫ ſanctorꝝ reliquias re
tuliſſe: quæ in nouũ collegiũ, q̃d in Wildeshuſen, opidũ Bremẽſis dioce
ſis, erexit, ſunt collocatę: ibicꝫ uir Chriſtiani nominis amãtiſſimꝰ, poſt lon
gam inter ſuos religioſãcꝫ cõuerſationẽ, in pace obdormiẽs requieuit: tu
mulatus ibidẽ. Erant ea tẽpeſtate in Saxonia principes alij, quorꝝ nomina
per inopiã ſcriptorꝝ in obſcuro remãſere: Vnus tñ ex his latere nõ potuit:

qui tãti habitus est, ut filiã eius Ludouicus, Karoli filius Imperatoris, Imperator, uiuẽte patre, cõiugẽ duceret. Cuius successio titulũ habuit, ut comites dicerẽt de Ringelheym. Nam & Karolus pater, inter quatuor cõiuges, quas temporũ successione, morientibus per ordinẽ tribus, accœpit, unam duxit Garsulã, orientalis ducis Saxoniæ filiã: nisi forte in Angliã respiciamus: quã, ut dixim⁹, Saxones de suo nomine Angliã uocauerunt ex Britania: in qua erant Angli Saxones oriẽtales, occidẽtales, & meridionales: teste Beda eius regionis indigena. Cunctis Karolus Bauariã, tonsorato Tassilone cum filio, redęgisset in prouinciã, remãsit nobilis quidã Ethico, dñs de Rauensberge: tanti ęstimatus apud Imperatorẽ Ludouicũ, ut prima uxore defuncta, filiã Ethiconis Iudith, acciperet: quæ peperit ei filium Karolũ, postea dictũ Caluũ. Habuit idem Ethico filiũ Henricũ: qui suasit germanę, se subdidit Imperio: q̃d pater detestatus, ferẽ abijsse cum duodecim uiris primarijs in montẽ abuiũ, quẽ nemo cõperire poterat: præponẽs ibi uiuere, & mori in libertate, q̃ in delitijs agere sub Imperio. Hẽricus Imperatori cõmẽdatissim⁹ per iocũ orabat, ut tantũ illi terrę ꝓmitteret in feudum, quantũ posset una die aurea quadriga circuire. Imperator rem ludicram rat⁹, per risum annnit. Ille leui curru i mposit⁹, & per oportuna loca renouatis iugalibus, magnã Bauarię partẽ obibat: in gremio ferens aureã quadrigã. Eam terrã ab Imperatore in feudũ accœpit, reddito Bauariæ titulo. Cũctis ad implendã, q̃d dixim⁹, cõditionẽ, ferret in gremio quadrigã ex auro fabrefactã, inde sibi nomẽ cõciuit, ut Aurei curr⁹ dux diceret. A quo genus ducũ Bauarię in Henricũ usq; Leonẽ processit. Per quę etiam tẽpora Ludouicus Imperator inter alia pietatis opera ecclesiã Aulicensem (nunc Eltze) in Saxonia oriẽtali a patre inchoatã, ad riuũ Salã, qui Leynę influit, perficere cõstituit: Sed cõmonit⁹ miraculo rei quę acciderat, in loco ubi nũc est Hildesemẽsis, trãstulit: Cum enim pridẽ rem sacrã in uenatione fieri iussisset, & capellan⁹ sacras reliquias de lacte, ut ferũt, sanctę Mariæ, aut capillis eius, cũ nõnullis alijs in arborẽ appẽsas reliquisset per incuriã, reuersus cũ Imperatore ad ecclesiã Aulicensem, ubi altare iam in cõspectu Imperatoris erat struendũ, cœpit reminisci relictarũ nuper reliquiarũ: cõcito in cum redijt locũ: reperitq; relictas: sed nulla potuit auellere ui de trunco. Mirat⁹, refert quid acciderit Imperatori. Ille cõperto miraculo, interpretat̃ diuinę esse uoluntatis ibi instrui sacellũ. Mox erigit̃ in honorem Marię. Erat pridẽ dumis & inuijs paludib⁹ horrẽs locus: sed quid nõ mutat instãtia peruigilis curę & laboris. Cœpit perinde apostolorũ princeps cedere uirgini matri: trãslataq; est ecclesia Aulicẽsis in Hildesemẽsem: ubi perdurat usq; hodie. Hoc est autẽ initium Hildesemensis insignis ecclesię: quę, ut diximus, in Aulica est a Karolo inchoata: sed in locũ quem tenet, per Ludouicum filium translata.

CA. XXVII.

Albertus filius erat Wigberti, in gente Saxonũ nobilissimus, & in Christiana pietate feruẽtissimus: qui Romã deuotionis gratia petẽs, a Sũmo põtifice Leone corpus beati Alexandri martyris, qui filius erat Fœlicitatis, accœptũ dono, in Wildeshusen perfecto colle-

gio,a patrẽ inchoato,perduxit: ibiq; religiose est uenerat⁹.Habuit hic fratrem Brunonẽ: qui accœpta,ut ferũt, coniuge Susanna ex Suęuia,genuit Ludolphũ,qui in principatu succeſſit: nam Walbertus prolẽ masculã non reliquit.Ad ei⁹ tẽpora pertinet grauis illa incursatio Danoꝝ,& Normãnorũ,circa obitũ Ludouici Imperatoris: hoc est, circa.DCCCXXXX. annũ Dñi: nam filijs eius de regni diuisione digladiãtibus,Normãni(sic enim Danos appellãt,& quicquid ab aquilone uenit,Gallici scriptores) liberã euagandi potestatẽ,& digrassandi per littora Germanię & Galliaꝝ accœperunt.Quo tẽpore Phrisones ipsos tributo adęgerũt: q; apud illos Haraldus,quẽ regni hostẽ deputauere,morarẽt.Tanta erat hominũ insolẽtia,ut per Renũ ascẽdentes,Coloniã obsiderẽt: per Albim Hãburgũ incẽderint: &,ut uerbis utar annaliũ,inclyta ciuitas,aut pręda,aut incendio perijt.Ibi ecclesia,ibi claustrũ,ibi bibliotheca summo collecta studio,consumpta est.S.Ansgari⁹ cũ reliquijs pene nudus euasit.Sed hãc rem in Metropoli sum⁹ exequuti.Grauissimã uero pugnã iuxta Antisiodorũ inuicẽ fratres Frãcię reges tum habuerũt: in qua uires Frãcoꝝ uehementer attenuatę sunt: ubi Karolus cognomẽto postea Calu⁹ tum omniũ iunior, aduersus fratres consanguineos tres, q; ipse alia esset matre,omnes uno patre Ludouico nati,solus pręliũ inijt.Vrebat hominẽ matris & sua ex fratrib⁹ accœpta iniuria: q̃d supra dixim⁹.Lothari⁹ de Italia uires habuit: Ludouicus de Germania: Pipin⁹ fili⁹ Pipini,horꝝ ex fratre nepos,ex Aquitania uires cõiũxerũt.Karolo ex Frãcis arma accessere.Sed in ea pugna etsi cędes esset grauissima utrinq;,uidebat tñ uictoria partib⁹ Karoli inclinare: tum interueniẽte per legatos Sergio põtifice, res cõposita est in eũ modũ,quẽ Ludouic⁹ omniũ pater,ante prędiſſet: ut Lothario maiori esset Imperiũ & Italia,cũ parte Frãcię inter Renũ & Scaldim: quę ex eo dicta est Lotharingia.Ludouico proueniret Germania: prędertim Bauaria,Frãcia,Turingia: nã Saxonia põtificib⁹ erat dispartita: seruato tñ nobilib⁹ in ea suo districtu.Superintẽderat tñ Ludouic⁹ omnib⁹ ,puincijs Germanię: Pipino maneret Aquitania: Karolo uero Galliaꝝ Frãcia.Ebonẽ Remẽsem archiepũm papa omni honore destituit: q; nõ modo prioris in Ludouicũ Imperatorẽ,sed etiã huius inter fratres dissidij author & incẽtor diceret.Alij illũ insontẽ prędicauere.Vtcũq; fuerit.S.Ansgari⁹ illũ a pristina familiaritate & charitate nõ repulit: quę res innocẽtię ei⁹ plurimũ uidet attestari: nam sanguinariũ epũm uir sanctissim⁹ suo cõtubernio nõ dignaret.Eiect⁹ aũt ecclesia sua Ebo,peruenit ad Hildesemẽsem: in qua.III.pontifex uitã finiuit.Verisimile est ad Ludouicũ confugisse exulantẽ: qui illi de noua sede prout tum cõsueuere reges,prouiderat.

CA. XXVIII.

Aeculũ istud pturbatione fuit pleniſſimũ: pręter enim Normãnorũ grauissimã incursionẽ de littore maris,in se,ut diximus,fratres uersi,rẽ atrocissime miscuerũt: quaꝝ rerꝝ Lothari⁹ Impator pertęsus,relicto sæculo,monachũ se fęcit: inq; ea monastica uita ãnis octo perdurat: filijs partit regnũ: Maiori Ludouico permittit Impiũ cũ Italia: Lothari⁹ capit Austrasiã,ea est Lotharingia.Karolo Burgundiæ pars cũ

Romana prouenit prouincia. Karolus aũt cognomẽto Calu⁹, hor⁹ patru
us, Metim peruolat, audita morte Lotharij: coronã ei⁹ prouincię de more
accipit: indignante Ludouico rege Germanię, q⁹ eam ditionẽ ſolus Karo
lus inuadat. Legati regũ rem omnẽ uidebant ad tolerabiliorẽ modũ redę
giſſe, cũ Ludouic⁹ Germanię rex, accœpta recẽs de Wãdalis uictoria, ani
mos erexit: q̃d inuicẽ legati pacti ſunt, in irritũ uocat: Sed tñ ea de re itur
ad arbitros: Illi partiti ſunt Auſtraſiã ęquis portionib⁹. Sed Ludouic⁹ Lo
tharij filius, iam Impator declaratus, & ipſe Auſtraſię ſibi regnũ depoſcit.
Miſſis aũt atq⁹ remiſſis a põtifice ad reges, a regib⁹ ad põtificẽ oratorib⁹,
arbitror⁹ loco in eam formã cõuentũ eſt, ut Ludouicus Germanię rex q̃d
ab Lotharingia teneret, Ludouico Impatori p̃mitteret. Dum hic rer⁹ ſta
tus eſſet in uicinis regionib⁹, Saxonia, quantũ poterat, cõquieuit a uicinis
Danis, ac Wandalis adhuc infidelib⁹, & perinde perpetuis Chriſtianorũ
hoſtibus: Sed met⁹ inuictiſſimi regis Ludouici, tum per omnẽ Germaniã
ſuperintẽdẽtis, cõpreſſit mot⁹ eor⁹. Erãt tñ creberrimę illę per Galliar⁹ lit⁹
tora Normãnor⁹ incurſiões: de quib⁹ in Norwagia noſtra multa ſcripſi⁹
mus. Per eadẽ tẽpora fuit in Saxonia illa eccleſiar⁹ Hãburgen. ac Bremẽ⁹
ſis unio: per occaſionẽ quã in Metropoli commemorauim⁹: ſed per miras
rer⁹ girationes ꝓuenit, ut omnis honor & poteſtas in Bremenſem trãſfer⁹
ret: q̃d in eodẽ tractu Metropolis per cauſas oſtẽdimus. Interea Walber⁹
tus Saxonũ uir primarius, trãquilla pace compoſitus, in Chriſti religione,
obdormiuit: ſepult⁹ apud patrẽ in Wildeshuſen. CA. XXVIIII.

Vdolphus inter Saxones nobilitate p̃eſtãs, ex eadẽ Wedekindi
I ſtirpe ꝓgnat⁹ eſt: fili⁹, an ex fratre Walberti nepos, aut fratruelis
nõnulli relinquũt incertũ: ſed cõpertũ eſt, hũc Brunonis, qui fra
ter erat Walberti, filiũ: Ex eiuſdẽ, inquiũt annales, Saxonicæ gentis ſtirpe
uir nobilis & p̃magnific⁹ eſt egreſſus, nomine Ludolphus: qui & ipſe Ro
mã religionis gratia, ꝓfect⁹. S. Papę Innocẽtij reliquias inde adduxit. Cre
diderim Saxones ea ętate iã ſubditos religioni, paruiſſe põtificib⁹, nec du
cis alicui⁹ tuliſſe impiũ: uſq⁹ ad ali q̃t ſequẽtes ex hac linea principes. Sed tñ
tradũt nonnulli hũc fuiſſe qui dñaret ultra Viſurgũ in orientali Saxonia,
quę nũc ſola nomẽ retinens, Saxonia dicit: nã Weſtphalia citra Viſurgũ,
diuiſũ habet uocabulũ, ab occiduo ductũ. Accœpit aũt Ludolph⁹ uxorẽ
Odam, filiã principis de oriẽtali Frãcia, quã nũc uocãt Frãconiam: ex qua
tulit filios, de q⁹ infra memorabim⁹. Circa hui⁹ aũt prima uel nouiſſima
patris ei⁹ tẽpora, illã eccleſiar⁹ Bremẽſis & Hãburgẽſis unionẽ factã cõpe
rim⁹, agẽte Ludouico Germanor⁹ rege: qui Anſgariũ iã ſede ſua pulſum,
& diu in Ramſola exulãtẽ primũ fęcit in Bremenſem uacantem aſſumi ec
cleſiã: deinde etiã apud Nicolaũ Sũmũ põtificẽ miſſis oratorib⁹ p̃fęcit ut
eccleſię unirent: q̃d plenius in Metropoli ſignauim⁹. Sed q̃m Saxonię res
per hęc tẽpora ſunt obſcuriores, propter incuriã ſcribẽtiũ: Ludouici Ger⁹
manię regis, qui tum etiã Saxoniã, etſi principatu nõ adminiſtraret, quadã
tñ ſuperioritate illi ſuperintẽdit, exequamur: nã põtifices ei⁹ arbitratu per
Saxoniã ſumebant; quod in Ebone Remẽſe, & in optimo patre Anſgario

declarabat desyderatº exitº. Inde prouenisse uerisimile est, neminẽ per eam ętatẽ Saxonię principẽ libera potestate dñatum. Quo etiã tẽpore beatissimus pater Ansgarius latissimã suæ ditionis prouinciã obiẽs, disseminabat strenue uerbũ uitę, inter pericula terra mariq; densa: nihil aliud quęritãs, q̃ut martyr Deo consecret. Normãni uero & Dani, siue ĩdem, siue natio promiscua (res enim in obscuro est: q̃ illa ætate mari plurimũ nauigantes usi sunt Dani cũ Norwagĩs) in littore Galliarũ sedes sibi per arma quęsierunt. Sed Ludouico Germanorũ regi plurimº labor fuit ad nationes in circuitu perdomãdas: Cõflixit Wãdalis ad oceanũ demorãtibus: Aciẽ uertit in Bohœmos, eiusdẽ linguæ & nationis homines, q̃uis prouincia diuisos. Normãnos uero, etsi Franciã incursauerint, ita retudit, ut ætate sua ab prouincĩs Germanię manº cõtinerẽt. Interim uero Ludolphus Saxoniæ princeps, ex cõiuge quã tenebat, filia ducis in oriẽtali Francia, quã prouinciam scriptores designando uariãt: Alĩ eam Franciã orientalẽ uocãt: quæ omnibus Frãcis origo est: nunc per iniuriã appellata Frãconia. Alĩ designant Austrasiã, hoc est, Metensem prouinciã: quę reliquę Francię est orientalis. Ex ea aũt cõiugę filios accœpit Ottonẽ, Brunonẽ, Tanquardũ, & quatuor filias: quarũ primæ tres Christo consecrant moniales, abbatissæ post inuicẽ in Gandersheym: quod pater fundauit monasterium: quartã duxit Ludouicus rex Franciæ. Vnde facile datur cõĩci, non uile fuisse nomen his ducibus, quorũ affinitates reges quęritabant.

XXX.

INterea moritˇ Ludouicus Lotharĩ filius, Imperator: quo cõperto, Karolus Caluus rex Francię, filiũ mittit ad eam Lotharingię partẽ tutãdã, quã ex Lothario Imperatore accœpit: ipse magno agmine, magnis itinerib⁹ cõtẽdit in Italiã. Ludouicº aũt Germanię rex hoc futurũ prospiciẽs, Karolũ filiũ illi opponit, iter eius impediturũ: sed Karolus Caluus fortior incubuit, q̃ ut a Karolo Germanico impediret: Igitˇ ille accessit partib⁹ uictoris, cedẽs patruo. Aliũ illi filiũ Ludouicũ Ludouicus opposuit: sed ubi nihil se posse facere conspexit, ad patrẽ est reuersus. Interea Karolus Caluº Frãcię rex, Imperĩ coronã accœpit de manu põtificis: & discedẽs Italia, Rosimon cõiugis suę fratrẽ Italię pręfęcit: attributo illi, quantũ uoluit, prędidio militũ quo prouinciã tutaretˇ: Cui etiã neptẽ suã, filiã Ludouici fratris, Germanię regis despõdit uxorẽ: Ipse uero iã Romanus Imperator, reuersus est in Frãciã suã: auctior dignitate Imperĩ. Ludouicus rex Germanię per ea tẽpora fato concessit, Ludouicũ & Karolũ filios relinquẽs: Ludouicº aũt iunior missis ad patruũ Karolũ Impatorẽ oratoribº, amicitiã eiº postulat: & abolitionẽ earũ rerũ, quę patri illiº cũ eo fuere. Auersatº Karolus, reięcit legationẽ. Ludouicº aũt magnã ex Turingis, Saxonibº ac Bauaris manũ cõtrahẽs, ad Renũ castrametatˇ, ductuº in patruũ. Occurrit illi Impator, ab altera ripa fixis tẽtorĩs. Tentatˇ in trãsactionẽ uerti per medios oratores. Dum illi rei intentº Ludouicº paci se parat, Karolus Imperator molitˇ insidias: nam diuerso itinere per noctem copias transponit: & iubet occultis itinerib⁹ hostilia castra depugnare. Detectis insidĩs, Ludouicus suos in ordinẽ collocat; & uenientes excipit Francos,

fugatq; multos in itinere prosternens: ut non se ueniſſe gauderent. Impe-
rator ſuis fugientibus, & ipſe ad pugnã imparatus, fugę fit comes. Prædã
multam aſſequuntur inſequentes: ſparſi etiam a ruſticis nudantur rebus.
Ita inſidiarũ ſuarũ ſtatim pœnituit Imperatorem. Cum interim Norman
ni premerent Franciã, & Saraceni Italiam, uocat⁹ a ſummo pontifice Impe
rator, cum expeditis copijs Italiã ingreditur: mittens ex ducibus, qui Nor
mannis conflictarentur. Iohannes põtifex obuiam Imperatori proficiſci-
tur: Papiæ ſe ſalutant: interim iunctis agminibus Romam petunt. Karo-
lus autẽ Germanici Ludouici filius, cum magnis copijs & ipſe in Italiam
contendit, gratiam initurus apud ſummũ pontificẽ: audiens autẽ Impera-
rorem ſe præueniſſe, conuerſo itinere redit in Germaniã. Imperator rebus
compoſitis, cum redire parat in Franciã, febre corripitur: Iudęus, quẽ me-
dici loco honorabat, potione illum donat, ut putauere, amatoria. Ille inde
finẽ uiuẽdi fęcit. Ludolphus quoq; Saxonię princeps, trãquilla pace com
poſitus, in pace quieuit.

CA. XXXI.

Runo, Tanquardus, Otto, liberi fuere Ludolpho: quorũ Bruno
b inſigne nomẽ reliquit uico, quẽ ille prim⁹ inchoauerat: qui ex illo
dictus eſt Brunonis uicus: iam diu Brunſwicũ, inſigne opidũ in
media Saxonia, ad riuum Onacri, qui influit Viſurgũ: Cuius opidi parua
primũ initia, multas per tempora habuere acceſſiones: ut per uices amplifi
catum, nũc in eas excreuerit uires atq; opes, ut facile principibus ſuis titu-
lum indiderit: qui exinde uocant duces Brunſwickcẽſes: ſed hoc longe po
ſtea. Sinum excurrentis fluminis ſtagni, aut maris, Saxones ſua lingua
Wyck appellant: Inde Bruno excurſum fluminis alterũ, alterũ Tanquar
dus, nõ lõgo interuallo, ędificijs honeſtarũt: inde Brũſwyck, & Tanquar
deſwyck, diu uariata appellatione ſecernebãtur. Obtinuit autẽ Bruno, ut
ſolus opido nomẽ relinqueret. Frater aũt arcẽ cõmuniuit uicino loco, quę
de eius nomine Tanquerode diceret. Quo in loco eccleſia. S. Blaſio conſe
crata, nomẽ retinuit, ut in urbe diceret: extãtibus muris priorib⁹, quę iam
mœnibus ciuitatis ambiunt. Brunonis aũt inſignis uiri, glorioſus fuit exi
tus: Nam mortuo Ludouico Germaniæ rege fortiſſimo, qui Germaniæ
littoribus Nomannos fortiſſime repulit: cognita regis morte, ijdem ho-
ſtes magno agmine Saxoniã inuadũt: media omnia ferro igniq; uaſtant:
Albi trãſmiſſo, in ulterĩora proficiſcunt. Fama tãti mali Brunonẽ iamdu-
dum pręuenerat. Ille uocatis omnib⁹ quos ad pietatẽ tantæ expeditionis
paratos inuenerat, duodecim ut aiũt comitib⁹, hoc eſt, Saxonũ primarijs
ex nobilitate uiris (nam comitũ nomẽ illa ætate in hac prouincia erat incõ
pertũ) omnib⁹ uicinis põtificib⁹ Verdẽſi, Myndenſi, Hildeſemẽſi. Rember
tus iã Hãburgẽſi prędidẽs, tum in finib⁹ Bremẽſis dioceſis agebat: precib⁹
adiuuãs, q̃s armis carnalib⁹ non poterat. Tantũ agmẽ Chriſtiani exercit⁹
idololatris Normãnis Daniſq; ſe obiectabat: in loco qui dicit Ebbecke-
ſtorp. Inito certamine, pro ſe quiſq; fortiter agebat: Chriſtiani eĩ aut uin
cere, aut mori diffinitũ habebant: beatos ſe futuros, ſi in cauſa prijſſimę re-
ligionis occũberent: fortunatos uero ſi uincerent: ſed beatos ſe malebant

q̃ fortunatos. Ita factū est, ut pertinaci diu pugna extracta, totum agmen Christiani nominis pro Christo occumberet, dux ipse cum episcopis, & omnib⁹ Christianis militib⁹. Cōiecta omniū in unū aceruū corpora: cum nemo diu ad sepulturā peteret, hostesq; uestes & arma tulissent, iā nudata, post moram internosci non poterāt: uno agmine ceciderūt: uno loco sunt terrę cōmendata corpora: ut neq; pōtifices, neq; nobiles, internoscerent. Mindenses suum pōtificē Theodericū requirētes, discernere non poterāt. Idem Hildesemensibus cōtigisse reor, & Verdēsibus. Hic fuit exitus gloriosi ducis Brunonis: & hęc sanctarę reliquiarę in Ebbeckestorp cōsecratio. quā indocta fabula ab Hamburga, cū ibi pōtifex Sūmus, ut somniāt, cęderet, ferunt huc aduectā. Testes rei, quā dixim⁹, sunt ecclesiarę Mindēsis Hildesemēsis, & Hamburgēsis annales: ut erubescāt, qui solitā sequunt fabulationē: Nam de Romano pōtifice qui Hamburgū uenerit, quid sit factum, in Ottone. I. dicemus: cuius tēpora cōtingit: & dixim⁹ in Metropoli, fabulā omnē exufflātes. Incursiones etiā q̃ crebrę a psequutorib⁹ Christianorę in urbē Hamburgū factę sunt, unde martyrū multorę reliquię, in eadē Metropoli locū inueniet. Per eadē quoq; tempora Normāni magis in littorib⁹ Frācię inualuere: Neustriā, quę inde usq; in hunc diē dicta est Normānia, occupātes: q̃d sum⁹ in Norwagia exequuti.

XXXII.

TOto dicti Brunonis germanus, post fratrū interitū, iam iustū principatū arripuit: decrescētibus paulatim uiribus Germanię regū: Quantū decesserat Frācis, tantū accessit Saxonib⁹: in quos iam rerę cœperat summa inclinare: Nam Ludouico Balbo, Karoli Calui filio, Iohannes pontifex Imperiū usq; ad Franciā deferebat: celebrato concilio Lugduni. Erant aūt qui Karolo Crasso Germaniæ regis filio studerent: qui redeuntē ex Francia pōtificē cœpere: coęgerūt, ut Karolo Imperij donaret insulā. Ita duo pariter se Imperatores gessere. Sed Ludouico ultra triennīū non durauit Imperiū: quo decedente, solus in eo Karolus per annos. XII. permanebat. Erat iste, ut dixim⁹, Ludouici Germanorū regis filius: fratrē habens æque Ludouicū, Germaniæ regē: & item aliū Karlomannū: cuius fili⁹ Arnulphus postea peruenit ad Imperiū. Quo tempore fuit illa grauis incursatio Normānorę in Franciā: quā in Norwagia explicuimus. Iste uero Karolus Imperator ubi agnouit se principibus min⁹ gratū, Imperio uolens cessit: ne, quod formidabat, inuit⁹ destitueret. Assumptus est aūt a principib⁹ Arnulphus uir magnificus, princeps fortissimus, filius Karlomāni: qui frater erat decedētis Karoli. Hic suscœpit bellū aduersus Normānos cœlit⁹ administratū: in quo Normāni ab eo ad internecionē sunt deleti: Siquidē centū millib⁹ paganorę prostratis, uix unus e Christianis cecidisse est repert⁹. Gotfridus & Sigefridus regij proceres ibi ceciderūt. Dominabat aūt iste Arnulphus Bauaris, Suęuis, Frācis orientalibus: & post mortē Karoli Calui, Lotharingis, audacibusq; Saxonibus: Verba ponere libuit annaliū: Qui Saxones etsi suū haberēt principē tñ Germanorę regē, & iam Imperatorē, dñm recognouere: quomodo & nostra tēpestate duces in Francia, qui regē supra se adorant: Non erat illa

quã nunc cernimus in Germania principũ libertas, non bona: ut ſuſcipiãt, quę uolunt, Imperatoris mãdata: Vnde etiã iſta nolẽtes cernimus Imperij detrimẽta: quę omnino non fierẽt, ſi, ut par erat, principes Germanię, quo modo Francię, ſuo regi parerẽt. Idem Arnulphus Imperator bellũ ſuſcepit aduerſus Zuentebaldũ Morauoꝝ regem, tributa negantem. Aeneas in Bohœmica illũ appellat Zuantocopiũ: qui unus Poloniã, Bohœmiã, Sleſiam, Morauiã, teneret imperio: Arnulphũ Imperatorẽ agnoſcere primarium ſuũ detrectauit. Magno totius Germanię apparatu mouit in illũ Imperator: Hunorũq; reliquijs per Pannonias miſſis, & Germanoꝝ uiribus, occurrentẽ ſibi regẽ in acie uicit: & magna ſtrage in eius copias perecta, fugauit. Ille iam regni ſpem ponẽs, incognitus cõceſſit in eremũ: ibiq; Chriſtiano, ſed eremitico, ritu finiuit uitã: propinqua tantũ morte teſtatꝰ preſentibus quis eſſet. Per hoc tempus ſub Formoſo Romano põtifice renouata eſt quęſtio de eccleſia Bremẽſi, & decreto concilij, quod erat apud Triburiã (nunc uocãt Friburgũ) cõuictis qualibuſcũq; argumẽtis, Adalgarius pridẽ Hamburgẽſis archiepiſcopus, coactus iterũ fieri ſuffraganeus Colonienſis, cõſedit infimo loco. Magna in cõcilio duoꝝ effertẽ cõtentio doctoꝝ, quę omniũ in ſe oculos conuertit: ſed uictus eſt qui pro Adalgario ſtabat. Tum etiã illa ſtupenda Romæ in põtificia ſede perturbatio eſt exorta a Formoſo & ſucceſſoribus eius: Cum orto inter eos ſciſmate, ſucceſſor prędeceſſorẽ male haberet. Effoditꝰ a ſucceſſore Formoſus: & cadauer in Tyberim proijcitꝰ. Qui hoc procurauit pontifex, a ſucceſſore ſuo Formoſi defenſore, confunditꝰ. Ita grauiſſimo totius Chriſtianiſmi ſcãdalo Romani pontifices uelut ebrij, immo furioſi, iactabantꝰ. O Petre, Line, Clete, Clemens, ad quid peruenit ueſtro ſanguine, ueſtratũq;, immo Chriſti cruore partus principatus? Sed hęc alij.

CA. XXXIII.

TO interim dux Saxonię, etſi Germaniæ regem ſupra ſe agnoſceret, iuſto tñ ptincipatu dñabatur in ſua prouincia: nec cõtemnẽdi erat nominis apud Ro. Imperatorẽ Arnulphũ, regẽ etiam ſuũ: qui tanti illũ fęcit, ut filiam illi ſuã Lucardam coniugem daret: ex qua ille filiũ ſuſtulit Hẽricũ: qui primꝰ ex Saxonibꝰ imperabat: filiãq; Alheidim, quę in Quedelẽborg Chriſto cõſecrata eſt abbatiſſa. Vnde apparet Henricũ regẽ materno ſanguine pertinere ad lineã Karoli Magni: cuiꝰ mater erat Arnulphi filia, qui patrẽ habuit Karlomannũ, & ille Ludouicũ Germanię regẽ: qui Ludouicũ Imperatorem .I. & ille Karolũ Magnũ, ſexto gradu attauũ ſuũ numerat Henricus. Et ut lineã generis a plęriſq; turbatam agnoſcamꝰ, uidendũ qui Imperatores exierint a Karolo Magno: cui primũ ſucceſſit Pius Ludouicus: & illi filius Lotharius, Karoli nepos: illi Ludouicus filius, Karoli pronepos: illi Karolus Caluus, proximi Ludouici patruus, Karoli Magni nepos: illi filius Ludouicꝰ Balbus, Karoli iterum pronepos: & illi Karolus Craſſus, Ludouici regis filius, Magni q̃q; Karoli pronepos: illi aũt Arnulphus, Karlomãni, qui frater erat Ludouici regis Germanię filius, Karoli Magni abnepos: is erat Hẽrici regis Germaniæ, maternꝰ auus: ut trinepos Karoli ille computetur. Arnulpho ſuc-

cessit filius eius Ludouicus, Henrici auũculus. Erat & alius filius Arnulpho, Cõradus, dux Lotharingiæ, quẽ Albertus Francus, comes de Bamberga prelio oppressit. Ob hoc proditione archiepiscopi Moguntini Hattonis, publico gladio cęsus ab Imperatore Ludouico fratre eius. Hic Conradus reliquit filios Conradũ, qui imperauit ante Henricũ: & Euerhardũ ducẽ Lotharingię. Hęc idcirco, ut non alienũ sciam⁹ Hẽricũ regẽ, de quo statim, a sanguine Karoli Magni. Hic aũt Otto dux Saxonię quia ad extremã peruenit senectã, multos uidit Romanor̃ Imperatores: Nam Arnulpho miserabiliter morienti, infœlicitate Syllæ Romani dictatoris, successit filiꝰ Ludouicꝰ per annos. XII. Hic, ut diximꝰ, fratrẽ habuit Cõradũ, cæsum in acie ab Alberto, huiꝰ Ottonis ex filio nepote: quæ res effęcit, ut Ludouicus Imperator proditione, ut ferũt, Hattonis Mogũtini præsulis, qui illi gratiã sponderet Imperatoris, captꝰ, gladio Imperatoris perĳt. Sed paulo ante hæc tẽpora cum Arnulphus Imperator bellũ gereret in Zuendebaldũ Morauię regẽ, & clausta quibꝰ excludebant Vngari gens Scythica, laxasset, cum illor̃ tum opera in hostẽ uteret, malo cæterorũ, ut apparuit, Christianor̃, ferã gentẽ immisit prouinciis Christianis. Tendebãt ergo Vngari in Pãnonias, antiquã sedẽ exterar̃ nationũ: Nam uetustissima memoria eam apprehenderunt Gothi: post illos Huni, pulsis Gothis: Longobardi post illos, pulsis Hunis: Cum illi tenderẽt in Italiã, Huni nõ iam ut prius imperiosi, sedes accœperãt easdẽ ab Longobardis precario: ut, si qua necessitas illis reuertẽdi ingruisset, haberẽt quo reciperent. Sed Longobardis in Italia permanẽtibus, permansit sedes Hunis, usq; ad tempora Karoli Magni: qui gentẽ, omni nobilitate in acie cæsa, satis extenuauit: Nunc uero aduenę Vngari, cõsanguineis suis, ut putat, Hunis, superuenere. Mira res, tam numerosum populũ, tam crebris agminibꝰ ex uastis solitudinibus motũ, semper easdẽ sedes in Pãnonia petĳsse: quasi illa prouincia decreta sit recipiendis aduenis. Primo ingressu fęcerãt Vngari q̃d solent aduenę barbari, mira celeritate, & prædar̃ auiditate, stimulante natiua ferocia, excurrerũt in Alemaniã, hoc est, in Suæuiã, Bauariãq;: sed ibi fortiter resistẽtibꝰ incolis, multi perierũt. Ludouicus Imperator, Imperiũ moriẽs reliquit. Voluit autẽ omnis Frãcor̃ Saxonũq; nobilitas Ottoni sceptrũ & diadema regni tradere: sed ille causatꝰ seniũ, recusauit: & peruenit ad Conradũ, Conradi, qui frater erat Ludouici filiũ, ducẽ Austrasiorum, hoc est, Metensiũ, & orientaliũ Francor̃: in quo Conrado etiã finĳt linea Karolorũ masculina. Regnauit autẽ iste in Alemania sola, annis septem: Iam enim Itali cõtempto Imperio, erexerũt suos in prouincia Imperatores: Berengariũ Foroiulienses, Guidonẽ Beneuentani. Erãt uero iam principatꝰ Germaniæ partiti in multos: posteaq̃ Imperio in reges Germanię translato, desierũt esse reges Germaniæ: sumpto iam maiori titulo Romani Imperĳ: Et in Bauaria Arnoldus, Burchardus in Suæuia, quæ Alemania dicitur a Lemano lacu, duces: Euerhardus potentissimus comes in Francia, quam nunc uocant Franconiam: Frater hic erat regis Conradi: Gisebertus dux in Austrasia (quæ nũc, ut diximꝰ, Lotharingia est) Ottoꝰ

uero Saxonię dux iam ſenio fractus, ad capulum perueniens, in pace quie uit; Henricum relinquens ſucceſſorem filium.

FINIT LIBER II.

INCIPIT LIBER III.

ENRICVS OTTONIS SAXONIAE

h ducis filius, Arnulphi Imperatoris ex filia nepos, qui regiam dignitatē primus inuexit in domū Saxonię, in qua diu permāſit, merito nobis initiū tribuit noui orſus. Erat enim inter omnes regni principes prępotēs, ac uirib⁹ formidabilis: qui prim⁹ libera poteſtate principatū Saxonię adminiſtrabat: nam maiores eius ſub regibus delituerunt. Henricū autē ducē ſibi ſemper aduerſaturū Conradus rex ſuſpexit: mouiſſetq; in eum, ſi non omniū in ſe principū motum formidaſſet: Nam quos diximus principes, non unū de Cōrado ſentiebāt: Hoc ueritus rex, aperta ui congredi Henrico non pręſumpſit: cæterū conſiliū ferē habuiſſe cum Hattone Moguntino pręſule, qui Albertū Henrici ex ſorore nepotē perdiderat, ut Henricū quoq; ſubuerteret. Aureū torquē ferē procuraſſe fieri pōtifex, quē dono daret Henrico: ut perinde nactus fidē apud illum, pro arbitrio proderet. Conſyderādi operis gratia pōtifex diuertit ex itinere ad aurificē: uiſoq; torque ferē ingemuiſſe. Tum familiaritate fretū opifi cem, rogaſſe, quid ſibi uellēt ex alto ducta ſuſpiria: Aliquādo, ait, torques ille cruore fortiſſimi uiri madidabiť. Iam antea intellexerat opifex aurum Henrico duci deſtinari: Et ille q̄ potuit ſecretius curauit rem Hērico quā audiuit notā fieri. Ille tacitus obſeruat omnia. Mittiť magno munere torques ab archiepiſcopo duci: inuitaturq; ad conuiuiū. Henricus aūt cōuerſus in nunciū, Dic, inquit, Hattoni, non eſſe Henrico ceruicē qualē habuit Albertus: donū ſuū illi ſit: melius eſt Henricū domi ſedentē de Hattonis ſeruitute cogitare, q̄ domū eius comitatu magno grauare. Ita dolus non proceſſit. Rex autē Cōradus miſit fratrē ſuum ad uaſtandā Saxoniā: qui appropians urbi Eresburg, ſuperbe, ut inquiūt, loquutus eſt: q̄ nulla maior ſibi cura eſſet, q̄ q̄ Saxones ſe pro muris oſtendere Francis non auderent, hoc ſe formidare primū, ne ullū haberēt hoſtē in proſpectu. Adhuc ſermo erat in ore eius: & ecce Saxones occurrunt mille paſſibus ab urbe: initoq; certamine, tanta cędę ſtrati ſunt Franci, ut a mimis declamareť, ubi tantus ille infernus, qui eam capere poſſet deſcendentiū multitudinē? Ita a timore ſuo Frācus liberat⁹ eſt: q̄ formidaret Saxones ſe non uiſurū: nam ab ipſis turpiter fugatus diſceſſit. Audiēs autē rex male pugnatū a fratre, congregata omni Francorū uirtute, perrexit ad requirendū Henricū: Superuenit autē Henrico imparato in urbe Gruona: quā obſidione cingere parauit: Pręmiſſis tñ oratoribus obtulit Henrico, amicū illi uenturū, ſi ad dedendā arcē deſcendat. Interuenit aūt huic legationi Diethmar⁹ uir cal-

lidus ex orientalibus Saxonibus, militaris rei scientissimus: qui ubi uidit adesse regis nūcios, clara uoce ducē scisscitat, qua nam parte uelit castra fi gi legionibus quas adduxisset: nullas autē adduxit: sed eam speciē prēten derat ob prēsentes. Dux callidi consilij satis gnarus, rogat quot adduxe rit legiones. Triginta inquit millia in armis habeo, loco designato. Nun cios sine fructu dimisit. Illi regem de adductis legionibus terruerūt: itaq; dimissis copijs, rex frustratus in Franciā suā redit. Nulla te lector pertur bet æquiuocatio Franciā dico Theutoniæ, non Galliæ: illā enim ubi opus fuerit ad speciē dicam. Septimo autē anno regni sui rex Conradus cœpit ægrotare: sentiensq; fati horā propinquare, principes regni prēter Henri cum euocauit: & eos ita cōuenit. Vocationis meæ, inquit, tēpus agnosco: &, ut cernitis, prēsto est: proinde pacē atq; concordiā sectari etiā atq; etiā uos oro: nulla uos regnandi cōprehendat ambitio: Henricū Saxonū Tu ringorūq; ducem prudentissimū, regem uobis eligite: dñm constituite: is est enim sapientia pollēs, & iustæ sæueritatis censura subnixus: quibus non recusantibus, seuocat germanū suū Euerhardū: Vides, inquit, frater quia ad fatū ꝓuenio: tu tibi posthac cōsulito: sunt copiæ, sunt arma, sunt exerci tus, sunt urbes & mœnia: satis inter principes quocūq; loco fulges: uni te cedere non dissimules, Hērico duci Saxoniæ propinquo nostro: Est apud illū & uirtus & cōsiliū, fortuna se sociā iūgit: Si me audis, accipe regni in signia, & ad illū perferto: teq; illi quantū potes facito cōmendatū: nam rei nostræ publicæ gloria ad Saxones cōmigrauit: tu te illi, si sapis, cōtempera. Cecidērunt fratri lachrymæ: & ille obdormiuit. Accepta autē regni insi gnia Euerhardus, de his fratris mādata peregit: Hērico se suaq; omnia, & regni iura cōmēdās. Cōuocata aūt omni Francorū atq; Saxonū nobilita te in Frislaria, unanimi cōsensu Hēricū Saxoniæ ducē regno præficiūt: An no Christianæ salutis. DCCCCXX. necdum enim erat legitima electo rum principū constitutio: nec Sūmus tum pontifex consulebat: q̄uis ma gna se instantia immiscuerint Romani pontifices ad dandum Imperium: ut suam perinde amplificarent potestatem.

CA. II.

Enricus ergo dux Saxoniæ primus ex ea familia ad Romani re
h gni culmē ascendit: quod ea domus per aliquot cōtinuata sæcula perseueranter seruauit: ut in cōtextu docebim⁹. Cui si in Italiam prædecessorū more uenire dignarēt, diadema cū cōsecratione ad Imperato riam dignitatē, Iohānes eius nominis. X. Sūmus pōtifex repromisit. Hen ricus autē satis sibi uideri respondet, ꝙ primus ad regni culmē immeritus peruenisset: diadema Imperij maioribus debitum: se nihil ambire supra id quod accepisset: etiam si maiora q̄ obire posset sustollentē onera. Leua uere in cœlum manus uiri sensati: ꝙ ea modestia principem haberent. Pri ma illi militaris expeditio in Burchardum Suæuiæ ducem cōtumacem fu it. Intumuit autem ꝙ filiam eius uxorem haberet Rodulphus Burgūdiæ dux: quem, cæso Rodulpho patre ducis Hugonis, fratre autē regis Vto nis, inimici Karoli regis in Franciæ regnum eleuauerunt. Sed nihil profu it Burchardo magni generi regia fortuna: nam impar uiribus Henrici Ro

manorum regis ad obediẽtiam rediit: se suaq; omnia permittens regi Romanorum. Arnoldus quoq; Bauarorum dux, qui a facie Conradi cõcessit cum omnibus fortunis in Vngariam: Henrico in regnum sublimato, qp̃ sperarat rgnũ sibi pro antiqua nobilitate deberi, rediit in prouinciã: Fęcerant illi animos quidã suoꝝ: qp̃ regio Frãcoꝝ sanguine cret⁹, sceptris propior esset homine Saxone. Itaq; rebelles animos ostendit Henrico. Rex componendo intentus regno, expeditis copijs duxit in illum in Ratisponam. Hic uariant scriptores. Nam alij dicũt Arnoldum mœnibus egressum, se ad pedes misisse regis: inq; amicitiam & perpetuam societatem ab illo suscœpum. Alij uero tradunt Arnoldum agmine parato obuiam regi profectum, ad pugnam exisse: ubi castra hostilia non longe aberant, rex, ut erat modestia & prudentia singulari, fertur euocasse ducem, solus cum solo loquutur⁹. Ille ad duellum se prouocatum reputans, non cunctanter occurrit. Hẽricus rex armis positis, familiariter cum illo loquebat: Quid est, inquiens, mi Arnolde, qp̃ inuicẽ nos nostraq; in discrimen proijcimus? Ego, si tu procerum populiq; cõsensu rex esses assumptus, primus te uenerarer: Crede, quod scriptum ferunt, Non esse nisi a Deo principatum: cui quisquis resistit, Dei se opponit ordinationi: quem debet cõtumax iratum metuere: Cõsule tibi tuisq;: me in utrunq; paratũ habes: amicũ an hostẽ malis elige: mallem quid amicus possim, q̃ quid hostis experireris. Hæc suaui sermone, qui regem plurimum ornabat, proloquutus, incertum dimittit. Ille ad suos refert regis uerba. Vera dixisse fatentur: suadetq; pars sanior, regi malit uti pacato q̃ irato. Ita positis armis egressus castris Arnoldus, regem salutat & ueneratur: iusta implens maiori suo. III.

q Via in percensenda Saxonum linea, & rerum gestarũ serie, legitimo ordine peruentum est ad eum principem, qui primus Imperatorum decus, & Romani principatus dignitatẽ summã in suã traduxit familiã, in qua cõtinuata diu successione per aliquot ęcula permansit, non ab re fuerit breui catalago recensere omnes principes, qui in ea sublimi sere maiestate, ingressus & exitus, & quantum breuitas tanta patitur, illustrium rerum significationem, magis q̃ explanationẽ: sunt enim ista a maioribus satis commemorata: ut nostram non requirant explanationem.

c Aius Iulius Cęsar uictor ciuili bello, quod in Pompeium, immo in Romanum senatum instituerat, oppressa republica, primus inuexit monarchiam: & quoniam regium nomen inuisum Romano populo non ignorabat, Perpetuus dictator appellari maluit: & enatum est inde nomẽ Imperatoris: quod translatum est ab officio in primam dignitatem: eidem Imperator dici solebat, qui cum preesset exercitui, insignẽ peperit victoriam. Vnde gloriatur Cicero se in prouincia a militibus suis Impetatorem appellatum. Tenuit annis quinque: & profligatis partibus in oriente & Hispanijs, in ipso senatu. XXIII. uulneribus cæsus, occubuit, ad statuã Pompeij a se oppressi: reliquitq; nomẽ Cæsaris successoribus. Vir, inquit Orosius, quo nullus unq̃ bellis magis enituit: Ei⁹ siquidẽ ductu undecies centum nonaginta & duo millia hostium cæsa sunt.

o Ctauius, quẽ, neſcio quo errore, Octauianũ uocãt, ex ſorore Cęſaris nepos, teſtamento eius ſcriptus hæres: Cęſarianis militibus, & præſertim ueteranis annitẽtib⁹, arma ſumpſit: & ſpecie uindicãdi auũculi, monarchiã ab illo partã defendit. Ciuilia bella quinque geſſit: ubiq; uictor prouincias edomuit: & multo tẽpore, plurima fœlicitate, Romanã rempublicam auxit, prouexitq;. Sub illo natus eſt Chriſtus Dñs in terris. Virilem prolẽ niſi adoptione non habuit: Druſum Neronẽ priuignũ, uirũ mira uirtute illuſtrẽ, ad Imperiũ poſt ſe deſtinauit: ſed ille mortu⁹ eſt in Germania. Hic Auguſti nomẽ recœpit: & poſteris omnib⁹, qui pleno iure imperarunt, reliquit. Mortuus in ſenectute bona, Romę crematur: extructo cuius extãt reliquiæ inſigni tumulo.

t Iberius Nero Auguſti priuignus, Druſi frater, inopia meliorũ, teſtamento Auguſti peruenit ad Imperiũ: q̃d mediocri laude tenuit: modeſtus initio, inde uarius: nequiciã eius memoria recens Auguſti temperabat. Sub illo crucifixus eſt in Iudęa Dñs. Sed neq; ille prolẽ uirilem reliquit: unde adoptione facta, cũ aliq̃t ante ſe ab Auguſto optati perijſſent, in Germanico, Druſi, fratris ſui filio, omnium ſpes reſidebat: ſed ille ante Tiberium exceſſit: filium illius Caium adoptauit: reliquitq; ſucceſſorem: mortuus in ſenectute.

c Aius cognomẽto Caligula, quia in caſtris natus & nutritus, militari uocabulo dignat̃: Germanici filius, Druſi Neronis nepos: boni patris, melioris aui, degener fili⁹, ſumpſit Imperiũ: in quo prim⁹ libera nequicia graſſabat̃: bonos omnes ſine diſcrimine tollẽs: Quotidianũ illi Romanor; deo (ſic enim uoluit appellari) ſacrificiũ ſenatorq; ſanguine fiebat. Sed non eſt diu paſſa tantã labẽ Romana reſpublica: quę Auguſtũ proauũ illius modeſtiſſimũ principẽ recordabat̃: Cęſus eſt anno. IIII. domi ſuę.

c Laudius Nero Caij patruus, filius & ille Druſi, ſucceſſit: ut in cæſariana adoptione maneret Imperiũ. Mediocris uir laudis: inter optimos & peſſimos medi⁹: quẽ uxores, prima Meſſalina, deinde Agrippina, deteriorẽ fęcere. Filiũ habuit Britanicũ: ſed illũ nouerca Agrippina curauit de medio fieri, ut filio Neroni aulã uacuefaceret. Octauiã Claudij filiam Neroni filio effęcit ut deſponderet pater: dos erat Imperiũ. Mortuus eſt iſte ueneno peręſo, machinatione Agrippinæ coniugis, matris Neronis: quã Meſſalinę occidi iuſſę ſuperinduxit coniugem.

n Ero patre Domitio natus, priuignus Claudij, Cæſarq; lineã materno ſanguine cõtigit: artibus matris peruenit ad Imperiũ: ultimus de cognatione Cæſarq;: doctus: modeſtus initio: ſed res erat ſimulata: omni nequicia exuberãs, ubi libere imperauit. Vxorẽ Octauiã, matrẽ Agrippinã, Senecã pręceptorẽ, & multos ſenatores tulit de medio. Pertulit diu tantã nequiciã magnitudo Imperij: ut non facile ſentiret ea peſtis. Prim⁹ nomini Chriſtiano perſequutionẽ intulit: qui omnẽ pietatẽ execrat⁹ eſt. Pulſus demum, & cęſus miſerabiliter, in prędio quo delituerat.

g Alba nobili genere, ſatis magnis rebus geſtis, cum in Hiſpania rem adminiſtraret, a ſenatu, & militibus Imperator factus, Romã cõten-

dit: Sed cum non satis placeret militibus, ob nimiã sordidãq; auariciam, ã quo illi donatiua pro tanto munere expectabãt, in aliũ creandũ respexere, qui Neronianos mores referret. Otto inuẽtus est aulicus: qui idoneus uideretur: quo duce milites Galbam Romę trucidarunt.

o Tto Romana stirpe, satis antiqua nobilitate, militũ uoluntate creat⁹ est Imperator: cp libertatẽ sub illo Neronianã expectabãt: mores q̃s sub Nerone didicit, mutare non potuit. Nec diuturna quies: Audierat Vitelliũ in Germania a militib⁹ dictum Imperatorẽ, magnis agminibus in Italiã cõtendere. Exercitũ pro tempore cõscribit, obuiã illi profect⁹. In Italia cõuenere: Prima pugna inclinauit Ottoni: altera Vitellio: tertiã Otto non expectauit: nam desperatione rerum sibi manus intulit.

u Itellius & ipse Vitellior̃ antiqua familia prognatus, militũ suor̃ uoluntate Imperator factus, Ottoni successit: non diu mãsurus: Homo profunda gula: quẽ Vespasiani fauor perdidit: Nam ubi audiuere milites eius in Iudęa licentiã cęteror̃, & ipsi dixerũt Imperatorẽ: qui præmittens copias in Italiam: amicisq; in urbe scribens, facile obtinuit, ut a militibus cum contumelia in urbe Roma Vitellius cæderetur: cadauer etiam abiice retur cum ignominia.

u Espasianus dux bellicar̃ rerũ scientissimus, apud Ierosolymã saluta tus Imperator: copias pręmisit: sequut⁹ in Italiã: filiũ Titũ relinquẽs ad Syriacas & Iudaicas res procurãdas: frater eius Sabinus a tumultuantibus pro Vitellio in urbe cęsus: filius Domitianus uix est seruatus: Imperium adeptus, pristinã seruauit modestiã: filiũ Titũ a Ierosolymis cum victoria redeuntem, post triumphum, quem pater & filius una peręgerant, consortẽ fęcit Imperij: quo certior esset de successione: primus partitus Imperium. Anno decimo moritur in pace.

t Itus fili⁹ qui uiuenti accessit, mortuo patri successit in Impio: ea uirtute cunctis amabilis, ut delicię humani generis appellaret. A patre inchoatũ Romę consummauit amphitheatrũ: opus etiã in reliquijs, quę uisuntur stupendum: plura facturus, si longior illi uita fuisset: Inuidit fortuna mortalibus tam bonum principem: nam duob⁹ annis uix post patrem expletis in Imperio, perijt morbo: desyderium suũ relinquens apud omnes quem etiam fratris nequicia fęcit desyderabiliorem.

d Omitianus Titi frater, morib⁹ Neroni aut Caligulę, q̃ patri aut fratri similior, nimis diu Imperiũ occupauit, ad annũ usq; quartũdecimum: Sustentauit illũ diu modestia patris, ac uirtus fratris: sed suũ quod ut amaretur prętẽderet, non habebat: moribus truculentis, ryrannide cruentus: odium omniũ bonor̃ in se conciuit: & perinde diu superesse quem multi oderant, non potuit. Cæsus in palatio ab his quos proximos habebat. Hor̃ uitas duodecim Cęsar̃ Suetonius peragit: & Cornelius Tacit⁹ in Augusta historia, si integra esset, magnifice cõplicuit res gestas.

n Erua senex, ex senatorio ordine, a senatu dict⁹ est Imperator: uir Iongiori dignus Imperio: sed quia sui similẽ a natura filiũ non habebat, adoptione quęsiuit: Vlpiũ Traianũ Crinitũ, Romana propagine in Hispa

nia natū: prudentē, fortē: Vsucp cōpertū est adoptionē meli⁹ pcedere Romanis q̄ genituā. Hic senex, nō lōgi⁹ anno fuit in Impio: absumpt⁹ senio, qui satis magn⁹, est iuxta comicū, morb⁹, fecitcp locū filio quē adoptauit.

t Traianus Vlpius Crinit⁹, uir militaris rei peritissimus, fortiter administrauit Imperium: ad orientē auxit, & ad Danubiū primus, post multos decessores. Ipse manu rem gessit: quod preter Vespasianū, Titum, & Augustū, molliculorū nemo fecit: Quocirca sub illis auctū Romanū Imperiū, sub delicatiorib⁹ mox diminutū est. Adoptione & ille quæsiuit sibi filium: in pace moriēs, postq̄ uiginti annis fortiter & magnifice Imperium administrasset.

h Adrianus origine Italica, & ipse in Hispania nat⁹, in qua diu quocp uixit, & militauit: a Traiano adoptatus, peruenit ad Imperiū. Circuibat prouincias, nulla ipse bella gessit: ubi opus erat, missis ducib⁹ rem perēgit. Reliquias ludeor⁹ rebellantiū sustulit: Romanas prouincias a Traiano accœptas, quas diu tenere non posse uidebat, dimisit: reuocatisq̄ milit⁹, ad antiquos limites reduxit. Filiū & ille nō gignēs, adoptione legit. Mortu⁹ in senectute pacifice, posteaq̄. XXI. annis Imperio prefuit.

a Antoni⁹ cognomēto Pius, uir māsueti animi, ea lege adoptat ab Hadriano, ut adolescētes sibi designatos adoptet, nepotes Hadriano futuros: q̄d ita factū est. Hic Impator satis fœliciter rempublicā administrauit per annos. XX. Nec bella gessit, nisi pauca per duces: cp orbis sub optimo Imperatore satis quiescere uidebat. Iam, quod antea significaui, ex uoluntate Hadriani, sibi filios, illi nepotes legēs, in pace requieuit.

m Arcus Antonius, & Lucius Cōmodus Antonin⁹, adoptione, non natura fratres, paribus auspicijs gubernandū suscœperūt Imperiū. De Marci uirtutib⁹ dici satis non potest: modestia, humanitas, prudētia, supra mortales: qua re perfecit, ut frater ad uitia procliuior, uerecūdia ei⁹ magis q̄ suo ingenio maneret in officio. Suscœpit Luci⁹ bellū in oriētē: unde uictor reuersus, concessit in fata. Marcus deinde solus Imperium administrauit. Bellum Marcomānicum in Germania maximum fœliciter perēgit: absumptus peste quę tum grassabatur.

c Ommodus Antoninus Marci naturalis filius, nihil paternū, prēter figurā humani corporis habēs, totus nequā, ubi ad Imperiū peruenit: nam sub patre optimo uerecūde simulauit modestiā: talē se in Imperio gessit, ut nomine solo Cōmodus, moribus & gestis esset incōmodus: nec ullam pater eius unq̄ in rempublicam cōmisit iniuriam, nisi cp genuit. Ita semper male successit Imperio Romano: prēter unū Titū, natiua successio: dignū uita exitū inuenit Commodus: cēsus a suis in palatio.

p Ertinax uir senatori⁹, summis par Imperatorib⁹, si licuisset per impros bos fuisset: ad eū prefect⁹ & aulici, freti uirtute uiri, cæso Cōmodo, Imperiū detulerūt. Prefect⁹ illi milites cōciliabat: mores & uita senatui illum cōmēdabāt. Sed non diuturnū fuit Imperiū: quippe ubi ad certā normam redigere omnia curauit, milites libertate assuetos offendit: illorūcp odio perijt: cēsus in palatio indigna morte.

i Vlianus Didius antiqua familia uir locupletissimus, inter iurisconsultos habitus, emit magis q̃ uirtute sibi peperit Imperiũ. Ostenderunt tunc milites, illũ futurũ Imperatorẽ, qui largitione illos promereret. & ideo non erat diuturnũ: qp sola largitione cõstaret. Statim ubi audiuerant prætoriani Seuerũ sumpsisse foris Imperiũ, Iulianũ ea facilitate perçmerũt, qua assumpserunt. Iam enim eo licentię processere milites, ut sui putarent arbitrij, constituere & destituere Imperatores.

s Eptimius Seuerus natus in Aphrica, Romana origine, Romanis in legionibus diu ordines duxit. Vbi audiuit Iulianũ perçmpto Pertinace sumpsisse Imperiũ indignãte senatu, cœpit partes tueri senat⁹: passus se a militibus Imperatorẽ consalutari: magno labore peruenit, non minore defendit Imperiũ. Aliquot ciuilia bella gessit: uictor in eos qui purpuram induerũt: morbo & senecta perijt in Anglia. Septisolium in urbe, eius est opus: quod Aphricanor̃ suor̃ primũ uoluit oculis opponere.

a Ntonin⁹ Bassian⁹ Caracalla, patri fili⁹ succedit: occiso fratre Getha, Papinianũ perdidit, qp nollet scribere accusationẽ Gethæ, quã in sui purgationem recitaret in senatu. Multos prçterea nobiles tulit de medio. Nouercã duxit uxorẽ. Cum exercitũ deduceret in oriẽtẽ, in ipsa profectione, cum ex causa equo descẽdisset, iam paucis prçsentib⁹ in iumẽtũ reposi tus, a, pximo famulo cçsus est pugione. Mors crudelitati ei⁹ imputabat.

m Acrinus præfçctus prætorio, cuius etiã machinationi inscribebant Antonini cçdẽ, sumpsit Imperiũ cum Diadimeno filio, optimæ spei iuuene: sed non potuit esse diuturna scelere parta potestas. Vbi milites accœpere supersse Antonino filium (tam erat charũ & uenerabile Antonino rum nomen in castris) Macrinum statim cum filio occiderunt: Antoni num qualẽcunq; Imperatorem acclamantes. Intercesserat autẽ auiæ eius ditissimç mulieris largitio.

h Eliogabalus creditus Bassiani Antonini filius (sic enim ferebat mater mulier impurissima Antiochię, & quę habebat in arca unde militib⁹ suadere poterat) assumit Imperator. Insanissima belua, & quę digna non sit humanitatis uocabulo: ita uixit, ita se gessit per quadriẽniũ: ut mõstrum hominis potius q̃ homo diceret: uita tamen dignũ inuenit exitum: cçsus in palatio: ad hoc solũ cõmemorandus, qp optimus Imperator Alexander per eius occasionẽ orbi Romano prouenerit moderator.

a Lexander, Mammça matre Christiana fœmina nat⁹, sorore ei⁹ mulieris quę peperit Heliogabalum: nam per eam Mammça cum filio insinuata est aulę regali: traducta Romã. Senat⁹ quo indigniore usus est Imperatore, magis dilexit indolẽ Alexãdri: quę summã spem bonor̃ prçferebat. Annitente senatu sub Heliogabalo creatus est Cæsar: secũda potestas sub Augusto: perçmpta belua, duodecim annis strenue regebat Imperiũ: cçsus in castris: cũ matrẽ ampli⁹ q̃ militib⁹ par esset adiuuerit.

m Aximinus ex corpore militari peruenit ad Imperiũ: cum Alexãder eo non ignorãte, incertũ si astipulãte cçsus esset: Vir natione Thrax, patre Gotho genitus: insigni proceritate: cui robur responderet corporis:

Sæuissimus moribus: sub quo senatus intremuit: contra illū duos creans Imperatores, Maximum Puppienum, & Albinum: quorum alter urbem tutaretur, alter educeret exercitum: Sed Maximinus in obsidione Aquileię cum filio quem Cęsarem fęcit a suis est cęsus.

p Vppienus & Albinꝰ pari potestate a senatu creati, cum inuisi essent militibus, non diu imperauerūt: nam diuisim habitantes in palatio, ubi inter se non satis cōcordes uixerūt, uterqꝫ in palatio a militibus cędit: absentibus Germanis, quos custodes sui corporis delegerūt. Ea tum fuit existimatio mortaliū. ꝙ si utriqꝫ aut alterutri affuissent, non illo tempore cæsi fuissent. Sed uerū est quod ille ait: Nulla fide regni sociįs, summisqꝫ negatum Stare diu.

g Ordianus puer iam patre & auo Impio in Aphrica defunctis, sub Maximini tempora & cęsis, creatus est Romę Imperator, ut placarentur milites, duobus infensi quos premisimus: quibus etiā cæsis, solus in Imperio permāsit sex annis. q̄dīu supererat Misitheus uir prouidētissimꝰ, prętorio prefectus socer eiꝰ, res Imperij splendide administrabant. Eo per senectutē abeūte, successerūt qui iuueni inuidebāt. Facta fames in exercitu, eorum machinatione milites exciuit, ut alium dicerent Imperatorem, cæso Gordiano.

p Hilippꝰ Arabs, prętorio prefectus, Gordiano primū iungit: ut ubi solus administrare instituit, cernēs Gordianus, postulauit uel æquā potestatē, non permittit: uel ducatū aliquē: non concedit: uitā saltē uiuere priuatā: neqꝫ hoc impetrauit: Cæsus in agmine. Hic aūt Imperator filium cognominē fęcit Cæsarē: Nec aliud in laudibus eius scribit, q̄ ꝙ primus fuerit inter Augustos Christianꝰ. Millesimū urbis ęgit annū magno apparatu. Patit deinde quod fęcit: pater Veronę, filiꝰ Romę cędunt.

d Ecius Cibaliensis dux pridem fortissimus, Philippo surrogatur in Imperio: insignis osor Christiani nominis. Multi sub eo cęsi Romani pontifices memorant: cum tn̄ amplius biennio non imperauerit. Beati Laurentij historia nomē eius habet: sed non bene quadrat narratio: quia Sixtus eius pontifex cum Decio non concurrit. Mira talibus in rebus patrum incuria. Cæsus est Deciꝰ cum filio a Gothis, cum illos Thracia Mysiaqꝫ summouere cōstituissēt. quod In Suecia sumus exequuti.

g Allus Hostilius cum Volusiano filio, uolētibus militibus sumpsere Imperiū: nec est insigne aliquid quo memorent, pręter mortalitatē: quæ adeo exhausit terras, ut uix dimidia pars mortaliū remaneret. Cum parassent expeditionē in Aemylianū nouis rebus studentē, quia & ille sumebat Imperiū, morbo perierunt: nec satis de loco congruit inter scriptores: cum alij Interamne, alij etiā alio loco scribant illos interijsse.

u Alerianus in Rhetia regebat exercitū, cum milites iam solita progressi licentia, Imperatorē illum dixere. Vir erat moribus & sapientia grauis: qui non indignus etiam apud senatū Imperio haberetur. Sed ille infœlici exemplo, cum persequutionē in Christianos excitasset, magis, ut ego arbitror, Decianā continuasset, exercitū duxit in oriētem: ibi misera-

bili forte pugnans capit: & quod est omni morte grauius, in seruitute cō-
senuit: & ibi mortuus est: dedecus Romani Imperij grauissimū.

g Alienus iam cum patre Augustus appellat⁹, paternos casus ita dissi-
mulauit, ut nusq̄ de liberatione aut uindicta cogitaret: perditissime
uixit, uoluptatibus inseruiens. Vnde factū est, ut eius cōtemptu multi du-
ces in prouincijs sumerēt Imperiū: qui mutuis pro magna parte uirib⁹ sunt
cęsi: Triginta numerant tyranni. Tentauit aliquādo Galien⁹ educere exer-
citum: sed nullo magno prouentu: cum etiā fœminæ, in eius suggillationē
arriperent Imperium. Cędit ur a militib⁹, iam pertęsis tantę ignauię.

c Laudius Secundus inter duces fortissimus, & senatus, & militū uo-
luntate ad Imperiū peruenit: in quo si diu permānsisset, ueteres duces
Imperio Romano reddidisset: fortissimus, prouidētissimus, fœliciss imus:
qui magnā stragē fęcit in Gothor⁹ gentē: aliq̄t cētena millia perimēs. Sed
morbus illum uix expleto biennio consumpsit: Cum eius memorię senat⁹
in urbe Roma aureum clypeum suspendisset: tanq̄ urbis defensori ab gen-
te ualidissima: quę postea subuertit Imperium.

a Vrelianus illo nō minor, poterat etiā maior uideri, si a ſeuitia inter-
dum temperasset, in Imperio successit: uir militaris rei obseruantissi-
mus. Cuius tempore urbs Roma suburbijs multū excreuit: pluribus ui-
ctorijs insignis: in oriente, in Germania, uictor ubiq̄. Sed non potuit uir-
tus euadere inuidiam: nam a suis in itinere cōfoditur: cum scriba, qui sibi
male ab illo timeret, conficto libello, multorū inseruit nomina, quos dice-
retur Imperator morti destinasse: quor⁹ ille opera perijt.

t Acitus uir senatorius, diuturna senatus & militū honoris delatione
cōcertationeq̄: cum iudiciū creādi milites ponerēt in senatū, & ille
reijceret in militē, utrorūq̄ uolūtate creat Imperator. Sciebat senat⁹, non
esse accœptos militibus, q̄s crearet. Volebat miles modestia presenti uin-
cere priorē memoriā. Hūc alij morbo perijsse aiunt: Alij militarib⁹ insidijs
intercœptum, non sine sanguine interijsse cōtendūt: Vnum pro certo est,
uix pauco tempore imperasse.

f Lorianus Taciti frater, iam in Italia magnū ductabat exercitū, cum
accœpisset de fratris nece nunciū: passus est a militibus se Imperato
rem salutari: & rem gessit pro Imperatore. Cūq̄ allatū esset, alibi Probū,
illustrem ducem, Augustum a militibus appellatū, milites sciētes qui uir
Probus esset, ilico eum animo prætulerūt: & ne grauioris motus occasio
fieret, Florianum trucidauerunt tertio mense.

p Robus de Pānonia, Sirmiēsi ort⁹ ciuitate: qui diu ordines duxisset
in Romanis, puincijs: uir omni uirtute cōspicu⁹, Impator a militib⁹
cōsalutat. Imperio dignissimus, ob morū grauitatē: qui nisi Probi nomen
habuisset, debuit habere cognomē: ut a modestia Probus appellaret. For-
tis, fœlix, prudens: & quod in Imperatorijs laudib⁹ pręcipuū est, equus ad
omnes. Dum apud Sirmiū militē rustico opere defatigat ad palustrē ter-
ram reformandā, indignitate motus rei miles in ducem, immo Imperato-
rem, insurgens, illum opprimit: uirum paucis comparabilem.

c Harus, ut ferũt, Mediolanẽsis, inter duces prẽcipuus, militũ uolun-
tate Augustus appellatus, filiũ Charinũ Cẽsarẽ creat: Ea fuit secũ-
da potestas: sed improbitate morũ promeruit, ut patrẽ non diu facti pœni
teret. Ad orientem duxit pater exercitum: ibi in castris ictu fulminis aiũt
interẽptũ. Filium Numerianũ mox Augustum appellãt. Sed ille dolo
Apri soceri sui, qui præfectus erat prætorio, occidit: diu cœlata morte do
nec fetor proderet. Non latuit tamen author sceleris.

d Iocletianus uir fortissimus, non magno natus genere, ubi in cõcilio
queri audiuit milites mortẽ Numeriani, exerto gladio, Aprũ astan
tem percussit: testatus illũ esse necis authorẽ: statim a militibus Imperator
acclamat. Imperiũ suscœptũ strenue administrat. Cõsurgunt omni parte
bella. Herculiũ Maximianũ facit cõsortẽ suũ: duos inde creauit Cẽsares.
Domitis iam hostibus, compositaq; republica, nouo exemplo purpuram
ponit: idem facere cogens Maximianũ. Salonis in Dalmatia annis nouẽ
priuatus uixit: & moritur, ut nõnulli testes sunt, sumpto ueneno: q; time-
ret a Constantino.

c Onstantius & Galerius prius Cẽsares, ubi prẽcessores posuere pur
purã, ipsi uolentibus decessoribus assumpserũt: Galerius orientem,
Cõstantius tenuit occidentẽ: Is in Gallijs multa componebat: in Britania
mortuus, Eboraci tumulat. Galerius aũt Cẽsares creat: quorũ Seuerũ mi
sit in Maxentiũ Maximiani filiũ: qui desertus a militibus ad Maxentium
transfugis, in fuga cæditur. Hic Galerius Maximiani cognomẽ habebat:
quod Pomponius ex marmoribus ostendit. Maximinũ habuit Cẽsarem,
æque in Christianos crudelem.

c Onstantinus cognomẽto Magnus, Constãtio patri succedit in Im-
perio occidentis: Liciniũ pridẽ a Galerio lectũ Cæsarẽ, fẽcit Augu
stum: data ei in matrimoniũ sorore. Malignantem postea bello oppressit:
Maxenciũ in quẽ duxit e Gallijs, ad pontẽ Miluiũ uicit nõn longe ab ur-
be: nam in Tyberi perijt. Liberauit tyrannide urbẽ. Christianis fauens, li
beram fẽcit facultatẽ ecclesiarũ erigendarũ. Ipse Christianus animo, non
dum tamen baptisatus: Siquidẽ baptismũ differebãt ad extremũ, ne con-
taminarent. Baptisatus ad finem uitæ, ut ferũt, ab Arriano: nam de Silue
stro res fabulosa creditur.

c Onstans, Constantius, Constantinus fratres, patri succedere. Con-
stantinus cum se fratribus opponit, bello opprimit. Constans autẽ
cum fratre agens cõcorditer, cum esset apud Augustã Vindelicorum, ab
suo duce opprimit: cui omnẽ rerũ uerborũq; fidem habuit. Ita Constãti⁹
solus permansit in Imperio: deprauatus ab Arrianis: nam sub eo optimus
pontifex Athanasius exulauit: mira persequutione quæsitus ad mortem.
Moritur apoplexia apud Cõstantinopolim: quam urbem pater ornauit,
& suo nomine insigniuit.

i Vlianus frater patruelis Augustorũ precedentiũ, a Constantio pri-
mum Cẽsar creat: sed ingratus, rebellauit Augusto: sese Augustum
scribẽs: Vir literis, armis, moribus, lingua præcipu⁹: sed religione uarius.

Christianorū legem a patrib⁹ traditam abiecit: insectatusq; est: cruore tā men abstinuit. Dum in orientē procedit cum exercitu, apud Ctesiphontē statiua habuit: Victor regrediēs, dum se pugnę incautus inserit, hostili te lo percussus interijt. Testis est Eutropius, qui illi interfuit expeditioni.

i Ouinianus de Pannonia ortus, cum exercit⁹ Imperatore indigeret, a militibus Augustus appellat: pacē constituēs cum Parthis magis necessariā q̄ decorā: siquidem limitibus cessit antiquis: & dum exercitum reducit, quē Iulian⁹ fecit ex Christiano paganū, iterū uir Christianissim⁹ fecit Christianū: Magna in Imperio facturus multorū expectatione, si uitam diuti⁹ tenere licuisset. Nam octauo mēse accepti Imperij, odore prunarum, aut ut alij dicunt, calcis nouę, in conclaui suffocatus, interijt: anno ætatis suæ. XXXIII.

u Alentinianus a Iuliano propter Christianismū exauthoratus, cum esset tribun⁹ scutariorū, bona cōpensatione recepit Imperiū: quod magna cum gloria gessit per annos. XI. Valentē fratrē primū Imperij fecit cōsortē: deinde filiū Gratianū primū Cęsarē, deinde creauit Augustū: Cum multa fortiter egisset, dignitatemq; Imperij non modo seruasset, sed amplificasset, subita & nimia sanguinis de narib⁹ profusione interijt: princeps longo æuo dignissimus.

u Alens in oriente, & Gratianus in occidente Imperiū deinde administrauere. Valens dissimulatā sub fratre perfidiā Arrianā, post fratrem detexit: episcopos catholicos iubens exulare. Gothis fœdera & doctores de religione poscentibus, immisit Arrianos. Vnde ea gens omnis cum Wandalis ad illam impietatē declinauit: Qua ex re infinita sunt orta ecclesijs mala: millia multa martyrum coronata. Valens ad extremū a Gothis opprimit, cum acie pulsus in casam cōfugisset: in quā Gothi immisso igne Imperatorē cōcremarūt: quod in in Suecia diximus.

g Ratianus primū fratrē adulescentiorē Valentinianū creauit Augustum. Inde cum cerneret Imperium orientis indigere uiro, Theodosiū ducē Hispanū, uirum clarissimū, Imperij fecit cōsortem: attribuitq; illi regendū orientē: optimo in ea parte usus consilio. Maximus quidā in Gallijs per ea tempora sumpsit purpurā. Is repentino superueniens exercitu, Gratianū Imperatorē Lugduni oppressit: & mouens in Italiā, Valentinianū expulit, confugientē ad Theodosiū: qui illū reduxit.

u Alentinianus. II. prioris filius, cū fratre aliquādiu, & post illū tenuit Imperiū occidētis: cū interim Theodosius orientē administraret: iuuenis optim⁹, & qui dabat spem optimæ expectationis. Arbogastes comes eius fuit: uir militaris glorię appetētissim⁹, & quē tederet iuuenē pati Impatorē. Igit in tentorio procurauit iugulari Imperatorē: infamās mortuum, q̄ sibi ipsi manus intulisset: sed mercedē postea accepit.

t Heodosius. I. uir genere Hispanus, militaris rei scientissim⁹, & q̄d cętera exuperat, ad res agēdas fœlicissim⁹: primo cū Gratiano & Valentiniano fratrib⁹, post cū solo Valētiniano, inde etiā, q̄d oratio Symmachi ostendit, cum Valētiniano, & Archadio filio imperauit: Gothos com

pescuit: ductis agminibus Maximũ tyrannũ Aquilegiæ oppressit: Valentinianũ restituit: & illo cæso, in Arbogastem & Eugeniũ tyrãnos mouit: miraculosa usus uictoria: quã lachrymis potiꝰ q̃ armis a Deo impetrauit: Mirã disciplinã religionis sub Ambrosio episcopo monstrauit: in Christi pace quieuit.

a Archadius & Honorius filij fuere Theodosij: quorꝝ primũ orienti, alterũ occidenti præfecit: dato cuiqꝫ curatore: nã Ruffinus in oriente, Stilico in occidente præfuit. Ruffinus primus dedit pœnas perfidiæ: qꝺ in sua cõmoda deriuaret omnia. Archadius aũt per reliquũ administrans orientis Imperium, ea usus est fortuna, ut in diebus suis respublica illi commissa, nihil acciperet detrimenti: & post tredecim annos Imperij, in pace quieuit apud Constantinopolim.

h Onorius Theodosij filius, occidentis præfuit Imperio, sub cura Stiliconis, uiri fortissimi: cuius ductu & auspicio res prosperrimẽ semper fuerũt: nam ducẽta Gothorꝝ millia rege Radagaiso, in mõtibus Italiæ, sine labore militũ oppressit, cœpitqꝫ. Vbi uero ducẽ fortissimũ de proditione ab æmulis insimulatũ iussit occidi, omnes retrolapsę sunt res: Imperiũ declinauit: Gothi Italiã peruagati, urbẽ Romã capiũt: prouinciæ cæteræ ab exteris occupãtur: Gallię & Hispanię amittuntur: Honorius post multa detrimenta in pace quieuit.

t Heodosius minor Archadij filiꝰ, primi nepos, Imperiũ tenuit orientis: cuius tẽporibus amissa est Carthago, cum omni Aphrica: quã Wandali cœperũt, per Gallias & Hispanias mouentes: cum uenissent ad mare Gaditanũ, traiecerũt: inuitati a Bonifacio comite: & mãsit res in eo tum manibus per annos cẽtũquinque: ut in Wãdalia ostendimus. Theodosius aũt rebus apud Cõstantinopolim florentibꝰ, in pace quieuit.

c Onstantius comes Honorij post Stiliconẽ: cum pleraqꝫ fortiter proditqꝫ sororẽ illi cõiugẽ: quã Gothi abductã, suo regi despõderant: q̃ mortuo, honorifice remisere fratri: Ex qua ille sustulit filium Valẽtinianũ .III. qui post patrẽ regebat occidẽtale Impiũ: donatꝰ filia propinqui sui Theodosij minoris, qui regebat orientẽ. Hic finiuit in pace, cõsumptꝰ morbo.

u Alentinianus .III. ex Placidia Honorij sorore, & Constantio primũ comite, postea Augusto natus, ab Theodosio .II. primũ Cęsar, inde Augustus uocatꝰ, filiã eius promeruit coniugẽ. Huius tẽporibus facta est ista nationũ incursatio, in bello grauissimo: quod a parte Romanorũ administrauit Aetius patricius. Aduersas acies Attila rex Hunorꝝ instruxit. Hic fuit nouissimus in occidẽte Imperator, usqꝫ ad Magnũ Karolũ. Cæsus & ipse gladio militis, qꝺ Aetiũ ducẽ fortissimũ iusserit occidi.

f Vere postea nonnulli qui purpurã sumebãt in Italia: sed nemini fœliciter res cessit: & ideo in Imperatorũ catalogo non ponunt: bimestres aut trimestres Impatores: Omniũ nouissimꝰ Augustulus, qui sumptam purpurã proiecit, cum audiret Odoacrẽ regẽ cum copijs in Italiã uenisse: & priuatã agens uitã, nusq̃ se opposuit ueniẽti. Ita fatũ erat Romanę

reipublicæ,ut Imperiū quod Augustus fecit amplissimū, Augustulus ad eam perductū tenuitatē haberet,ut formidabiliter abiiceret.

m Artianus in oriente primū cum Valētiniano,inde solus imperauit: uir grandeuus,uirtute mirabilis:quē unica Theodosij filia,iam annis nubilis,maritū legit:pacta primum,ꝙ cum ea in sanctimonia uiueret: Erat enim Deo deuotissima: quo factū est, ut hæredem non relinqueret. Qualiscūcꝫ tamē uir fuerit,euadere non potuit inuidiā:nam conspiratione suoꝝ opprimit in Constantinopoli:Anno Imperij.VII.

l Eo inuasit Imperium,filio suo facto cōsorte: illud tenuit per annos XVII.cū Italia interim laceraret inter manꝰ tyrannorꝝ: Nam Maioranus quidā inuasit Imperiū:& inde alij: Apud Rauennā sedē habuere: ꝙ oportuna terra maricꝫ urbs uideret rebus gerendis.Leo autē utcunqꝫ oriente pacato,Italiā cōtempsit:mortuus in Constantinopoli.

z Eno Leonis gener, ut alij ferūt, minoris Leonis pater, quem primi ex filia nepotē tradunt.Hic uidēs Italiā cessisse Odoacri Wandalo, Theodericū Gothū,rogatꝰ ab illo,misit in Italiā:malens illā fœderato seruire q̄ hosti.Ille uero occiso Odoacre,prouinciā liberauit,& regno suo illustrauit:quod in Suecia scripsimus.Zeno autem.XIIII.Imperij sui concessit in fata.

a Nastasius Imperiū inuasit, tenuitcꝫ diutiꝰ q̄ Christianitati par erat: nam Eutichianus hæreticꝰ fuit:pertinacissime in ea hęresi perdurās, & moriens: Cum interim pessima fuit Romę dissensio super pontificatu, inter Symmachū & Laurentiū: quā Anastasius cōtempsit,Theodericus rex Italię componere haud potuit.Imperator aūt anno.XXXVI.Imperij sui mortuus,defecit.

i Vstinus illi Christianissimus princeps successit: qui omnes hæreses exterminare contēdens, deiecit sedibus episcopos Arrianos.Theodericus Italię rex eiꝰ sectę propugnator,per legatos minat Imperatori,ni si restituat Arrianos,Italiā se omnē igne & gladio perditurū.Mitis Imperator dissimulauit tēporaliter,ne grauius malum immineat,rogatus a Romanis: Anno undecimo regni quieuit in pace.

i Vstinianus Iustini ex sorore nepos,adoptatus ob auūculo,peruenit ad Imperiū: in quo diu fœlix fuit per patritiū Bellisariū:qui uir fortissimus,& dux prudētissimus,Persas retudit,Aphricā restituit Imperio, sublatis Wandalis:Italiā reddidit,uictis Gothis.Per quę tēpora legibus reformādis Imperator institit:libros Pandectarꝝ edidit:Codicē emendauit: Institutiones tradidit: nouissima iura addidit.Varia eius fama in historia.Anno Imperij.XXXVIII.quieuit.

i Vstinus minor ex filia Iustiniani nepos,peruenit ad Imperium post auū: Vir auarus,non satis catholicꝰ,mulierosus:qui uxorē sineret iusto amplius imperare:quę Narseti fortissimo Italię rectori cōtumeliā irrogauit:reuocās eunuchum ad pensa mulieribus distribuenda. Ille se orditurum telam respondit,quā Italia non resolueret:Vocauitcꝫ in Italiā Longobardos.Anno Imperij.XI.Iustinus finiuit.

t Iberius. II. illi ſucceſſit: uir per omnia catholicus, in pauperes pñſſimus; qui inuẽtos caſu theſauros inter egenos diſtribuit; quo merito ingentẽ de Perſis triumphũ reportauit: Nihil omiſit optimus Imperator, q̃d ad reparandũ Imperij ſtatũ pertineret: Nõ tamẽ dignus fuit mundus diu talẽ habere principẽ: nam anno Imperij. VII. morte defęcit.

m Auritius Cappadox, gener Tiberij, pro dote accœpit Imperiũ: rei publicæ ſatis utilis: Sũmo pontifici Gregorio oneroſus: cum leges ederet non dignas Chriſtiano Imperatore, quib⁹ ſe põtifex obięcit. Hanc uero pertinaciã in illo caſtigauit Deus: quod elegiſſe dicitur temporaliter in hac uita: nam anno uiceſimo Imperij Phocas ex militum corpore creatus Imperator, percuſſit cum filio Mauritium.

p Hocas Imperator fact⁹ tumultu militari, tenuit Impiũ annis. VII. Vnũ in eo laudabile prædicat: q̃ Romanę eccleſię honorẽ ſuũ, quẽ Conſtãtinopolitani epiſcopi inuaſerãt, reſtituit: edicto declarans, eſſe Romanam eccleſiã omniũ matrẽ. Valuit declaratio: Nam cõſtitutione opus non erat: Chriſtus enim in Petro conſtituit. Romanar̃ prouinciar̃ præſides nõ tulerunt inuaſorem diu in Imperio: nam Heraclius eum oppreſſit, mouens ex Aphrica.

h Eraclius armis patris ſui regentis Aphricã, peruenit ad Imperiũ, occiſo Phoca: q̃d primũ fortiter, inde ignauiſſime adminiſtrauit: cum etiã in hęreſim laberet. Sub eo creuit impuriſſimus legiſlator Mahumet: cuius uenena mirabiliter iam per nongẽtos pene annos, magnã terrar̃ orbis partẽ infęcere. Heracli⁹ autẽ triginta & uno annis expletis in Imperio, ualidam relinquens ſectam Saracenorum: quam non ſatis, ut debuit, occurrens, oppreſſit.

c Onſtãtinus eius nominis. II. Heraclij filius, cum fratre tenuit Imperium poſt patrẽ: Sed Cõſtantinus deijcitur a nouerca Martina: quę cum filio Heraclione tenuit aliquãdiu Imperium, duobus annis: Non eſt paſſus populus muliebre imperiũ: deiẽcta enim Martina cũ ignauo filio, ad ſuam lineam reduxere ſucceſſorem: ut iam defuncti Conſtantini filius, Heraclij nepos imperaret.

c Onſtantius Cõſtantini. II. filius, quẽ nonnulli faciũt ęquiuocũ patri, ut Cõſtantinũ uocẽt: ſed Cõſtantiũ uocat pars maior, ei⁹ nominis. III. qui Imperiũ pro dignitate adminiſtrauit: catholic⁹ per omnia princeps: & qui plurimũ ſtuderet euacuãdis hęreſib⁹, quę tum eccleſiã infęcerũt. Anno aũt Imperij ſui. XXVII. in pace Chriſti quieuit.

c Onſtatin⁹ huic fili⁹ ſuccedit: qui fratres Heracliũ & Tiberiũ in conſortiũ admiſit Impij: Vir modeſtus, & qui patrem æquaret pietate. Contẽdit quidẽ Lõgobardos Italia pellere, ſed alia de parte premẽtes Saraceni, Imperatorẽ propoſito dimouerũt: utriſq; enim par eſſe nõ potuit: Igitur anno Imperij ſui. XVII. in Chriſti pace quieuit.

i Vſtinianus. II. Conſtantini. III. filius, legitima ſucceſſione imperauit: Vir fortis: qui Aphricã eruit de manu Saracenorũ: Infeſtus tñ fertur fuiſſe Romanis: quoſdã in religione ſectatus errores: Quo demeri-

to pulsus Imperio, relegatur in Pontum: cum tamen recuperandi Imperij animum retineret: quod & fecit.

l Eo. II. deiecto Iustiniano inuasit Imperiū. Per que tempora Zacharias protospatarius missus est Iustiniano Romā, adducere pontificē Romanū Sergium: Sed milites Romani, & Rauennates, obstitere impijs iussis: remisso per contumeliā Zacharia. Leo autē anno tertio patitur q̄d fecit: deiectus Imperio, ut alteri cederet.

t Iberius. III. simili audacia insurgens Leoni, eum cœpit: & per septē annos, quibus tenuit Imperiū, uinctū seruauit iu carcere. Interim Iustinianus exul undiq; sibi cōquirebat recuperādi Imperij auxilia: & apud Bulgaros gentem nouam reperit.

i Vstinianus. II. restituit ad Imperiū, per Trebelliū Bulgarorū regē: Victoriā autē suam cruente exercuit: Nam Leonem expulsorē suū extractum carcere, publice iussit occidi: Tiberiū deinde simili morte perdidit. Ipse quoq; peremptus a Philippo successore.

p Hilippus eius nomtnis. II. occiso Iustiniano, qui eū relegauerat, inuasit Imperiū. Dictus est cognomēto Bardanus. Alij uocant Philippicum. Sed scelere partū Imperiū non potuit esse diuturnū: nam Anastasius captum exoculauit, & uitę permisit.

a Nastasi⁹. II. alias dict⁹ Arthemi⁹, inuasit Imperū, decessore exocula to. Misit autē exercitū per mare in Saracenos: Sed principes ducto⁹ resq; mutato cōsilio, cū esset Imperator de hæresi suspect⁹, relegentes iter, ipsum capiētes destituēteq;, Theodosiū inuitū impare coegerūt.

t Heodosius. III. Imperiū q̄d inuit⁹ accœperat, cogit defendere: nam cōtra illū Anastasi⁹ deiect⁹, ualidū cōparauit exercitū: sed ille prelio uictū captumq; Anastasium, non alia pœna affecit, q̄ ut sacris ordinibus faceret cōsecrari. Hic princeps catholicus qui inuitus accessit, exacto anno sponte cessit.

l Eo eius nominis. III. succeſſit Imperio. Cuius tēpore Constantinopolis triēnio a Saracenis est obsessa: sed fortiter defensa. Hic est ille hostis imaginum: qui filium suum consortem fecit Imperij. Anno autem XXV. concessit in fata.

c Onstantinus. IIII. Leonis filius, nihil patre melior, imagines est insectatus: &, ut pater fecit, cōcremauit: Catholicos acerbe est insequutus. Magicis etiā artibus fertur inseruiuisse. Sed recuperādis Imperij prouincijs, nulla illi cura fuit. Et tamen hac impietate tenuit Imperium annis XXXV. regnante diu hypocrita, propter peccata populi.

l Eo. IIII. succeſſit patri, nō melior fili⁹, patri & auo impietate cōparē. Tēpus enim propinquauit, quo Imperij honorē amitterent, ad occidētē trāsferēdū. Prefuit aūt iste sol⁹ annis. V. post patrē, & mortu⁹ est.

c Onstantinus. V. cum Hirene matre imperauit: deinde ille destituta matre, solus regnauit annis. V. Mater autem prudētissima fœmina cernens filium imperio imparē, captum excæcauit: & regnauit sola annis V. Per que tempora occidentale restituit, & cœpit orientale non iam am-

plius dici regnum Romanorum, sed Græcorum: quocirca prosequutionem eius intermittamus.

k Arolus Francię & Germanię rex, cū uictis Longobardis liberasset Italiam & ecclesiā Romanā: perpensa a summo pontifice Græcorū ignauia, cum accederēt consilio Romani proceres, appellatus est Imperator: Anno Christi. DCCCI. & renouatū est Imperiū occidētale: q̄d iacuit anns. CCCXXX. Translatūq; est ad Germanos: teste Papa in. c. Venerabilem: De electione. Nam Karolus Germanus, Germanię pariter & Gallię regnauit: tenuitq; Imperiū annis. XIIII. & reliquit filijs filiorū ad septimā generationē. Permānsit igit inter Germanos usq; hodie.

l Vdouicus cognomēto Pius patri succedit in regno & Imperio: sanctisq; egit pro utroq; tutando: a filijs tñ suggestione cōitatoꝝ destitutus, postea restituit: Rem magnā a patre partā, satis sustinuit: non tñ potuit amplificare: Vir pius, mitis, religiosus: & qui nullis potuit exasperari iniurijs: quæ res fęcit audentiores coniuratos. In senectute bona mortuus est, cum imperasset annis. XXV.

l Otharius Imperio successit patri filius: sed de regno mira fuit fratrū conflictatio: quæ tñ post Maximū omniū sęculoꝝ prælio diffensio finita fuit: manifeste uindicāte Deo impietatē quā in parentē ostenderūt. Lotharij. XV. Imperij anno, diuiso inter filios regno, monachatur annis VIII. in pace quiescens.

l Vdouicus. II. Lotharij filius, primū cum patre, deinde solus imperauit annis. XXI. cum patruo Caluo cōflixit magno prelio. Caussa belli erat Lotharingia: quā Imperator sibi solus uendicauit: sed Karolus in ea partē suā defendit: cum Ludouicus Germanię rex, Lotharij & Karolus frater, suam quoq; in prouincia dicta partem tueretur. Mortuus est in Italia: tumulatus Mediolani.

k Arolus cognomēto Caluus, Ludouici. I. filius iunior, ex postrema uxore, peruenit ad Imperiū: cum illi resisterent Karolus, Karlomanus, Ludouici Germanię regis filij: sed pręualuit Karolus, obtinuitq; Imperiū: in quo non magna peręgit: Nam reuersus in Franciā, prelio uictus est a Ludouici Germanię regis filijs: Deinde reuocatus a pōtifice in Italiā contra Saracenos. Profectus cum exercitu, impotionatus est a Iudæo quo utebaꝰ medico. Moritꝰ anno Imperij. VI.

l Vdouicus cognomēto Balbus, eius nominis. III. filiꝰ Karoli Caluiꝰ: a quibusdā inter Imperatores non numeratꝰ: sed tñ Iohannes pontifex cum intelligeret filios Ludouici Germaniæ regis cum exercitu esse in Italia, multaq; moliri pro Imperij corona, descendit in Franciā: & Lugduni celebrato concilio, inter alia Ludouicum coronauit: sed ille uix triennio superfuit.

k Arolus. III. cognomēto Crassus, filius erat Ludouici Germanię regis: auū Ludouicū Pium, proauū Karolū Magnū retulit. Huic bellum erat ad Normānos, littora Galliaꝝ infestantes. Rolonē ducē pactis eo perpulit, ut suscepta Christi gratia, baptisaretꝰ: & accepta parte Galli-

arum filiam eiꝰ teneret coniugẽ: Hoc tñ alij tribuũt Karolo Simplici Frã corum regi, non Imperatori: quod magis probo: nec tẽpora multũ discrepant: cum esset iste Simplex Karoli Calui Imperatoris nepos, ex Ludouico Balbo: Hic autẽ Karolus Crassus Impator ad extremũ displicuit proceribus regni: unde destituit Imperio, anno. XII.

a Rnulphus uir bello natus, filius erat Karlomãni, auũ habẽs Ludouicum Germanię regem: erat igit Karoli decessoris sui nepos ex fratre. Hic sat ęgit pro amplitudine Imperij: Normannos maximo prælio fudit: regẽ Morauoꝝ uicit: summoꝝ pontificũ miris girationibus se immiscuit. Nec erat res mediocris, bellũ q̃d suscœpit in regẽ Morauię Zuentebaldum: cui tum paruere Bohœmi, Poloni, Slesitæ: Diu ille restitit Imperatori: nec facile superatꝰ esset, nisi Imperator laxasset claustra Vngaris, quę erant illis obiecta fortissima: quibus laxatis, primã in subigendis Morauis, Vngari Imperatori operã nauabant: sed ea magno cõstitit Christianitati: nam Christianismo deinde grauissimi incubuerunt: Sueuis, Bauaris, Francis, sępe prostratis: & penetrarũt in ultima Saxoniæ: Bremã urbẽ & ecclesias eius incendio perdiderũt: nec quieuere, donec ab Henrico Saxonũ duce, postea regnante, cęsi, se in Pannonijs continerẽt. Vicit ut dixi mus, idem Arnulphus Danos, q̃s Gallici pro sua cõsuetudine uocãt Normannos, centũ millibus, ut ferũt, prostratis: cum ex illiꝰ agmine uix pauci cecidissent. Ad extremũ, cũ creberrimo allij usu Imperator corpus distemperasset, tanta uermiũ scaturiuit multitudine, ut nulla ope medica redimi posset: sic consumptus.

I Vdouicus. IIII. Arnulphi filius, successit in Imperio patri: sed nihil magnũ peręgit: nam sub eo excreuerũt in Italia tyranni Berengarij, de stirpe Longobardoꝝ: aut, ut alij putant, Romanoꝝ. Aduersus. I. eius nominis, Ludouicus duxit in Italiã: ibiq; apud Veronã prælio cõgressus, capit, cæcatq; cũ imperasset annis. X. Habuit autẽ uxorẽ Ludgardã filiã Ludolphi ducis Saxoniæ, germanã Ottonis, quẽ Henricus. I. rex habuit patrẽ: ex qua nullã reliquit prolẽ. Eius temporibus Vngari se ad prædam regionũ cœperũt accingere: proximi Bauari se obiectarunt in loco Keruende: ibi magnã stragẽ perpessi sunt Bauari: Vngari autẽ prosperati, inde sunt facti audentiores: Sed Suæui Bauaris coniuncti, cum etiam suppetias ex Imperatore tenerẽt, denuo congrediunt: aliquãtis autẽ prostratis ex hostili agmine, Bauari cum primordia haberẽt prospera, fuga tamẽ abierunt. Quo tẽpore bellũ erat inter Conradũ Lotharingię ducẽ, & Albertũ marchionẽ de Bamberga: superatusq; prælio Conradus, Ludouici Imperatoris germanus, ab Alberto opprimit: quã rem proditione Hattonis Mogũtini archiepiscopi, Ludouicus uindicauit in eundem: iubens publico gladio perimi Albertum.

c Onradus ultimus de gente Karoli peruenit deinde ad Imperiũ: quẽ ideo Alemannũ ferũt: quia erat filius Conradi, quem Albertus de genere Saxonũ prælio occidit: habuitq; auũ Arnulphũ, ante se imperantem. Hunc Italici scriptores, si dijs placet, inter Imperatores non numerãt:

quia Italiã non tenuit: Ergo tot Constãtinopolitani, Imperatores non erãt ex eadẽ causa: nec nostri temporis Cęsares dicent Imperatores: quia Italiã non habent. Sed hęc alias. Moriẽte aũt Ludouico Imperatore, cũ omnes principes eo propenderẽt, ut deferret Imperiũ Ottoni Saxonũ duci, ætate, prudẽtia, opibus, uiribus, floreti: sed ille causat⁹ seniũ, recusauit: & tum itum est ad Conradũ Francũ, Conradi filiũ, Arnulphi nepotẽ: Adulescẽs erat spectabilis, qui necdũ ad coniugiũ peruenisset: tantisq; mox implicit⁹ est rebus, ut sine coniuge & prole moreret. Bella tñ plura tentauit, q̃ fuerit ex regni cõmodo: Dum enim neminẽ patitur iusto ordine sub se dñari, aduersos habuit Bauaros, Suæuos, Saxones: Primũ uertit in Arnoldũ ducẽ Bauariæ: quẽ multis pręlijs superatũ, coęgit cedere rebus: nam cum omni familia migrauit ad Vngaros. Hac sublatus uictoria, in Henricũ se Saxonẽ uertit: cuius uirtutẽ suspectã plurimũ duxit: Obsedit autẽ urbem Mersborg: arbitratus ibi ducẽ inclusum: sed ille se continuit in arce Gronede, quoad auxiliares eius copię conuenirẽt. Burchardus dux Sueuię, & Giselbertus comes Lotharingiæ, erant in auxilio Henrici. Rex autẽ inter suppetias habuit Euerhardũ fratrẽ, ducẽ Lotharingię, & Hattonẽ Mogũtinẽsem archiepũm. Cõgressi sunt graui pręlio. Cadit imprimis Hatto: & inclinauit uictoria Henrico: nam & rex ipse, & Euerhardus frater, uix elabuntur. Arnoldus profugus, dux Bauarię, audito huius pugnę exitu, urgendum regẽ putauit: nam Vngaris in societatem eductis, omnẽ ditionẽ regis peruastauit in utrãq; Reni ripã: tantisq; motibus cõcussa est terra regis, ut facile pœniteret regẽ, q̃ omnes in se prouocasset. Quo tempore Reginbernus comes de Ringelheym Saxonici germinis, congressus Danis in Saxonia, magno illos pręlio fudit: adeoq; cõtudit, ut nõ facile redirent ad solitã excursionẽ: sic uindicãs necẽ Brunonis, & multorũ ex nobilitate: quos, ut diximus, unõ pręlio Dani ad internecionẽ in loco Ebbeckestorp cęciderũt loco nunc sanctimonialibus cõsecrato: quę adhuc forte ignorãt quas penes se seruant sanctorum reliquias tumulatas, tot pontificum, ducis, comitũ, & magnę nobilitatis. Conradus aũt Imperator moriens, Henricũ Saxonię ducẽ designauit successorem. CA. IIII.

h Enricus Saxoniæ dux cognomẽto Auceps, q̃ in adulescentia cũ pater rebus preesset, plurimũ indulgeret aucupijs: primus in domum suã & familiã transtulit Romani Imperij dignitatẽ: ibiq; fixit, ut per aliquot sęcula immobiliter in ea permaneret. Sed neq; hunc dignant Italici scriptores Imperatoris nomine: q̃ benedictionẽ papalẽ non haberet: non quia contemneret, sed pro humilitate, quod supra diximus, princeps modestus euitauit. Dicant igit si ideo Imperator non est, quia a papa consecratus nõ est. Quis consecrauit Augustũ, & omnes ab eo Augustos usq; ad Karolũ Magnũ? nisi ille per quẽ reges regnãt, & potentes iusta decernũt. Si non est Romanorũ rex, aut Imperator, quia Italiã non tenet, cedant hoc nomine Cõstantinopolitani: ex quibus pauci Italiam habuerunt. Cedant & nostri tẽporis Imperatores. Proinde non fraudemus optimos principes honore suo: Scim⁹ quo ordine pontifices ad eam se con

secrationem ingerebant. Romanorꝝ sine cõtrouersia Conradus & Henricus erant reges, etiã, si ita uis, non fuerint Imperatores. Mirum tñ hoc, illis denegari nomen regibus, quod ante Cæsares permissum est ciuibus Romanis. Postea uero q̃ Conradus in fata cõcessit, fratercꝫ eius, ut diximus, insignia regni ex fratris mandato Henrico pertulisset, congregati principes Francię orientalis, Turingię & Saxonię, in Fristariam, elegerunt concorditer eundem Henricũ: quanq̃ dispositio de regno, non tam erat in arbitrio eligentium, q̃ in ordinatione decedentis: Nam abinde Karolo Magno, pater filio reliquit Imperiũ: nisi ꝙ aliquoties propter ignauiam succedẽtis se interposuerint principes ordinationi. Tum uero etsi Cõradus decessor de Henrico, ut diximus successuro ordinasset, ex abundanti tamen hunc fęcere conuentũ: ut omniũ uoluntate regnaret. Primã coniugem accœpit monialẽ, quę ei genuit Tanquardũ: quã quia habere non licebat, remisit monasterio: & accœpit filiã Theoderici comitis de Ringelheym, antiquę Saxonũ nobilitatis: quę illi genuit Ottonem, Henricum, Brunoldũ, Mathildim, Rixam, Hadewigam, Garburgam.

CA. V.

Rosequamur deinde post catalogũ Imperatorũ, quem propter
p Henricũ texuimus, eius res gestas, ex quo tempore iniit regnum Romanorꝝ: nam successores eius in regno suis locis & temporibus dignabimur honore suo. Giselbertꝰ dux Lotharingię, ex genere Karolino, gener erat Henrici regis Romanorꝝ. Hic socerũ stimulabat, ut regnum Francię quod ad degeneres peruenisset, occuparet: Nam Ludouicus Balbus, Karoli Calui filius, cum legitimã prolẽ non haberet, natos ex meretrice filios, Ludouicũ, quẽ Nihilfacientẽ agnominauere pro desidia & ignauia, & Karolũ fratrẽ eius scripsit hęredes. Ludouicꝰ autẽ Nihilfaciẽs cum moreret, filiũ reliquit Karolũ cognomẽto Simplicẽ (sic enim indito cognomine discreuerãt reges ęquiuocos) quẽ cũ per fastidiũ sustinerent proceres, Giselbertus inter primos satęgit, ut socero suo iam regi, regnum q̃cꝫ Frãciæ proueniret. Recusabat Hẽricus regno pellere legitimũ possessorẽ. Non quieuit Giselbertus. Eudo, quẽ alij Vdonẽ uocant, legitimus tutor Karoli pueri, comes Andegauensis, tutelã gerens, regiũ nomen assumpsit. Rex erat, qui pro suo arbitrio omnia administraret. Huius fratrem Robertũ, Celticę, hoc est Burgundię ducẽ, adijt Giselberrꝰ, interpellauitcꝫ, ut regiũ nomẽ assumeret: nam fratrẽ eius Vdonẽ, etsi cõsecratꝰ rex fuerit, sciebat seruare honorẽ puero: quod non probauit. Cessit postulãti & urgenti Robertus: Cum enim esset & Aquitanię dux, de fratris regno potiorẽ partẽ ubi accœpisset, aliq̃t sibi uiciniores urbes capit: cõstitutis in eis pro suo arbitratu põtificibus, a quibus regis appellationẽ promeruit: iam enim frater eius Eudo cõcessit in fata: proceribus cõmendãs Karolũ puerũ. Ergo Robertꝰ iã factus elatior, magnis copijs in regẽ puerũ mouit: Cõmisso pręlio Robertꝰ cadit. Redeũti uictori Karolo Hebertꝰ Viromandorꝝ comes fit obuiã per speciẽ gratulãdi: Orat regẽ, ad se diuertat Peronam. Perfido homini rex simplex credit: poterat suspicari dolos, ꝙ Roberti sororẽ teneret cõiugẽ. Intrantẽ regẽ mox armati circumsistũt: capiũt, in

carcerē protrahūt: quę res multorū per Franciam malorū origo fuit. Tum cōiurati, pceres qui cū Roberto, Giſelberto, cęteriſq; ſentiebāt, quaſi regē non haberēt, de cōſtituēdo rege deliberāt. Erat ex liberis Richardi Burgundionū ducis ſupſtes fili⁹ Radulph⁹, Karoli nepos, hūc tametſi Karol⁹ ex Eligina Anglię regis filia prolē ſuſtuliſſet, in regē aſſumūt: qui Sueſſione regio ſumpto diademate de more, regnū adminiſtrat. Ludouic⁹ autē Karoli Simplicis, uincti regis fili⁹, paternorū amicorū ope deſtitut⁹, enauigato mari, ad Anglos ſe cū matre cōtulit. Pater in carcere pmāſit. VI.

h Oc in rerū ſtatu cū eſſet, Hērico Ro. regi cauſa petēdi cū exercitu Lotharingiā, inuitāte, quē dixim⁹, Giſelberto, occurrit nūci⁹ Karoli uincti regis cū mādatis huiuſcemodi. Karol⁹, inquit, quōdā rex Francię, nūc uinct⁹, qñ illū ſuprema calamitas oppreſſit, nihil habet in uita iucūdius q̄ audire incolumitatē, proſperitatē, & fœlicitatē tuā, in qua plurimū ſpei ſibi filioq; repoſitū arbitrat, dat tibi pignus amoris non uulgare: Manū protulit precioſi martyris Dionyſij, auro gēmiſq; incluſam: quā regum aliquis, ut ſecū ubiq; haberet, ſuperioribus annis corpori diuulſit: perpetua tactus deinde, ut ferūt, amentia: Quandoquidem, inquit, Franciam deſeruere omnes uirtutes, cum tranſlatis precioſi martyris reliquijs, hoc apud te perpetui pignus amoris cupit eſſe depoſitū: pridē enim cum tranſlato beati Viti corpore ſub Pio Ludouico in Corbęiam, omnis Francorū fortuna ad Saxones demigrauit: Nunc quod reliquū fuit Francię regibus, apud te noueris collocatum. Henricus rex magnificū munus ſingulari excœpit reuerentia: regem uinctū per eundē nunciū conſolatus, bono iuſſit eſſe animo: ſibi curam fore honoris, & incolumitatis eius. Acceſſit huic dono aliud. Rodulphus Burgundionū rex, qui aliquandiu in Italia regnabat, cum aduerſus Berengarios depugnaſſet, in eadem prouincia donum accœpit a Samſone comite, lanceā miri operis, quæ quondam Conſtantini Magni fuiſſe perhiberetur. Erat autē aſpectu mirabile opus: iuxta mediam ſpinā feneſtellis interciſa: crucibus de Dñico ligno inſignita: preciū erat in ſacris reliquijs, cui ars acceſſit cum auri metallo. Hanc interpoſitis quos putabat idoneos, rex a rege magno precio accipere contendebat, ſi fieri poſſet: ſed non erat Rodulpho ulla rei æſtimatio: nihil illi in omni uita charius. Non deſtitit Henricus promiſſis, nonnunq; minis, undecūq; cauſis quæſitis deſyderiū proſequi: & perfęcit, ut ei dono ab rege mitteret. Hūc precioſum Imperij theſaurū, Imperatores diu in delicijs habuere: nūc, quib⁹ ex cauſis incertū, ad Nurenburgēſes, ut creditū, peruenit. Erat huius muneris prouētus ſemper Hērico accœptiſſimus: tantūq; peperit inter reges uinculū, ut Rodulphū Hēricus magna parte Suęuię donauerit. Eam arbitror trās Renū, quę nūc Impialis eſt Burgūdia. VII.

Perępreciū eſt diligentius rem Vngaricā ſub hoc rege percēſere.

o Gens eſt aduena, quę recens ex Scythia cōmigrauit: cōſederatq; in Pannonijs: & crebras faciens excurſiones, aliquoties a Suęuis & Bauaris retunditur. Conradus quoq; rex in ſuo tempore illā q̄fortiter repreſſit. Cū uero Conradū audiſſent Vngari ſublatū, cōcœpta audacia,

excurſionē fęcere in Saxoniā: multis urbibus euaſtatis, incendia, rapinas, miſcebant. Rex Henricus tum erat in prędio Werlaon, urbis tum prę-
puę: rudiq; militi quē habebat, non ſatis fidit aduerſus inſolētiſſimam, & ferociſſimā gentē. Itaq; impune graſſabant ad mare uſq;: Bremenſis ciui-
tas concremat: & tñ ſanctor, qui ibi requieuere, meritis, flāma uaſtantib⁹ Vngaris obuiā pergit, multoſq; cōſumpſit. Per quę tempora etiā Wāda-
li in uicinā urbē Hamburgū ſęuitiā conuerterūt: Hoc enim illud erat tem-
pus, quo multos Chriſtus per ſanguinē ad ſe deuocabat in regnū. Leuib⁹ tum prędijs rex uexabat Vngaros peruaſtātes: in quibus captus erat unus ex illor principibus: quē magno auri pōdere ad redēptionē depoſcebāt. Rex auro cōtempto, captū reddere pollicet, ſi aliquot annor inducias pa-
ciſcant. Conuenit inter eos de annis nouē: quibus cōſtitutis, rex militem facit inſtrui omni genere neceſſarior ad bella armor: exerceri ad pugnā: armari quoq; prompte. Conſtituit deinde quotū quiſq; in agris ſuſtineat pugnantē in expeditione: octo nonū: & in urbib⁹ quatuor quintū quēq;: & prędijs firmat urbes. In agris aūt nihil dimittit, quod hoſtibus prę-da ſit redituris. Cōuiuia nuptiar, & alias comeſſationes amicor, iubet in ur-
bibus ſolis apparari: non in prędijs foris, quę uocāt urbana: etiā ſi in agris ſint, dum ſint urbiū inſtructa ritu. Sic expeditū, ſic exercitatū militē pro-
bat in Wandalis, hoſte, ut putabat, meliore. Ducit in urbem quā uocant Brandenburgū: qua multis uix laboribus expugnata, prouinciā ſibi ſubij-
cit. Inde in Dalmatas agmē uertit, ciuſdē gentis, & linguę, nationē: q; pa-
ternū illi odiū eſſet in gentē: cuius urbē Grona obſidet, & uicęſimo die ca-
pit: militi permittit diripiendā, ut acuat: omnibuſq; puberibus perēmptis, quo timorē crearet in gēte, uictorē reducit exercitū. Pragā quoq; Bohœ-
morū metropolim, ex ciuſdē gentis ſocietate oppugnat: regēq; illius in eā perducit neceſſitatē, ut ſe dedat. Pater hic erat Boleſlai, Henrico fidelis & promptus, per omnē reliquā ętatē. Sic primū facta eſt Bohœmia regi Ro-
manor, Saxonūq; principi tributaria: q̄uis & antea per maternū Henri-
ci auum, Imperatorē Arnulphū, uicto rege Morauor, cui tum Bohœmia quoq; parebat, iugū accęperat Romanę ditionis. CA. VIII.

Am cōſtitutę Vngaris inducię finē habebāt: cū illi mittētes pro
more nūcios, dona ſolita poſtulabāt: dederat enim rex per ſingu-
los annos nonnihil donatiui nomine, quo obęratos haberet ſibi:
Id cum ſibi perpetuū Vngari ſperarēt, rex pernegauit: iam exercitato mili-
te, animis auctior. Indignabundi Vngaror nūcij, ad ſuos uacui reuertun-
tur: minitanturq; ſubuertere omnia: & parato iam agmine proruūt: uici-
nos Dalmatas admonēt, ut arma iungāt ad ulciſcēdos ſe, cōmeat⁹ impor-
tent. Illi ubi in Saxones pugnandū audiuerūt, cum contumelia Vngaros reliquerunt: q; arma iam breui Saxonū cōperiſſent. Profecti igit Vngari, in Turingiā peruenīūt. Affert regi nuncius repentinus, de hoſtiū inſolēti agmine. Iam pernicioſa ęgritudine rex laborabat: & tñ ſupra uires ęgit, ut arma per quatriduum quanta poterāt iungerentur. Acceſſere uoluntarij omnes in hoſtes fidei: & pietatis officiū non grauate obibant; ſciētes quid

p̄remiũ sit constitutũ in eo desiciẽtibus: quid etiã periculi, si nõ modo prõ libertate depugnẽt. Iam ad urbẽ Mersborg nũcianť hostes castra fixisse. Rex autẽ expeditũ iam habens agmen equitũ peditũq; fidenter mouit in hostes. Vbi sub mutuũ aspectũ uenere exercit⁹, clamor exoriť: a Christianis quidẽ Kyrie eleison, ab Vngaris autẽ perfidis tartareus stridor insonat hui, hui, hui: man⁹ deinde cõserunť. Ibi apparuit quid supernũ a Christianis imploratũ possit auxiliũ: quid etiã in armis miles fiducię ferat. Sternunť perfidi sine numero, capiunť multi: cœlesti munere insignis ac mirabilis uictoria regi prouenit. Vngari qui superfuere, lacerę uelut nauis fragmenta colligentes, noctibus se subducũt. Rex uictor in laudes conditoris Dei resolutus, eius gratię deputauit uictoriã. Tributa quę hostib⁹ penderet, uertit in usus pauperũ. Iam fama tantæ uictoriæ orbẽ peruasit: Magnum & inęquabile nomen Henricus rex per prouincias habebat. Adieruntillũ regnorũ proceres, fidem eius implorãtes: inter quos Heribertus gener Hugonis ducis in Francia: cum ei Rodulphus rex aduersaretur: ut apud illum sibi esset prędidio supplicauit. Ille uero solita sibi libertate nihil negabat amicis, quod dono dignũ iudicabat. Profectus in Galliã rex, regem alloquiť: perfecto negocio reuertiť in Saxoniam.

CA. VIIII.

Rat Henrico, tum omnes regni fines tuenti, bellũ in Danos, Holsatiam uastantes: Perdomuit, & retro ęgit gentẽ. Vibẽ Sleswicũ coloniã fęcit Saxonũ, constituto ibi Marchione, quod in Dania diximus. Deinde cum Wandalos quoq; ad iuga cogeret, oppugnata, ut diximus, urbe illoꝝ præcipua Brandenburgo, per brumã in glacie firmatis castris: is erat animorũ ardor: nec enim poterat propter palustria loca, & crebras undas, aliter expugnari. Expugnatę urbi prędidẽ imposuit cum colonia Saxonũ: cui simile indidit honoris uocabulũ, ut Marchio diceretur: quod itidẽ in Wandalia signauimus. Inoleuerat tum primũ marchionum nomen ante inauditũ: &, ut arbitror, ex Saxonica lingua ductum: nam Veltmarck uocat quodq; uillagiũ suũ agrũ: quod alibi latius deduximus. Cunq; in morte ipsius, ut dicemus, marchionatus Danoꝝ Slesuici interiret, in solo Wandalico Brandenburgi mirũ in modũ profęcit: ut inter maximos Germanię principatus numeratus, dignitatẽ iam diu tenuerit electurę ad Imperiũ: quotidie per nostra tempora increscẽs, cum in manus peruenerit ueterũ Francoꝝ: quos nunc per summã iniuriã Francones uocant: cũ Galli teneãt uerũ illorũ nomẽ, ductũ a libertate. Sed hodie, ut diximus, per illos principes magnifice effert principatus Brandenburgensis, propter accessionem principatuũ, quos pridem habentes, cõcesserunt nouissimis temporibus ex Francia & Bauaria ad tenendũ hãc electuræ dignitatẽ, quę titulo debetur Brandenburgensi.

CA. X.

Ed & Hugo rex per ętatem illã Italię, legatos misit Henrico, amicitiam eius deposcẽtes. Postq; uero Rodulphus Franciæ rex in fata concessisset, Karolusq; uinctus in carcere diem suũ obiisset, & Ludouicus eius filius cum matre ex Anglia uocareť ad regnũ, & ab obuiis proceribus salutareť, incq; patris locũ rex cõstitueret, non durauit affę-

ctio ꝓcerũ: reuixitq; in corde multorꝝ odiũ stirpis suæ, statim subiit regis
fastidiũ. Secedẽtib⁹ ergo a rege Frãcis, Ludouic⁹ rex, Ro. regẽ per nunciũ
petit, alicubi conuentũ indicere uelit ad colloquiũ, cupere se amicitiã ac be
neuolentiã ei⁹, ꝓmereri. Hẽric⁹ rex respõdet: Non se posse regi in ea re pla
cere, nisi super eadẽ Wilhelmi Normãni sententiã cognoscat. Ea re cogni
ta, Ludouic⁹ rex Wilhelmũ Normannię ducẽ adit, docet qui sit regni sui
status, quãtũ sit in ipso rerũ momentũ, si uelit, posse illũ magnæ rei põdus
subleuare, cui⁹ apud regẽ perpetua perseueret memoria, modo Henricum
regẽ inflectat, ut ad colloquiũ ueniat. Wilhelmus non cunctãter annuit:
auratũ militẽ ex suis regi mittit Hẽrico: Conuentũ postulat super Mosam
fluuiũ. Henricus cognita Wilhelmi uoluntate, nihil morat, cõuentui an
nuit: ad quem ipse proficiscitur: medio Wilhelmo reges colloquunt: Icta
sunt fœdera: Cuius rei cum fama percrebuisset, moti Francię proceres, re
gi suo cessere. Sed ingratus fuit postea Ludouic⁹ rex Wilhelmo eam rem
procuranti: quod plenius in Norwagia scripsimus. CA. XI.

Rat autẽ Henrico regi, ut diximus, coniunx, consors regni, clara
e atq; nobilissima, nomine Mathildis, filia Theoderici comitis de
Ringelheym, ex eadẽ Saxonũ gente, cui fratres essent Wedekin
dus, Immotus, atq; Reginbert⁹: a quib⁹ magnę nobilitatis propago disse
minata est. Hic est Reginbertus qui pugnauit in Danos incursantes, mul
toq; tẽpore Saxonia uexãtes: uicitq; illos liberãs patriã ab illorꝝ incursio
nibus. Erãt aũt omnes hi, rex cũ regina, & qui ante nominati sunt, ex stir
pe Wedekindi, magni ducis Saxoniæ, qui bellũ gessit in Karolũ Magnũ
per annos. XXX. Genuit aũt Hẽrico Mathildis ante regnũ Gerbergam
filiã: quã despondit Giselberto Lotharingię duci: Filiũ quoq; Ottonẽ in
dustriũ, uiuidũ, elegantẽ, & omnibus naturę donis foris & intus abundã
tem, qui patri successit in regno. Post regiã uero suscꝑptã dignitatẽ genu
it Henricũ patri cognominẽ, uirũ fortẽ & illustrẽ, quẽ post rebellionẽ Ot
to frater exaltauit: ex cuius ettã stirpe Imperatores prodierunt: Tertiũ ge
nuit Brunonẽ, pontificia dignitate Colonię honoratũ: & qui cum pontifi
catu ducatum Lotharingię administraret: quod suo loco memorabimus.
Duxit autẽ Otto filius regis uiuẽte patre uxorẽ ex gente nobilissima An
glorũ, filiã fratris Adelstani regis, quã alij Otgid, alij Edid appellãt. Re
cordabant Angli originis suę, q; ex Saxonib⁹ ante aliquot ꝛcula egressi,
Saxonũ affinitatẽ repetebãt. Peperit ea Ottoni Ludolphũ filium: qui di
stractus, patri aliquando rebellauit. Sed hęc infra. Henricus aũt rex ea fu
it circũspectione: ut in omni gẽte sua rarus aut nullus esset, qui de magna
re, se non gauderet ab illo muneratũ: nemo fuit claror ꝝ in gente uirorum,
quem nõ præclaro munere, aut officio, pro cuiusq; uirtute donaret. Erat
uir omni in loco & opere præcipuus: etiã in relaxationibus animorũ eam
seruauit integritatẽ: ut laxatum, non solutũ eum, qui attenderet, uideret:
In cõuiuijs satis iucundus: nihil tamen regalis disciplinæ minuebat. Tan
tum authoritatis in eo pondus fuit; ut etiã ludenti nõ crederent ad aliquã
se lasciuiam dissoluendos. CA XII.

i NTer multas autē huius Henrici laudes ea præcipua eſt, q̄ in Saxonia prouincia ſua, primus uerū rebus ordinē dedit: Vrbes immunitas iuſſit muris & foſſatis cingi, propter incurſionē Vngarorū: & ſi poſtea barbari clauſtris Scythię erumperent: q̄d lōge poſt fęcere Turci, fęcere Tartari: Sed Vngari iam diu pro muro erāt reliquę Chriſtianitati ab illor̄ incurſionibus. Deinde q̄ urbes legibus & moribus formauit: Iuuētutē ad arma iuſſit exerceri: unde etiā ubi opus euenit, in expeditionē ſecū duxit, quos etiā militaribus ſuis coæquauit. Agros diſtinxit: cōſtituens quātos quiq̄ pedites in arma mitterēt ad generalē terræ expeditionē. Ab initio ipſe urbes aliquot fundauit, Quedelinborg & Goſlariam: q̄uis eam urbē nonnulli inſcribant Henrico. III. ſed ille conſummauit quod iſte inchoauit. Miſnam quoq̄ urbē ad Albis ripam Hēricus cōmuniuit: cōſtituens in ea primus epiſcopum: ut eſſet incurſioni Vngaror̄ uel primū repagulū. Vrbē Mersborg hic rex ueterē renouauit, & in ſublime extulit. Paruit autē tum Miſna, & magna Turingię pars Saxonibus: quæ ab illa die diuulſę ſunt, cum Henricus Leo dimoueret a ducatu: Aut cum I. Otto Saxoniā permitteret Hermāno Biling gubernandam. Superiores uero Saxonię, Turingię, & Miſnæ partes, tum alijs creditē cōmendaſſe: cū interim Henricus Leo uix mediterranea terrę Brūſwickcēſis ſibi ſuiſq̄ retinuit: q̄ ea eſſet peculiaris illi ex matre hęreditas. Quo etiā tempore Henricus rex collegiū canonicorū, quod fundauit Wedekindus abauus eius in Angria, ipſe tranſtulit in Vallerſleue, cōſtituens ibi epūm nomine Marcum, uirū incomparabilis ſanctitatis: Sed neq̄ ibi diu permāſit: Nam Otto Henrici filius, rerū potitus, q̄d dicemus ſuo tēpore, trāſtulit in Magdeburgū, archiepiſcopatū inde erigens. Quedelinborg antē urbē ſingulari cura reſpexit: monaſteriū ibi erigēs dn̄arū, in quo primā fęcit abbatiſſam filiā ſuam Mathildim: Eccleſiā aūt in honorē ſancti Seruatij iuſſit cōſecrari. Henrico autē moriente, quod deerat & urbi & monaſterio, impleuit relicta eius: quæ etiā in Northuſen extruxit monaſteriū: & deinde in loco qui dicit Polede. Tertiū uero erexit in Angria, unde marit⁹ eius Henricus tranſtulit collegiū in Vallerſleue. Religioſa uero dn̄a non paſſa quid deeſſe rebus diuinis, ſanctū pridem locū, nouo ibi inſtituto collegio, reuocauit in priſtinū honorē: Et ne quid deeſſet religioni ſtirpis ſacratę, fili⁹ eius Bruno, Colonienſis archiepiſcopus, intra urbis ſuæ mœnia fundauit cœnobiū ſolēne, q̄d dicit. S. Panthaleonis: Nec mediocrē operam impendit Normānis baptiſandis, qui per prouinciā eius ſparſi uagabant. XIII.

h Enricus autē cōpoſitis circūquaq̄ reb⁹, perdomitiſq̄ rebellibus, poſtremo Romā ſtatuit proficiſci: ſed infirmitate correptus, iter intermiſit. Decubuit aūt in caſtello quod eſt inter Turingorū & Saxonū confinia: Cum ſe iam morbo grauari ſenſiſſet, cōuocatis proceribus, deſignauit Ottonē filiū regē: cęteris prędia cum theſauris diſtribuēs. Sequutus eſt exemplū prædeceſſoris ſui Conradi, qui ſe moriens regē declaraſſet: Nec longe erat ab conſuetudine Karolinor̄, ut deſignaret pater quē uellet ex filijs ſibi in Imperio ſurrogari: nam Karolus Magn⁹ aſſum-

pſit uiuens Ludouicũ,& ille Lothariũ filiũ conſortẽ fęcit Imperij: nondũ enim erat legitima electionis forma: quę in Ottonis. III. nouiſſimis annis, quod dicemus, eſt inſtituta. Ottonẽ ergo, qui filiorũ maximus erat natu, & fratrũ optimus, omni regno præfęcit. Iam etiã Franciæ orientalis regio cum Turingia, ceſſit regibus Romanorũ: poſtq̃ reges Francorũ in id imbecillitatis peruenerãt, ut uix quę in Gallijs erant tuerent̃: Et Germanorũ reges iam coaluiſſe uiderent̃ regibus Romanorũ. Teſtamento itaq; legitime facto, & rebus ex more Chriſtiano compoſitis, defunctus eſt Hẽricus anno regni ſui. XVII. uitę autẽ. LX. Tranſlatũ eſt aũt corpus eius a filijs in urbem Quedelinborg, & in baſilica ſancti Petri ante altare ſepultum, cum planctu & lachrymis plurimorũ.

CA. XIIII.

Tto, qui ex rebus geſtis poſtea ſibi nomẽ Magni aſciuit, Henrici regis filius, approbat̃ rex, ſucceditq; in locũ Auguſtorũ octogeſimus ſprimus ab Octauio Cęſare, omni populo Saxonũ Francorumq; plaudente: regnauitq; annis. XXXVIII. Approbatuſq; eſt a principibus apud Aquiſgranũ: ubi mox unctus eſt rex: peragente miniſterium Moguntino archiepiſcopo nomine Hildeberto, genere Franco, profeſſione monacho: qui nutritus in Fuldenſi monaſterio, ad hoc ſuo merito prouectus eſt, ut pater primũ eius loci cõſtitueret̃, deinde ad faſtigiũ Mogũtinę ſedis prouehereť. Rex aũt benedictione percœpta, q̃ ſapientem in regni moderamine, q̃ fortẽ in aduerſantiũ certamine, q̃ ſtrenuũ in religione ſe prębęret, facile enarrari non poteſt. Primum igiť barbaris ad nouas res exilientibus, ut fieri ſolet, Boliſlaus dux Bohœmię Wentzelaũ fratrẽ ſuũ regno Romano fidelẽ, Chriſto deuotũ, percuſſit: in cui⁹ ultionẽ cum rex exercitũ mitteret adue: ſus Boliſlaũ, primo Saxones uictores uiſi ſunt: deinde pro recenti uictoria ſecurius & inconſyderatius agẽtes, repentina incurſione omnes ab hoſte ſunt occiſi: Et perſeuerauit deinde aſſiduũ bellũ uſq; ad decimũquitũ regis annũ: Ex eo regi Ottoni recõciliatus, fidelis in finẽ uſq; permanſit. Vngari uero antiqui Saxonũ hoſtes, ĩmo uero omnium quos non habuere ad tributa pendenda faciles, audita morte Hẽrici, qui illos maxima clade affęcerat, uolẽtes pertẽtare noui regis uires, moue rũt per orientalẽ Franciã, tentãtes irrũpere Saxoniã in parte occidua. Sed rex Otto illorũ comperto aduẽtu, obuiã proceſſit cũ expeditis agminib⁹: & cõgreſſus ita repulit, ut laceris uiribus reuerſi, diu intra ſepta Pannoniarum permanerẽt. Et cum externa bella requieſcerẽt, cœperũt regi naſci inteſtina in ipſis regni uiſceribus: Nam Arnoldo duci Baioariorũ, quos nũc uocamus Bauaros, mortuo, filij eius in ſuperbiã erecti, nolebant agnoſcere regẽ: neq; in cœtum regni parere euocationi. Gallicus ille ſanguis facie bat animos: q; ſe poti⁹ q̃ Saxones natos ad coronã regni arbitrarent̃. Sed rex Otto pro cõtumacia quã prętenderãt, pręteritis Arnoldi liberis, ducatum permiſit eorũ patruo Bertoldo: illũq; in ditione defendit. Ita factum eſt: ut quod ſub rege tenere nolebãt, ab illo penit⁹ extruderent̃. Mortuus eſt etiã illo tempore Sigefridus, unus ex Saxonum primoribus, qui proxima ſub rege poteſtate, multa in Saxonia adminiſtrabat: Eius ditionem

Dancmarus regis cõsanguineꝰ frater, hoc est ex solo patre, non etiã matre deposcit: erat enim ille natus matre moniali, quã Henricus pater amabat, & aliquandiu pro cõiuge tenebat, sed uxorẽ habere non poterat. Rex aũt comitatũ illũ Geroni concessit, uiro primario: inde exasperatus in fratrem Dancmarus, rebellionem molitur. CA. XV.

Verhardus quoq; comes iratus aduersus Bruningũ quẽdam ex
e Saxonũ primoribus. Erat hic Euerhardus Conradi regis, ut supra significauimꝰ, germanꝰ frater, ex sangnine Karolino: cui etiã Otto per auitã lineã non erat alienus: Hi principes erãt cõspirationis in regem: Euerhardus enim collecta manu succẽdit urbẽ Bruningi, quę uocabaẽ Eliueri: interfectis qui inerant, sine discrimine sexus & etatis omnibꝰ: quã præsumptionẽ rex in eum seuere uindicabat: nam & mulctã illi indixit centũ talentorꝝ: Auxiliarios quoq; illius quodã dedecore notabat: ut in urbẽ Magdeburgũ, postea ab Ottone insignitam, canes deducetẽt: ꝙd probri genus illa ętate habebaẽ. Qua ex re uehemẽter exasperatus Euerhardus, iunxit se Dancmaro, ad instruendã regi rebellionẽ. Ergo iũctis armis oppugnant presidiũ ꝙd dixere Bardewick, in quo rex germanum fratrem suũ Henricũ adulescentiorẽ fęcit educari: & capto præsidio, militibꝰ dedere diripiẽdũ, quo in reliquũ eos haberẽt obsequẽtiores: abducto secum regis fratre Henrico: Inde urbẽ quæ dicebaẽ Eresborg, in deditionẽ accœperant: eãq; firmatã, sedem sibi fęcere, firmissimũq; refugium: unde excursiones multas facientes, diripiunt uastãtq; uicina loca. Cunq; finem nullũ facerent malorꝝ, sępe a rege admonitus frater, magis in superbiã erigitur. Rex contracto ualido exercitu, urbem memoratã obsidione cinxit. Ciues aliquandiu quid facerent deliberãtes, cum uiderẽt Dancmarũ ad reconciliationẽ fratris regis nihil intẽdere, secq; ad extremũ ab ira regis non posse urbem tueri, apertis portis intromisere regem, sperantes cp in germanum pro solita clementia nihil statueret grauius. Confugerat autẽ Dancmarus in ecclesiã, apprehenso cornu altaris. Sepserant regij eandem basilicam: quã cum ingredi munitã nõ possent, quidã per fenestrã missa sagitta Dãcmarũ cõfixit. Nõ pbauit rex factũ: sed nulla uis potuit infectũ redde re. Euerhardus Hẽricũ obseruabat: male sibi timẽs, ubi audiuit casum cõsortis: Prouolutus aũt pedibus Hẽrici captiui, ueniam precabaẽ. Facilitas adulescẽtię cessit precanti, & in familiaritatẽ admisit, pridẽ raptorẽ suum. Ille ubi insiunauit se iuueni, cœpit prętẽdere, quãti in regno principes Ottoni aduersarentẽ: imprimis sororiũ eiꝰ cõmemorauit Giselbertũ Lotharingię ducẽ: Si in animũ ducat Hẽricus illi adherere, facile futurũ, ut ipse accepta corona regnaret pro fratre, Mouit adulescentẽ promissus honor, facilecq; consensit sceleri, cuius tantã sperabat futurã mercedem. XVI.

Iselbetrus dux eadem expectatione tenebaẽ, Hẽricum promissis
g lactans: ut si eius auxilio regem sororiũ suũ, hoc est, cuius germanam teneret coniugẽ, uinceret, sibi coronã uendicaret, debitã generi, cp Francorꝝ sanguine gloriaretur: Nec alia spes fouebat Euerhardũ: qui & ipse rege uicto, cogitabat Henrico Giselbertoq; contemptis, sui se

rationem habiturū: recordabatur enim regem Conradū fratrē: hocautē blandicię uxorię exauditę prodebāt paulo ante mortē eius. Cum enim gremio foueret uxorē: Gratulare, inquit, nūc in ſinu comitis, de proximo gauiſura in amplexu regis. Ita tres conſpiratores, pro ſe quēq; una ſpes fouebat. Rex omniū gnarus, habebat non cōtemptibiles copias, quibus fidebat: Hermannū Suęuorū ducem, fratrēq; eius Vtonem, Conradūq;, quē pro inſigni circūſpectione cognominauere Sapientē: qui etſi proxima affinitate Euerhardo iungerēt, potiorem tñ omni propinquitate duxit fidē. Hēricus autē regis germanus ſpe magna ſublatus, in loco qui dicitur Saleueldia, procerum ſuorū ęgit cōuentum: is eſt in media Turingia, quę tum obſequuta eſt Saxonib⁹: ibiq; conuiuio, & ſingulari comitate pertractās, multos ſibi fęcit deuinctiſſimos, muneribuſq; conciliabat alios, prout mores cuiuſq; & fortunā interpretabatur: magnoq; agmine perarmato, contendit cum expeditis in Lotharingiam: ibiq; Euerhardus arma ſua cōiunxit Giſelberto. Viribus undiq; comparatis mouerūt in regē. Audiuit rex friuolam trium in ſe conſpirationē: & initio quidem non credidit fratrem & ſororiū, nulla unq̄ a ſe affęctos iniuria, in ſe ducere. Vbi autē certior factus eſt, contractis undiq; copiis, obuiam proficiſcitur uenientibus. Spem conſtituerat in Deum innocentiæ propugnatorem, uindicemq; malę uoluntatis. Venerat rex ad urbē Tretmont, nunc, Tremoniā, ea paruit Henrico: ſed armis regis coacta eſt illi cedere.

CA. XVII.

Entum erat ad Reni ripam, & cum de hoſtium uicinitate necdū compertum eſſet, audacius Saxones traięcerūt: Vix ripam alterā tetigere, ecce aſſunt improuiſi hoſtes, uix permittentes armandi ſpacium. Rex conſpicatus ab altera ripa ſuorum periculum, angebatur ſupra modum, q̄ ad traiſciēdum nauigia non adeſſent: cauerat enim hoſtis. Igitur cum cerneret quo in loco res ſuorū, qui traięcerāt, eſſent, nec armis illos tueri poſſet, aliud quęſiuit pręſidium: nam equo deſiliens, ſacram lanceam, quam diximus patrē illius accœpiſſe ex Burgundo, uenerabundus flexis genibus adorabat, de cœlo ſuis poſcens auxiliū, quādo humana deficerunt pręſidia. Idem fęcerūt qui proximi ſtabant, exemplū regis ſequuti. Saxones in altera ripa laceſſere potius hoſtem q̄ pugnare poterant, pauci in multos: itaq; tenues quas habuere equitum copias diuiſere, ut mediū hoſtem incertū facerent quo ſe uerteret: Conſpecta eſt uirtus auxilia trix deſuper: nam pauorem hoſtibus iniecit ut fugerent, neſcientes quid. Erāt inter Saxones qui Gallice ſonarēt, Fuge, fuge. Hoc Lotharingi a ſo cīs proclamari arbitrati, fugę pręſidiū quæſierūt. Henricus regis germanus graui uulnere accœpto in brachio, quod anno uix integro poterat integrari, & ipſe in fugam uertitur. Interea erat uir primarius in exercitu regis, qui miſſo celerrime nuncio in ditionem Henrici, huius uictoriæ famam iuſſit diuulgari: Cecidiſſe Henricum, & omnia ſua in manibus eſſe regis: Peręgitq; ut urbes confeſtim ſe regi permitterēt: pręter Mersborg & Schidingen. Henricus autē ſolis ſuorū nouem ex fuga recollectis, iterū tranſmiſſo Reno, in Mersborg munitā urbem ſe recœpit. Quo cōperto,

rex illã obſidione preſſit: Et cũ poſt duos mẽſes cerneret Hẽricus ſeſe aduerſus fratrẽ lõge eſſe imparẽ, deditionis uerbũ fęcit: nec detrectauit. Formula fuit cõuentionis, ut triginta dierũ inducijs accœptis, deliberaret Hẽricus & omnes milites eiꝰ, quid mallẽt: Optione propoſita, intra tẽpus ad gratiã cõfugere, ꝙd liberũ rex faciebat, aut Saxonia excedere. Hẽricꝰ aũt tum elegit, ut ſponte emigraret in Lotharingiã, ad Giſelbertũ contẽdens: apud quẽ per dies allquot mãſit. Rex expeditis copijs ducit trãs Renũ in Lotharingiã: quæ Giſelberti eſſent, omnia ferro & igne peruaſtabat. Intelligẽs Giſelbertũ ſe cõtinere in preſidio quod uocãt Kiuermont, hoc eſt Mons caprę, cõcito illuc ducit ut obſideat: ſed Giſelbertꝰ elabit. Et cũ fruſtrata pinde uideret regis molitio, in occupãdo uel duce, uel eiꝰ preſidio, uaſtata circũ regione, locupletatũ reducit exercitũ in Saxoniã. XVIII.

Verhardus autẽ in confinibus Alſatiæ opidũ tenebat Briſacum, quod aliquãdo erat nobiliũ qui Harelongi dicebant: Tum autẽ uelut ſuũ Euerhardus firmo preſidio cõmunierat, illic conſtituto robore militũ, qui tuerent: Hi excurſantes, inde omnẽ regi parentẽ e uicino prouinciã peruaſtabant. Eam arcẽ obſidere conſtituerat, coactis regni proceribus. Venerãt alacres, & fixis apud regis tentorijs quiſq; ſuis, obſidioni ſe parauerũt. Erat inter proceres Fridericus Moguntinę ſedis antiſtes, obliquo, ut ferebant, in regẽ animo: Is habito cum multis colloquio, neſcio quid cum illis peręgerat: multi uero ex his qui cũ antiſtite ſermonẽ miſcuerũt, laxatis noctu tentorijs, clam rege abierũ. Fridericus autẽ quo conſilij illius expers putaret, apud regẽ in obſidione remãſit: Fuere tñ qui ſynceritatẽ põtificis tuerent. Exorto die cernẽtes regis milites q̃ rara corona cingeret opidũ, qꝙ magna pars auxiliorũ abijſſet, apud regẽ mẽtione facta defęctionis, ſuadere conabant, ut & ipſe reduceret in Saxoniam: donec auctis uiribus numeroſior rediret: ne forte cum capitũ ſuorũ periculo, etiã hoſti forent ludibrio. Rex uero nulla perturbatione motus, cõſilium fugę non probauit: indecorũ & generi & dignitati ſuæ arbitratus, ſi propter quorundã perfidiã, hoſti terga daret: fideret animo & armis, ſeſe magnis hoſtiũ copijs ſuffęcturos. Erat etiã tum inter primos regni proceres comes, qui honeſta cohorte militiã regis cõdecorabat. Is iam tempus eſſe ratus magnũ quid a rege depoſcẽdi, qñ eo in articulo cõſtrictus, a ſe comitem alienari, nullo, ut putabat, pacto rex pateret. Poſtulabat ergo ſibi permitti monaſteriũ & abbatiã Laureshemẽſem. Rex prudenter intelligens quo reſpiceret illius temporis audax poſtulatio, reſpõdit: quę Dei ſunt fugę poteſtatis non eſſe, ut trãſferat in uſum rerũ ſęculariũ: Arbitrari forte comitẽ tam audaci prece, regẽ ſibi eſſe adeo obſtrictum, ut negare non auſit quicq̃: ponat errorẽ: non ſe illo eſſe animo, ut uel hoc, uel aliud quicq̃ ob præſentẽ rerũ neceſſitatẽ permittat poſtulanti: Si inde diſcedendi quærat occaſionẽ, nihil eſſe opus tergiuerſatione: abeat q̃primũ: Romanorũ regẽ etiã ſine illo hoſtibꝰ occurſurũ. Comes ubi audiuit regis animo, pfundius ac putaret petitionẽ ſuã inſediſſe, prouolutꝰ pedibus eiꝰ, ueniã poſtulauit: non ſe contẽdere teſtatus cõtra regis uoluntatem. CA. XVIIII.

h Oſtes ubi audiuere regē eſſe in obſidione Briſaci, trāſmiſſo cum copijs Reno, apud Aldernacū in eum ducūt: quæ uero media fu ere, omnia peruaſtāt: & ſpolijs onuſtū militē iterū traijcere iuſſe re Renū: ut in tuto loco prēda collocata, cōtenderent ad plura conquiren da. Interim uero Hermanni Suēuorum ducis germanus, & Conradus co gnomtēo Sapiens, qui erant partiū regis, & ipſi expeditis copijs tendebāt ad regem: non tamē pares Giſelberto uires habebant in armis, ut aciē illi opponere cōtenderēt: ſed pone legentes iter, ſequebant̄ euaſtantes, ſiquan do occaſionē inuadendi nanciſcerentur. Obuiū habuere ſacerdotem triſti uultu: quem ſciſcitati unde ueniret, quidue mœſtus eſſet? Ab iſtis, inquit, qui prēcedunt prēdonibus unicū paupertatis meę ſolatiū, adēmptū eſt iu mentū. Interrogat⁹ ſi ducē Giſelbertū, & Euerhardū comitē uidiſſet? Re ſpondit illos magnā a ſe iam ſuor̄ manū cū prēda dimiſiſſe: ipſos uero, ꝙ male ipſis uertat, iā reficiēdis corporib⁹ cū paruo comitatu in uilla nō lon ginqua cōſidere. Re cōperta, Vto & Cōradus alloquuti milites, arma ex pediūt: improuiſi irruūt in imparatos. Euerhardus occidit: multiq̄ cū illo cadūt: capiunt̄ aliq̄t. Ipſe Giſelbert⁹ dux equo, pueꝛ⁹, & quo ſe uertat in certus, in profluentē Renū, equi robore fiſus, ſe immittit: ibi raptus undæ uortice, perit. Ita paucor̄ ſanguine regi Ro. magna cōſtitit uictoria. Cui⁹ rei nunciū ut Ottoni pferebat̄, iter tenebat de more ſuo ad eccleſiā. Mox audiēs equo deſilijt: & genibus prouolut⁹, ſuſpexit in cœlū: O ſummi, in quit, cœlites, q̄ iuſte noxę uindices eſtis: Diſcite iuſticiā moniti mortales: Et iterū iumentū cōſcendēs, ad eccleſiā properauit. Veruntn̄ aliquanto di uerſius Gallici ſcriptores rem enarrāt: ad eundē tn̄ exitū. Aiūt regē Frācię Ludouicū fuiſſe in parte hoſtiū: & obniſum regi Ro. ꝙ Lotharingiā oc cupare contēderet, quę ſemper Gallici iuris extitiſſet: Henricū Ottonis pa trem Saxonię dn̄atu donatū ab regib⁹, prēcipue Karolo tum puero, Lu douici patre: Non eſſe permiſſum Saxonibus aliquid ultra Renum: itaq̄ omnes qui in Lotharingia fauebāt Ottoni, pulſos trans Renū. Hanc iuiu riam Ottonē, ut ferūt illi, uindicaturū, copias in Lotharingiā traduxiſſe: euaſtataq̄ prouincia cū magna prēda reuertiſſe. Giſelbert⁹, ut ferūt, regis ſui auctus uiribus, cū uicē Ottoni reddere cōſtituiſſet, agmina ſua & ille uiciſſim in Saxoniā traijciebat: Et iam multis rebus in prædā cōportatis, cū in eo eſſent occupati Lotharingi, ut in ſuā prouinciā omnia trās Renū traijcerēt, Ottonē cū ſuis ſuperueniſſe copijs, & inito certamine, grauiſſi me ferunt prēliatum, maiori parte Saxonū occiſa: cum etiā Gallici generis plurimi cecidiſſent. Arbitratū Giſelbertum hoſti proueniſſe uictoriam, ſe cum iumento credidiſſe profluenti Reno, & ita perijſſe. Fauet quiſq̄ gen ti ſuę: & illi ſtudet cōdecorandæ: uerum hiſtoriarū uera lex eſt, ueritatem efferre nudam ſine diſcrimine partium.

CA. XX.

Iſelberto duce iam rebus humanis ſubtracto, Ludouicus Frāciæ g rex magnificiēs Romanorū regis affinitatē, relictam Giſelberti coniugē, Ottonis germanā poſcit uxorē, & accipit. Potuit & re ſpectus in Lotharingiā adducere regem in illud coniugiū. Rex aūt Otto

tanta potitus uictoria, Bertoldū Bauarorꝝ ducē, missō nuncio de rebus sibi fœliciter proueniētibus, fęcit certiorē: ut merito gratularet, qui onus regni pro magna parte suis uiribus supportabat: fęcitq; illi arbitrium, si mallet Giselberti relictam, an filiā sibi coniugē: ignorabat enim regē Franciæ iam illam relictam traduxisse coniugio: Elegit dux annos adulescētiores. Fridericus interim archiepiscopus Moguntinus cum expectaret aduentū belli, iam tamē multis rebus inclaruit q̄ hostibus regis magis q̄ regi inclinaret, profectus in Metim ut se cōsociaret Giselberto, in ipso itinere nuncium accœpit de nece suorū, quos regi præponebat amicorū: & conuersa profectione, Moguntiā redire cōtendit. Ciues autē certiores facti de pontificis in regem rebellione, cum audirēt regis negocia ubiq; prosperari, ut indignationē regiam euitarēt, q̄ suspecti illi ducerent, redeūti pōtifici suo urbē nō patefęcere. Ille declinās, captꝰ est a regijs præfectis, & in pręsentiā regis adductus: Cum grauiter illū increpasset rex, misit in Saxoniā custodiendū carcere: unde tn̄ miseratione regis nō diu post dimittit. Mira pontificū perplexio, qui utrisq; rebus impliciti, & sęcularibꝰ & ecclesiasticis, magnā rem peragūt, si utrobiq; integri ex fide omnia implent. XXI.

TTo interim rex, Francorū regi uocatur occurrere ad colloquiū: Indicitur de utriusq; placito locus & dies: Ibi tum consertæ sunt nuptię inter Ludouicum regem, & Ottonis germanā, Giselberti ducis relictā: unde ille geminā prolem sustulit uirilē, Lothariū atq; Karolum. Ibi etiā Ludouicus ostēdit Ottoni perfidiā Normānorū, littori suo insidentiū: Si iungat Francis rex Romanorꝝ arma illis exterminandis, Lotharingiam illi cessuram in prœmiū. Oblitus erat Ludouicus obsequiorꝝ quę illi impenderat Wilhelmus Normannus, cum illum Henrico Ottonis patri cōciliaret. Magnis tum cōditionibus Ludouicꝰ perpulit Ottonē ut annueret: q̄uis Normannorꝝ principū iam a memoria patris eius Henrici, quod supra significauimꝰ, bonus esset in Saxones respectus. Sed tum rex regi cessit postulanti. Ducunt una iunctis armis Rotomagū: uastant prouinciā: urbem autē inexpugnabilē cernentes, obsidionē non intētauere: aliquot leuia pręlia commissa sunt: sed nulla memorabili re peracta, reges in sua quisq; reducunt exercitus. Henricus autē Ottonis regis frater, cum consortes belli deperijssent, & iam auxilijs omnibus destitutus uideretur, arcē Lotharingiæ Kiuermont ingredi constituens, prohibitus est a sorore, Giselberti relicta iam tunc uidua. Quid est, inquit, frater, q̄ cōtendis iram regis in nos exasperare: maritum perdidi, dum coniuratis in fratrem: & nunc prędia nostra ad rapinam exponis. Cessit ergo, & in Franciam concessit ad regem Ludouicum, qui prouinciam Lotharingię commisit tutandam cuidam Vtoni, inter proceres Francorum primario, ut educaret Henricum Giselberti filium. Interim parabatur matrimoniū de quo prędiximus, inter Ludouicum regem Francorum, & relictam Giselberti, Ottonis Romanorum regis atq; Hērici fratris sui germanam: quam rem preoccupando antea commemoratam, huc in suum ordinem reuocamus: quomodo sępe pręstat narrationis contextus. CA. XXII.

Enricus Ottonis regis germanus, cum aliud ſupereſſe nullũ cer-
h neret cõſilium, accitis quibuſdã epiſcopis, quos ad rem iudicauit
idoneos, improuiſus regi fratri ſuperuenit: & prouolutus genu-
bus ueniã precat. Aſtantes epiſcopi uerba precantis quibus poterãt adiu-
uere modis. Rex primũ ſtupefactus hæſit: deinde, Qua, inquit, iniuria a
me exaſperatus, tam in me cruẽto bello exarſiſti, impacatiſſimũ diu animũ
fouiſti? ſemel ac iterũ admiſſus in gratiã, rebellaſti? Crimen hoc tuum etſi
ueniã non meret, faciã tñ non quod mereris tu, ſed me & fratrẽ, & regem
decet: hoſtẽ oblitus, germanũ accipio: eleuanſq; iacentẽ, permiſit ad oſcu-
lum: Tamẽ quoad deferueſceret ira, iuſſit oculis elongatũ, deduci in pala
tium in Ingelheym, quod Magnus Karolus exẽdificauit: inde aliquot illi
permiſit ciuitates in Lotharingia: demũ interuentione matris amborũ ſu-
perextantis, omniũ criminũ abolitione facta, plenã recœpit in gratiã. Nec
longũ tempus in medio, cum moriẽte Bertoldo Bauarorũ duce ſine prole,
eiuſdem matris prẽcibus rex flexus, ducatũ illi donauit cum omni iuris ſo
lennitate: Habebat enim Henricus cõiugem filiã Arnoldi quondam Ba-
uariæ ducis (ut etiã illa ratione non extraneus uideret) fœminã prudentẽ,
& omni flore pudicitiæ formæq; multis præſtantẽ. Filij autẽ Arnoldi me-
morati propter perfidiã patris & propriã a ducatu exluſi, comites erãt Ba
uariæ, q̃uis alter ex his Rodulphus, coniugẽ teneret germanã Ottonis &
Henrici. Ex hoc autẽ die Henricus dux Bauariæ fratri regi ſemper fidelis
permanebat. Hic fuit exitus belli inteſtini, quo in optimi regis interitum
tres, ut diximus, ſibi quiſq; regni coronã ſunt polliciti: Sed non ita uiſum
Deo: uicit enim innocẽs & melior cauſa. Tum uero reddita pace, alterum
diuerſum illi bellũ ſurrexit in monachos: aſſerentibus põtificibus, Melius
eſſe paucos Deo ſeruientes paſcere, q̃ magnũ gregem ocioſorũ, nulla in re
utiliũ reipublicæ, qui neq; Deo ſatis ſeruiant: ſed monaſtico habitu ſæculi
ſequantur uoluptates. Poterat zelus eſſe diuinæ religionis qui ſtimularet
põtifices, ſed immiſcuit ſe priuata cõtentio, de æmulatione cõſurgẽs: q̃ cer
nerent pontifices maiori eſſe apud regẽ abbates loco q̃ ſe. Fridericus Mo
guntinæ ſedis antiſtes, adhuc captiuus, huic rei inſcribebat: ſed ei minimũ
apud regẽ erat fidei, poſt compertã ab ſe alienationẽ. Primũ quidẽ libera
cuſtodia habitus: ubi cõperit rex ſcriptas ab illo literas, arctius iuſſit ob-
ſeruari uinctũ: ad extremũ tñ illius miſertus, ueniã dabat erratorũ. Defun
cto autẽ Vtone Lotharingorũ prælide, atq; Henrico Giſelberti filio, regis
ex ſorore nepote, rex Otto donauit Lotharingiã Cõrado primario inter
proceres regni, aduleſcenti, cui etiã filiã deſpondit Lutgardam: quis autẽ
fuerit, & qua gẽte editus Cõradus, nemo cõmemorat hoc loco: niſi q̃ no
biliſſimũ fuiſſe inde cõuincit, quia regis filio Ludolphus huic erat intimo,
maxima familiaritate deuincto, & q̃ gener regis eſſet allectus. XXIII.

Ffinitatibus magnatũ rex Otto munitus, iam tantus erat, ut a ne
a mine facile oppugnaret: nam Franciæ rex ſororẽ, & Lotharingiæ
dux filiã eius habebãt cõiuges. Ludouici autẽ Franciæ regis for
tuna uacillabat: nam a ducibus ſuis circũuento prælio, excedit: proximãq;

urbem fugiẽs ingreditur. Ciues illum Haroldo Baiocenſiũ duci tradunt: ſed dato minore filio obſide, dimittit. Nec finis tamen malorũ: nam inde egreſſum, dux Hugo cognomẽto Capetus, captũ iterũ regẽ mittit ſub cuſtodia publica Lugdunũ. Otto rex ubi comperijt ſororij ſui fortunam, ſe accingit ad ultionẽ: cõſcribitq; exercitũ in Frãcos ualidũ. Confluxere uoluntarij multi, utriuſq; regis gratia, ut tantã in dñm ſuũ Francor; ſuperbiam uindicantes, ſi fieri poſſet etiã confringerẽt. Hugo qui iam regnũ occupauerat, audito Saxonũ in ſe motu, miſit qui per contumeliã regi nuncia-ret, Domi ſedeat, utat cõſule, nam per animam patris ſui iurauit, plura ſibi eſſe arma, q̃ unq̃ Otto uidiſſet: Quid enim poſſent Saxones? quor; tria tela hauriret una, ſi libeat, potione. Hoc ſupbũ, & cõtumelia plenũ nunciũ, Otto rex prudens ridiculo quodã reiecit: iubens eundẽ qui pertulerat regi ſuo renũciare, plures ſibi eſſe fœninos pileos q̃ unq̃ uidiſſet Hugo: eos preſentari Hugoni oportere, ut pileatus fiat pro Capeto. Habebat tum Saxonicus ritus, ut omnes per ęſtatẽ fœninis, hoc eſt ſtramineis, uterent pileis: Et cum rex Otto duceret legiones trigintaduas, nõ erat qui non ad ſolem hoc genere uteret tegminis: preter Fuldenſem abbatẽ cum paucis ſequacibus, non amplius tribus. Eſt & alia eiuſdẽ rei interpretatio: cum per contumeliã Hugo Saxones nominaſſet effœminatos, iuſſiſſe ferunt Ottonem, ut milites in capite geſtarẽt colos ſubtiliter tornatos cum fuſis, ut irriſioni Gallor; ipſa ſpecie reſpondeãt: quod & noſtri temporis imitantur milites; qui cauda uulpiũ ornant lanceas ad cõtemptũ hoſtiũ. Ita tum Otto ut ſuor; cõtemptũ acrius uindicaret in Gallos, colos tornatiles iuſſit in cono preferri, ut legamus fœmineos pileos, pro eo q̃d eſt fœninos: utrũq; aũt ad irriſionẽ ptinet Gallor;. Sed tñ hoc tum perẽgit Ottonis exercit⁹, ut Hugo oblitus contumeliar;, in uerũ uerſus timorẽ, regem Ludouicum mox emitteret. Rex ille iunctus regi, procedunt una ad obſidendũ Lugdunum: Sed cum inexpugnabilis ciuitas uideret, ea relicta, Remos adeũt in qua urbe, uero deſtituto pontifice, Hugo nepotẽ ſuũ conſtituerat: Sed reges deiecto adulterino pontifice, uerum reſtituunt: multis preterea locis in deditionẽ receptis: quę rex regi attribuit uero dño. Cum nuſq̃ Hugo magniloquus in aciẽ prodiret, rex Otto in Germaniã ſuũ reduxit exercitum. Hugo uero in annũ ſequentẽ regi ſuo reconciliat.

XXIIII.

Er quæ tẽpora Editta regina poſtulauit, & impetrauit ab Ottone rege, ut ad Albim fluuiũ ueterẽ urbem, ſed diu deſolatã ab incurſione Wandalor;, Magdeburgum inſtauraret, & ipſi reginæ manſionẽ ibi permitteret. Erat in eo loci ab olim arx non cõtemnẽda, cui preerat Burgraui⁹: ſed eo tum mortuo peruenit illud præſidiũ ad reginã, breuiq; coaluit, ut haberet in donationem ab rege propter nuptias. Deſignatis autẽ terminis, iuſſit regina uallũ circumduci. Rex forum indixit: & proſecit noua urbs uehemẽter, ut fieret non cõtemnenda ciuitas. Rex monaſteriũ in ea fundauit ſub regula diui Benedicti: in honorẽ Petri & Pauli, & Innocentij martyris: cuius ibi reliquias collocauit: beati tñ Mauricij patrocinio precipuo locũ ſubiecit. Sed monaſteriũ iamdudũ tranſlatũ eſt

in montẽ iuxta ciuitatem,canonicis occupantibus priorẽ locum. Extant li
terę quibus teſtať etiã nũc Imperator,quas dederit immunitates nouę ur
bi. Poſtea uero tranſtulit illũ epiſcopatũ de Vallerſleue ,ut eſſet archiepi
ſcopus,metropolitanus omniũ terrarũ de Wandalia, tum ad Chriſtũ con
uerſarũ,& deinceps cõuertendarũ: quod ſuis locis atq; temporibus recor
dabimur. Sed cum primũ e Francia reuertereť rex Otto,occurrit illi gra
tulabundus Hermãnus dux Sueuię,regemq; interpellauit his uerbis. Vi
des,inquit,o rex annos meos,noſti fortunã,& propicio Deo multo ſplen
dore res domi prȩcipuas,opes & urbes mihi eſſe plurimas,deeſſe tñ marẽ
hęredem: unicã filiam meã,ſi tibi uideť,filio tuo Ludolpho deſpondeo: ut
ſit certiſſimus cum filia hęres rerũ omniũ: &,quod Deus ſecundet,fortu
narum dñs ampliſſimarũ. Non diſplicuit ſermo regi: collaudatoq; duce,
iubet impleri quod ille conceperat. Deſponděť puella iuueni: iam enim de
cimũſextum agebat annũ: matre ante paucos dies defuncta, Anglię regis
filia. Hunc quoq; filium rex regem creauit,poſt ſe legitimo ordine rebus
omnibus dominaturũ: Nam ea fuit Otto prudentia,ut nunq; ſe diſcrimini
prȩlior̃ cõmitteret,niſi prius teſtamẽto legitime facto de rebus omnibus,
& de filior̃ ſucceſſione ante plenius ordinaſſet.

CA. XXV.

Va etiam tempeſtate cum annus ageretur poſt natum Chriſtum
q DCCCCXXXXVIII. Otto rex, Danorũ audiuit rebellionẽ:
Nam pater eius Henricus cum in eam quoq; regionẽ arma con
tuliſſet,Iutiã, quæ apud ueteres Cherſoneſſus Cimbrica dicebať, Chriſti
religioni adęgit,ſibiq; parere coęgit,cõſtituto apud Heidebam,quæ nũc
Sleſwicũ dicitť,marchione. Sed cum intelligerẽt Dani Ottonẽ multis ali
bi bellis implicitũ teneri,prȩſertim domeſticis & ciuilibus malis implicari,
ſumpta audacia, marchionẽ illũ cum omni quod tenebat militũ præſidio
contrucidabãt. Hanc rebellionẽ ulturus Otto,per hæc tempora in Daniã
arma cõuertit: Nam quãtis potuit comparatis agminibus,per Saxoniam
tranſmiſſo Albi,pertrãſitaq; Holſatia,duxit in Iutiã: Et ubi primũ hoſti
cam terrã attigit,ferro & igne omnia peruaſtabat,prædabundus incedẽs
uſq; ad continẽtis terrę nouiſſima,ad mare quod modico diſcrimine luti
am Norwagiãq; interſecat: & inde cõuerſus in latº maris Germanici, ad
orientẽ,miſſa,ut aiunt Dani,lancea in mare,Ottonis fauces,hoc eſt,Ottẽ
ſund, mari nomẽ indidit: Vt ego arbitror, arreptis nauibº quas in portu
deprehẽdit,cũ parte copiarũ inſulã proximã adijt,quę hodie q̃q; ab illo ap
pellaťť Ottonia: Vnde enim nomẽ traheret,ſi nõ illã rex attigiſſet? Sed cũ
a nullo ſcriptorũ ea res commemoreť,lectori liberũ ſit quid uelit ſuſpicari:
Multa enim ſcripta non ſunt, quæ facta ſunt. Reductis inde copijs præda
onuſtis, cum uaſtatã terram impoſito præſidio eſſet relicturus, reperit ad
Heidebam,hoc eſt Sleſwicũ, Daniæ regem magnis undequaq; collectis
copijs, ſeſe ad pugnã expectare. Nec moram facit Otto,impedimentis in
unum locum conuectis, expeditis agminibus procedit ad pugnã. Danos
ceſſiſſe poſt acrem pugnã Saxonibus,noſtri ſcribunt. Dani aũt mox ſine
prælio interueniſſe pacta oſtendunt; in quã rem utriuſq; nationis ſcripto

res cõsentiũt. Formula cõuentionis erat, ut Dani suscœpta Christi religi one episcopos ordinari paterent per regiones: Ad quæ pacta facile pote rant induci: iam rege pridẽ sub matre Christiana Tira, filia regis Angliæ baptisato: Statimq; regina Gunhilda cum filio Zuenone, & magna parte procerũ, Christi fidem baptisati recœpere. Rex Otto Zuenonẽ de sacro fonte leuatũ, Zuenotto addito suo nomine, iussit appellari. Haraldus pa ter fidelis ad mortẽ permansit Christianus. Filius autẽ abiecto Christia nismo, patrẽ ad mortẽ insequutus, demũ & ipse reuersus est ad fidem: quã rem in Dania plenius sumus exequuti. Otto autẽ rex, cõpositis apud Da nos rebus, in proximos Danis Wandalos arma cõuertit. Habitabãt Wa grij, Winuli, Obotriti, Polabi, per littora maris Germanici, omnes uno nomine, una lingua Wandali: Hos pater eius uno graui prælio contudit: Sed reuersos in idipsum Otto perdomuit, ut accipere fidem Christi, & sol uere regno tributa cogerent. Baptisatur innumerus populus: ecclesiæ per Wandaliam construũtur: Sed nondum uenerat tempus consistẽdi: quip pe in morte Ottonis. III. quod dicemus, denuo iugum Christi cum obe dientia regni abiecerunt: quod etiã in Wandalia explicuimus. Ita in aqui lone quoq; & Christi religionẽ, Imperijq; iura fœliciter rex Otto amplia uit, & omnia trãquilla reddidit, per sua tempora. Vrbem Virginopolim, quę dicitur Magdeburgum, ad Albim fluuiũ, fecit Wandalorũ metropo lim. Sed hęc postea. Interim uero Hermanno Suæuorũ duce rebus huma nis excedente, Ludolphus regis filius, rex & ipse a patre constitutus, cum uxore Hermanni filia, dominatũ subijt Sueuorũ: Ita potentia regis, dispo nente Deo, ubiq; est adaucta.

CA. XXVI.

Quo tempore rex Otto tres episcopatus fundauit, ut fidem Chri sti in Danos atq; Wandalos corroboraret: Sleswici primũ: quo in loco pater eius, ut diximus, marchionatũ cõstituit, & Saxonũ coloniã. Sed eam rem passus est optimus rex antiquari: sciens robustissi mam gentem melius mansuetudine, q̃ ferro sub iugo contineri. Alterum in Ripa, tum non contemnẽdo opido eiusdem prouincię lutarũ: qui etiam in hunc usq; diem in suo loco permansit. Tertium in Wandalis Holsatiæ propinquis, in opido Aldenburgo, Wandali uocauere Stargard, Dani Branneſiam, quicq; pro suę linguę proprietate: Permansitq;, quod in Wan dalia diximus, is honor per tempora triũ Ottonũ: & in morte. III. Otto nis disturbatę res, diu fluctuarunt: utcunq; tamẽ etiam tum restituta. Po stemo annis. LXXX. uacabat ecclesia, & Christi fides exulabat: Tum re uocata, permansit usq; in diem qua inde in Lubicam nouã urbem transfer retur: quę omnia plenius in nostra diximus Wandalia. Fertur a nonnullis & in Magnopoli opido Obotritorũ Wandalorũ episcopatũ constituisse: Sed hoc alij probabilius alijs temporibus & principibus attribuunt: quæ plenius explicuimus in loco memorato.

FINIT LIBER III.

INCIPIT LIBER IIII.

NOVO VT ORDIAMVR PRINCIPIO res nouitate primas rerũ ordo largitur. Annus erat post mundo terrisq; natũ Christũ. DCCCCL. cum reb⁹ in Italia laborantibus sub Berengario, Otto iam undiq; uictor in eam prouinciam uocaret: Non grauat uictorio sus rex laboribus & impensis illustrẽ quondã prouinciarum dñam ex seruitute uendicare. Tentarunt hoc ante illum Burgundi Franciq;, & aliquot annis in Italia regnauerũt; sed stirpẽ hostilem excindere non poterãt: quod quo sit ordine factũ, ut res planior fiat, paulo altius repetens, expediam. Sub imperio Arnulphi Imperatoris cum Italia hinc Vngaris, inde uero Saracenis lacerarẽt, Lõgobardiq; Romanũ populũ, quẽ Karolus Magnus in ditionẽ Italiæ aliquantã restituerat, cõtemnerent: Romani, cęteriq; Italię maiores Berengariũ natu maiorem Foroiuliẽsem ducem, creauere Imperatorẽ: pręcipue quia diu nullum illis pręsidiũ in Romanorũ Imperatore, ut dixere, fuit: Et Arnulphus alio qui Imperator fortissim⁹, Germanię rebus magnis implicit⁹ teneret. Hũc ergo Imperatorẽ creauere Romani aduersus superbiã Lõgobardorũ, qui in ea prouincia proteruire uidebant: Et ad prohibẽdas incursiones barbarorũ, quas tum experiebant ab Saracenis & Vngaris. Sed tñ non ea fuit totius Italię cõcordia, ut uno principe cõtenta maneret: Nam alij Guidonem quendã Spoletanũ ducẽ, regem Italię declarauerũt: Qui principes in se cõuersis armis, diu digladiati sunt: & uires quas defendẽdę Italię iusti⁹ impẽderẽt, mutuis uulneribus absumpserũt. Prima quidẽ cõgressione Guido pręualuit: sed uiribus auctus Berengarius, superior mansit: ita ut Guido suis se finibus cõtinere cogeret. Berengarius cum Arnulpho Imperatore etiã fœdera iunxit: ex quorũ formula cum mutuo sibi pręsidio fieriu berent, poscẽti Berengario, primus Arnulphus Senebaldum filium cum copijs in Guidonẽ misit in Italiã. Ille ueniens nihil ęgit, prudẽter dissimulans principes mutuis se uiribus lacerari, ut patri, si fieri posset, restitueret Italiã. Quo comperto, Berengarius actis gratijs Senebaldum remisit. Ipse quoq; Arnulphus uocatus a summo põtifice Formoso in Italiã, ferũt cum expeditis ascendisse: & capto Bergamo, pręfectum eius Ambrosiũ suspendio necauisse: Guidonẽ expulisse: uxorem eius obsedisse: urbem Romam adijsse in consolationẽ pontificis: Sed eo redeunte, Guido breui mortuus est, relicto filio Lamberto in principatu. Berengarius uenientibus iterum in Italiã Vngaris se opponit: sed omnẽ pene quindecim millium perdidit exercitũ. Græculus Imperator cum pro se Italiã obtinere non posset, ferũt in eam lacerandã inuitasse Saracenos: Illi Calabros, Salentinos, Apulos, Campanos, peruagati, aduscq; urbẽ Romã omnia ferro & igne fœdarũt. Alberic⁹ erat uir in Hetruria clar⁹, frater, ut ferũt, Pont. Iohãnis. X. Is aras mata Romana iuuẽtute, & eductis q̃t poterat millib⁹, Saracenis se obiecit & retropressit. Orta autẽ simultate inter Albericũ & Romanos, cum in-

uicem in se ducerent. Albericus marchio retundēdis Romanis Vngaros fertur inuitasse. Illi ueniētes, non agrum Romanū, quod in pactis erat, sed Hetruriam, quam ille uolebat immunē abradebant. Ita perfidia uersa est in authorem.

CA. II.

Ihil tum Berengarius, nihil Arnulphi filius Ludouicus Imperator egere: Sed iam primus Berengarius in fata cōcessit, relicto filio cognomine: qui Ludouicū Romanę prouincię, & Burgūdiæ regis Bosonis filiū, cum copijs in Italiā uenientē occurrēs prælio fudit: captūcp cogit Italiā abiurare: ne unq̄ in illā arma aut duceret, aut mitteret. Sed tn eius iurisiurandi breui oblitus Burgundio, per Tridentinos reuersus, Veronā cœpit: sed non diu tenuit: nam exercitū illo ducens Berengarius. II. urbē recœpit. Pacti ante deditionē abitū Burgundi, dimittunt. Cū ergo Berengarius Vngaris quocp deliniēdis operā impēdit, reliquā Italiā pacare cōtendit: quod male potētes non passi, cum arma eius formidarēt, Rodulphū Burgundionū regem in Italiā uocauerūt. Ille cum exercitu ueniens, pulso Berengario, regnum eius inuadit, & tribus annis tenuit: Erat autē prouincia, quę nunc Longobardia nūcupat. Profuit Berengario fœdus quod recēs iecerat cum Vngaris: nam ad illos cōfugiens, trāsacto triennio, in Italiā per illos reduci tentat. Duce Salardo Vngari reuertuntur: omnia uastant, Papiā etiā capiunt: Quod cernētes Itali qui Rodulphū uocauere, q̄ nihil esset in eo aduersus Vngaros prędidij, Hugonem Arelatensem uocauere. Illi ueniēti cum exercitu non inuitus cessit Rodulphus. Hugo autē singulari uir prudentia suspectā ducens eorū fidem, qui se uocauerunt, permisso exercitu Samsoni cuidam ex ducibus, ipse suspectos egit in exilium. Illi cōspirantes cum nōnullis ex remanētibus, persuaso Arnoldo Bauarorū duce, Hugoni hostē immittūt. Dux in Italiā mouens, capta Verona, rex salutat: Sed Hugo in eum ducens, facile repulit, recœpitcp Veronam: Ille in Bauariā regredit. Quo tempore cum apud Vngaros Berēgarius. II. uitā finijsset, tertius primi ex filia nepos, incertū quibus uiribus, in Italiā reducit: sed occurrēti Hugoni cessit, reuersus in Suæuiā: Auctis inde uiribus regreditur. Hugo autē cum in Franciā redire cogitaret, filiūcp Lothariū Italię regno, quod iam pulchre composuerat, relinquere meditatus, uenienti Berengario obuiā mittit oratores qui de pace agant: Regnū Italię quod hactenus in Lōgobardia solus tenuerit Hugo, partiant inter se duo. Ea res cum inter partes placuisset, Hugo Lothario filio dedit Alheidam uxorē, Papiācp illi tribuit regni sedem. Berengarius autē reuerso in Franciā Hugone, magno uir ingenio, Lotharium simpliciorem cōtempsit. Per quæ tempora Henricus dux Bauariæ in Italiā mouens inuitatus, cognouit per Aquilegiā Vngaros cōtendere in eandē: quibus se obijciēs, illos retroegit. Cum uero Berengariū magno in se molimine ducere comperisset Henricus, contra ac opinatus erat, retro duxit exercitum. Vngari uero iniuriā suā in Bauaros ulturi, quos rerū in Italia potiri credebāt, maiori ac prius ferocia reuertebant. Sed Berengario misso Alberto filio, Vngaros, ingenti ære persoluto, placauit ut redirent. Interim Lotharius reli-

ctis rebus humanis, excessit uita. Relictam eius, nequis se per illius coniugium in ditionis eius partē insinuaret, Berengarius tenuit in uinculis. Hic erat rerū status, cum Otto Romanorū rex in Italiā uocaretur. III.

b Erengarius. III. qui apud Ottonē aliquādo in Germania ad illū cōfugeret, bene habitus est, eo tēpore quo primo ingressus Italiam, ab Hugone est repulsus. Quo etiā tempore cum idem Hugo magnū æs pro illo despōderet Ottoni, noluit cōfugientē dedere. Iam rebus in Italia ad sua uota fluētibus, se appellauit Augustū: filiū autē Alberrū regē fecit Romanorū: & omnes maiores Italię graui interim tyrannide premebat. Cum interim Agapitus summus pontifex loquutus cum Italię proceribus, cōmuni consilio Ottonē regē uictorijs clarū, uocauit in Italiā, tyrannide Berēgarij & Alberti liberandā. Ille autē non cunctanter annuit: conscriptoq; exercitu, ducit in prouinciā: Habebat fratrē Henricū in Bauaria ducem, & filiū Ludolphū in Suęuia: ut magnū facile cōtraheret agmē sub ipsis alpibus. Venit ergo in Italiā quinquaginta millib⁹, aut forte plurib⁹ in agmine ductis militibus: & per Forūiulij tritā exterorū in Italiā uiam, mouit in Berēgariū Albertūq;. Congressos magno prælio fudit, & Italię regno deturbauit. Alheidam Lotharij relictā, quā Papiæ, ut diximus, Berengarius tenebat inclusam, eductā sibi cōiugio sociauit. Erat autē Rodulphi Burgundionū regis, & Bertę, quę filia fuit Arnoldi Bauarorum ducis, filia: cuius matrē, quā diximus, Bertam post Rodulphi regis mortē, Hugo item rex sibi cōiugio deuinxit, filiāq; filio despondit Lotharrio: nunc aūt Ottoni prouenit Romanorū regi. Otto aūt ita res Italiæ cōposuit, ut excœpta Verona atq; Aquilegia, reliquarū Longobardię urbiū gubernacula Berēgario & Alberto permiserit: tantū abstinerēt Imperatorio ac regio nominib⁹. Vxorē Alheidam secū duxit in Germaniā: ex qua anno nōdum finito, filiū sustulit Ottonē, in Imperio successorē. Quo etiā tēpore audit Boleslaū Bohœmorū ducē (nā regē necdū meruerat ea, puincia) rebellionē parare. Non diu cūctat⁹ rex, ducit in illū, obsessa Nouaciuitate, in qua accœperat hostiū ducem cōmanere cum filio. Sed Boleslaus ubi perpendit imparē se tantis esse uiribus, interposita treugarū pactione, cum rege intendit colloquiū: Affert purgandi animo causas rerū suarū, & imperata se facturū spondet in reliquū tempus. Rex accœpta satisfactione cum hocipsum uno colloquio peręgisset, quod multis uix prælijs perfęcisset alius: compositis rebus, exercitū reducit in Saxoniā. Filius Ludolphus non ęquis oculis aspexit patris nouā coniugē, &, ut fieri solet, grauius tulit fœcūdā prole: & in Salueldiā descēdēs, locū cōiurationi solitū, nōnihil in parentē meditari uidebat: Sed interuertit cogitationē ei⁹ res, quæ magna interuenit: Nam Cōradus dux Lotharingiæ, regis gener, Ludolpho familiarissimus, quē rex Papię cum præsidio militū reliquit custodē, Berengario & Alberto res nouas machinātibus suasit, ut secū in Germaniā descenderent, omnia ex sentētia cōposituri apud regē. Audierāt suadentē, & cum eo descenderāt in Augustā, quæ tum regia fuit mansio. Iussi manere in hospitio, per triduū expectabāt: quæ mora Ludolphū filiū, ac Cōradū

regis generum uehementer offendit, ut prope fuerit eos cum indignatione abituros. Sed rex occurrit, & auditis perbenigne respondit: Rebusq; cõpositis, Berengari⁹ man⁹ filij sui Alberti manib⁹ suis implicãs, corã omni exercitu subiectionẽ regis profiteť. Ita dimissus cũ pace & gratia, in Italiã reuertitur. Ex regina autẽ nati sunt filij Otto, Henricus, Bruno: nouissimã peperit sui nominis filiã Alheidam.

CA. IIII.

Antam regis Ottonis fœlicitatẽ interpolauit plusq̃ ciuile bellũ: quod ab alijs quoq; iustis, ut uidebatur, causis erat conflatũ. Ludolphus filius ab initio patris secundũ matrimoniũ odio habẽs, murmura inter milites frequentiora miscuit: & Conradũ sibi semper familiarissimũ, ducem, regis generum, suum sororiũ, eadem flamma succendit: ad quem, sicut ad filiũ, successionis plenior spes peruenisset, si celibem rex peregisset uitam. Ingraescente indignatione, iam filius & gener apertam rebellionẽ regi ostenderunt. Dissimulabat diu rex: ac ubi pertinaciæ nullus est finis, ducit in eos expedito agmine: & urbes illis parẽtes, aut ui, aut deditione, in suam redegit potestatem: coegitq; armato quantocunq; maxime poterant exercitu intrare Moguntiã: ibiq; statuerũt obsidionẽ perferre: quando aperta cum rege acie decertare non ausi, nullum obsidioni firmiorem locũ prospexere. Paratur lachrymabilis obsidio patris in filiũ, soceri in generum. Ciues utrunq; offendere cauentes, diu sustinuere obsidionem. Crebrę ad portas pugnę, nunq̃ iusta acie est decertatum. Ad sexagesimũ diem extrahitur obsidio: tum mentio fiebat a ciuibus de pace: Inducię proclamantur: ut securi in castra ueniant qui inclusi tenebãtur. Rex cõsobrinum suũ obsidem dat futurę securitatis. Venit filius cum genero, uestigijs regis prosternuntur, ueniam erratorum precantes. Rex de uenia nihil dubitare iussos, monuit, uoluitq; dicerent nomina eorũ, qui hoc bellj inspirauerant consilium: ut malignantium in se odia cognosceret. Tanta fuit in ea re pertinacia, ut prius infecta pace discederent, q̃ authores rebellionis nominarent: paratos aiebant omnia se quæ rex iussisset perpeti: tantum esset uenia auxiliarijs. Cum nihil ageretur, illi in urbem reuertuntur. Interim Egbertus regis consobrinus ab his qui intus erant persuasus, rebellionicq; consentiens, cum obses fuisset, exire ad regẽ recusabat. Continuandę obsidioni parantur omnia: cum comites Henrici ducis Bauariæ, qui frater erat regis, ab illo quoq; deficientes instinctu Arnulphi & fratrum, filiorum Arnoldi olim ducis, q; suum esse ducatum dicerent, in urbem contendunt rebellantes. Inde Reni fluenta transeuntes Ludolphus & Arnulphus, clam rege cũ expeditis copijs dum rex obsideret Moguntiam, illi Ratisponam nihil hostile timentẽ adoriuntur, & capiunt. Quod cum rex audisset, soluta Moguntię obsidione, ad recuperandam pro Henrico fratre Ratisponam contendunt: Ibi quoq; firmant obsidionem. Fortiter utrinq; pugnatur. Egressa multitudo ex urbe, machinas oppugnat: nec patitur admoueri: Graue prelium inter obnitentes. Et cum urbs famę cœpisset periclitari, Ludolphus regis filius interposita publica fide ad patrem egreditur, ueniam postulans. Illo non renitẽte, tantum obedientiam

polliceatur: & hoc recusauit, in urbem reuersus. Durabat obsidio diebus quadraginta postea. CA. V.

Vm iam fame urgerentur obsessi, cõsilium cœpere, ut egressi ad pugnam, experirentur fortunam. Ad portam orientalem, ubi comes Geron tot uictorijs quot pugnis clarus, tendebat, erumpũt: Nam intus structa acie impetu facto, proruunt armati equites peditesq; grauiter & atrociter prœliãtur: miscent uulnera & clades. Inter alios, sublabente iumento, cadit Arnulphus: exarmatur & cęditur. Cuius nece turbati ciues (nam pro illo rem gerebant) cp miserererentur hęreditate destitutum: de pace Ludolphum urgent acrius. Iterum, interposita fide publica, egredit ad patrẽ. Conueniũt in hanc formã: ut indicto Frisłariæ per regẽ conuẽtu, Ludolphus ibi satisfaciens, impleat quæ regni conciliũ decreuerit facienda. Rex redit in Saxoniã: Henricus nouam urbem obtinuit. Rarisponа proxima nocte (incertum unde) tota cõflagrauit. Cum igitur rex in uenatione ageret, filius Ludolphus hoc obseruãs, nudatis plantis, & capite detecto, miserabiliter patris uestigijs prosternitur: ueniam ꝗ humilime deprecat. Mouit imprimis regem exinanitio: inde quoq; proceribus excussit lachrymas. Spõdet obsequium: Admittitur ad osculum: sumitur in gratiam. Omnium est communis de reuertente filio lætitia. Defuncto interim pontifice Moguntino, ciuitas cum omni adiacente Francia, Germanicam dico, regi traditur. Filius & gener plena regis gratia perfruunt. Venerant interea Vngarorũ legati ad regem, specie quidem salutandi, & pro consuetudine de uictoria gratulandi: re autem uera, exploraturi quo in statu essent apud regem ciuilia, immo domestica, quæ audierant, bella. Rex magnifice muneratos dimisit. Illis autẽ uix in sua regressis, cum rex nihil ab illis formidaret, aduolat nuncius Bauarorũ ducis, qui afferat Vngaros iam ingressos regni fines, ferro ignicq; omnia populantes. Otto rex quasi hactenus nihil esset actum, nouo bello accingitur. Auxilia uocat ex Francis (non dico Gallis) ex Bauaris, ex Bohœmis: & iubet exercitũ convenire in campis Augustanis patentissimis. Legiones regis octo fuere: & quo faceret hostibus difficiliorem pugnandi rationem (sagittis enim plurimũ utunt, aduolãtes barbarico impetu, & denuo auolãtes) in saltus, colles, & frutices iubet exercitũ traduci. Primã aciẽ Bauari habuere, assueti pugnę Vngarorum, Henrici ducis præfecti: nam ipse aberat, morbo correptus, ex quo paulo post decessit. Venerat Conradus dux Francorum in castra, gener regis, uir bello natus, qui eques, pedes, æque fortiter immineбat hosti: Audacis animi, &, quod rarum est audacibus, bono cõsilio: domi ac militię charus socijs. Huius aduentu alacres omnium tolluntur animi: pugnam de proximo postulantes. Ieiunio itaq; pro Christiano ritu legitime indicto, iubet rex in crastinũ esse paratos: In Deum nanq; rex ipse firmissimã spem ponens, orationem habuit ad milites efficacem, per quam eos in Vngaros, tum adhuc idolis seruientes, animauit, & spe regni cœlestis, formidinem omnẽ eorũ mentibus excussit, propẽsioresq; in pugnam proxime imminentem fęcit. CA. VI.

Primo diluculo ſurgentes, pace data & accœpta, operaq; ſua primum duci, deinde ab unoquoq; alteri cum ſacramẽto promiſſa, erectis ſignis procedũt e caſtris: Primã, ſecundã, & tertiã legionẽ ut diximus, duxere Baioarij: quartã ordinauerãt Franci Germani, quorũ inſtitutor dux Conradus: Quinta, quę maxima & regia dicebaꝫ, regẽ habebat, fortibus uiris ſeptũ, electis ex omni numero millib⁹: corãq; eo Angelus (ſic enim dixere ſignũ militare regiũ, noſtri uocant uexillũ) Sextũ & ſeptimũ impleuere Sueui, quibus pręfuit Burchardus, cui nupſit filia Henrici fratris. In octaua erant Bohœmi, electi milites, armis inſtructiores q̃ fortuna, in qua & ſarcinę omnes, & impedimẽta quæq;, quaſi eſſet tutiſſima quę nouiſſima: ſed aliter euenit: Nam Vngari nihil cunctãtes, Licum fluuiũ tranſierũt: circueũtes exercitũ, extremã legionẽ ſagittis laceſſere cœperunt: & impetu cum ingẽti uociferatione facto, alijs cęſis, captis nõnullis, ſarcinas omnes abſtulerũt: cæteros legionis illius armatos in fugã ęgerunt: Similiter ſeptimã ac ſextã aggreſſi, de fuga cogitare impulerũt. Rex aũt cum quid ageret animaduertiſſet, miſit ducẽ Conradũ cum quarta legione: qui ſuperueniẽs hoſtibus, impetũ remoraꝫ: inde exterruit: captiuos extorſit: prędã excuſſit: &, quod illi ante fęcere regijs, coęgit ut fugerent. Dux uictor ad regẽ alacris reuertit. Victricẽ legionẽ cęterę cõſalutãt. Mirant ueterani nouã tyronũ uirtutẽ. Tum in ſuos cõuerſus rex, ait: Videtis hoſtem ex aduerſo cõcurrere: nunc uiribus opus, nunc cõiugis quiſq; ſuæ eſſe memores: Viri eſtis: hunc hoſtẽ ſępe fugaſtis: memineritis nullã unq̃ ante uos aciẽ cõſtitiſſe, quę nõ uinceret: nulli unq̃ dorſa prębuiſtis. Quid multa? Gens eſt Vngari fugę fidens: hic aget gladius ut uel cadant, uel cedant. Hęc loquutus, ſacrã apprehendit lanceã, & primus equũ uertit in hoſtes, cautiſſimi ducis, & fortiſſimi militis una implens munia. Aliquãdiu cõſtitere Vngari fortiter pręliãtes: ſed peruicit inſtantia regis, ut effuſa fuga, hoſti terga obuerterẽt: Capti multi, plures cęſi, proximas uillas turmatim petunt: Sequuti regij, incenſis domibus cõcremãt: Alij fluuiũ tentantes aduerſo littore nõ excœpti, mergunt & pereũt. Cõradus dux fortiter ipſe pugnãs, dum ęſtuaret a labore & ſole, nam inſolito calore dies ferbuerat, cui labor improbus accedens, ęſtum fęcit intolerabilẽ. Ergo dum ſolutis loricę nexibus paulum reſpiraret, allapſa ſagitta, percuſſit in gutture, & proſtrauit ducẽ fortiſſimũ: Cuius corpus poſt pugnã excœptũ, Wormaciam deduciꝫ, ibiq; tumulaꝫ: Ipſa uero die recœpta caſtra, laxati captiui, fuſi hoſtes: qui proximi erant dies, reliquã multitudinẽ hoſtium, quę ſe captis urbibus incluſerat, cõſumpſere: ut pauciſſimi ſupereſſent, qui tantam cladem domi nunciarẽt. Tres Vngarorũ capti principes, ad Henricũ pertracti, ſuſpendio conſumunt. Decretis deinde pro tanta uictoria Deo iuſtis honoribus, & ſummę diuinitati dignis laudibus, per ſingulas eccleſias: Hoc idem ſanctę Dei Genitrici, ſanctiſq; omnibus, quod rex procurandum matri religioſiſſimę fœminę per nuncios inſinuauit. Quo facto, cum tripudio & ſumma letitia in Saxoniam rex reuertitur, & a populo ſumma cum uenęratione excipitur: neq; enim tãta uictoria quiſq̃ regum intra

multos annos est potitus. Magna erat Henrici patris de eisdem Vngaris uictoria: magna etiam materni eius aui, Imperatoris Arnulphi de Danis: sed ista exuperabat.

CA. VII.

Atrata tam insigni de Vngaris uictoria, ut gratior uideret altissi
p mo Deo rex, diuinã rem ornare cõstituit: In Magdeburgo nunc insigniter instaurata urbe, episcopatũ erigere moliebat: quã eccle siam omniũ Wandalorũ metropolim ordinare decreuit. Transtulit aũt de Vallersleue pontificatũ in Magdeburgũ, illustriorẽ locũ: nec putabat in sua prouincia superesse quenq̃ super cõsensu interpellandũ: paulisper in ea re uir militaris alioqui circũspectissimus, lapsus: q̃ secularis potestas quæ secularia sunt administrat: & de ꝓphanis, quæ Deo iubet cõsecrari, sacra facit: Iam autẽ diuinis usibus permissa, extra illius sunt ordinationẽ. Bern hardus Halberstadẽsis episcopus ordinationi regis se opponit: q̃ in illius parrochia esset locus quẽ nouç uoluit rex dioceſi applicare: Faciebat, auge batq̃ regi animos, q̃ paterna ditione locus ad se pertineret: Erat em̃ Bur grauius de Magdeburgo, qui regi permisit, ut eam arcẽ primæ cõiugi do naret titulo propter nuptias. Rex non ęque tulit, q̃ auderet episcopus suæ uoluntati cõtraire: Captũ ergo perduci iussit in Quedelenborg, & reclu sit in carcere. Sedit aliq̃diu bonus pontifex in patientia: si forte rex ad cor reuersus, illũ iuberet relaxari. Venerat sacra dies Dñicę cœnę: recolit epi scopus diuinorũ, quæ in ecclesia tum erant peragẽda ministeriorũ: lubet sa cras sibi uestes afferri: paretur. Indut⁹ orat aduocari regẽ: Erat enim tum eo loci. Venit arbitratus epũm mutasse sententiã, consensumq̃ prębiturũ ad rem quã instituerat. Vbi rex aderat, epũs eleuata manu, execrationem protulit & excõmunicationẽ in regem, qui man⁹ intulisset Christo Dñi. Nondũ erant desuper cõstitutiones, quę nunc sunt: interdixitq̃ sacris per omnẽ dioceſim. Rex amentiam interpretatus, q̃ tale aliquid captus mo liretur primũ uidebat rem excœpisse cachinno: Vbi profundi⁹ cogitabat sententiã pastoris putabat nõ esse cõtemnendã. Itaq̃ iussit mox laxatũ re mitti ad ecclesiã suã, & pmãsit res infecta per omnes dies, quib⁹ supererat q̃ũs memorat⁹. Post ei⁹ excessum, ut dicem⁹, res est cõsummata.

VIII.

E Vngaris parta uictoria sparsit cum laude famam Ottonis per
d omnes prouincias, peruenitq̃ ad Italiã, excitauitq̃ illã: ut exper tam prius Ottonis uirtutem imploraret aduersus Berengariũ & Albertũ, a tyrannide nõ temperãtes in Lumbardia, & aduersus pessimos mores summi pontificis Iohãnis. XII. qui pessimo ordine pontificatũ ade ptus, per impressionẽ, & patris sui potentiã, peioribus illũ moribus dede corauit: uenationi potius & adulterijs, q̃ consecrationib⁹, aut prijs ecclesiæ rebus intentus. Duo pręcipui erãt cardinales diaconi, qui occultis ad Ot tonẽ datis literis, perorabãt ut laborãti succurreret ecclesię: nunq̃ fuisse tu stiorem ueniẽdi in Italiã causam. Motus rex ire cõstituit: prius tñ rebus in Germania ordinatis, ne quid turbę nasceretur per absentiã. Eam Saxonię partẽ, quæ Wandalicis cõtermina est finib⁹ ad Albim fluuiũ, nullus post Wedekindũ dux administrauit; nam pater eius Hẽricus, & illius item ge

nitor Otto, & rursus Ludolphus, a regibus Germanię, qui tum ex Karolino sanguine rerū potirent, cōmendatas accœpere partes, potissimū superioris Saxonię iuxta Turingiā, in qua magna pars Saxonib⁹ parebat: quę postea cum uicina Francia & Hassia etiā accessit ditioni Henrici & Ottonis regū, cum omni Lotharingia. Interim uero ad Albim decliuiorē constituta prouincia, pręter uicinos pōtifices, quibus Magnus Karolus terrā subięcerat: cū intelligeret effrenē populū non tam armis q̄ religione strin gendum: non habuit gubernatorē: Visum est ex re optimo regi, peropus esse uiro etiā in ea regione, qui temporali gladio rem gerat, iam manuefactis Saxonū ceruicibus: presertim ad continēdos in fide uicinos Wandalos, gentē inquietā. Igit in Italiā profecturus tum rex Otto, cum longæuā prospiceret futurā expeditionē, ad Albim fluuiū prouinciā, quę erat extra pontificū iura, Hermāno cuidā acris ingenij uiro, ad tutelā cōmēdauit: cuius ante uirtutē & industriā in paucis rex erat expert⁹: Paruis quidē natalibus exierat, sed erat procero corpore, acri uisu, bonis moribus, fide præcipua in dños: quib⁹ rebus innotuit aulicis, & cœpit esse ex ministerialibus aulæ: deinde præpositus regijs liberis ad mores componendos. Huic ergo uiro præfecti nomine prouinciam rex commendabat Albianam, iam ante de iusticia probato.

CA. VIIII.

Eptem initio solos habebat Mansionarios in totidem prædijs & mansis: hi de furto apud illū accusati cōuictiq̄, uno omnes ab illo iussi necant suspendio. Mirant omnes, q̄ uir non locuples patrimoniolo suo non pepercerit, cui ademit cultores: quę seueritas in suos, ante charū postea fęcit esse omnibus chariſſimū. Adaldagus erat his temporibus archiepiscopus Hamburgēsis, cācellarius regius, cum ipso profecturus in Italiā, qui ecclesię suę prędia eidē Hermāno fęcit cōmēdata: Crediderim eius uiri authoritatē multū suffragatā Hermāno apud regem ad maioris gradus dignitatē: Postea uero q̄ meruit ducalē honorē, quod postea dicemus, in iudicio & iusticia gubernauit prouinciā: & in defensione ecclesiarū studiosus usq̄ in finē permānsit: nam & Hamburgēsi & Bremensi ecclesijs fuit admodū deditus & fidelis: multa bona faciēs in fratres, & in omnes Saxoniæ congregationes. Tali ergo uiro pijssimus rex Otto, & archiepūs Adaldagus, uices suas in hac regione cōmendātes, in Italiā sunt profecti. Rex Italiā ingressus cū magnis copijs militū, Berengariū & Albertum nusq̄ in apertū exeuntes, necq̄ acie obijciētes, ubicūq̄ inuētos obsedit, & pertinaci labore cœpit: mittēs utrūq̄ in exiliū: Berengariū in Germaniā, Francię urbē Bambergā: Albertū Constātinopolim, quo Gręcorū etiā Imperatori gratificaret. Otto autē his cōstitutis, protendit in urbē: ut illi quoq̄ ab pontifice laboranti succurreret. Cum appropinquaret urbi, insigni pompa ab Romanis est introductus: & Imperij coronā cum cōsecratione & Imperatorio honore suscœpit: quę res exinde seruat in hodiernum, initiū sumens a Karolo Magno. Quis uero pōtifex eum corona donauerit, uariant scriptores. Alij ab Iohāne. XII. alij uero ab Leone. VIII. ferunt coronatū. Primi aiūt Ottonē post sui consecrationē plurimū apud

Iohannē pontificē inſtitiſſe,ut frugi eſſet,& pontificia dignitate dignā ui
tam ageret,& ſanctimoniā ubiq; cum religione prę ſe ferret. Cum ſuaden
do minus proficeret,intuliſſe minas: quibus motū Iohannē, noctu diſceſ
ſiſſe,nec unq; poſtea uiſum in Romana ſede. Alij,q̄d ueriſimilius eſt,a Le
one conſecratū regē aiūt: quā ſententiā Gracianus probat. Sciebat Iohan
nes. XII. propter ſe euocatū Ottonē a cardinalibus: quor; alteri,re cōper
ta,manū,alteri naſum abſtulerit. Venire ira plenū, & ideo nō putabat ex
pectandū,ſed concito abierit. Veniente autē regē uocato concilio,acta Io
hannis ſubiēciſſe diſcuſſioni,& eum,re manifeſtata, indignū pōtificio de
iēciſſe: inq; locū eius ſubſtitutū Leonē. VIII. uirū omniū iudicio proba
tiſſimū: qui accœpta pontificali benedictione Imperatorem coronauerit.
Vtcūq; fuerit: omniū bonor; indicio dignus eo honore,ab omnibus tum
Imperator Auguſtus conſalutatur. CA. X.

Irum eſt cernere in literis eiuſdē Leonis papę,quā gratitudinē re
m penderit Ottoni & ſucceſſoribus,cum redderet Imperio,quę uel
Conſtātinus donauit,aut Karolus ex Lōgobardis accœpta, de
dit eccleſię,aut ante illū Iuſtinian⁹ cōfirmauerit,uel Arithpertus Lōgobar
dorum rex tribuerit. Ponendū duximus ad fidē exemplū literarū papali
um,q̄uis truncatar;. LEO epiſcopus ſeruus ſeruor; Dei, Ottoni ſpiri
tuali in Chriſto filio noſtro,Imperatori Auguſto,& omnibus ſucceſſori
bus eius Impatorib⁹,ac Italię regibus. Quę dn̄s Karolus, rex Frācor;,&
Longobardor;,& patricius Romanus,necnō Pipinus pater eius,de rega
libus rebus huius regni Italię tribuerunt in ſancta Romana eccleſia beato
Petro apoſtolo,ſiue per inſtrumēta fuerūt per Etheriū notariū, ſiue per ſa
cramenta uel donationes, ſeu per alios modos obuenerūt a Iuſtiniano Im
peratore,& Arithperto rege: hęc omnia largimur & diffinim⁹ uobis Ot
toni Imperatori,& Alheidę cōiugi tuę regnicq; conſorti,ueſtriſq; cōſorti
bus huius regni Italię ſucceſſoribus in perpetuū,præſentibus ſacroſanctis
Euangeliis,& patrociniis pluribus ſanctor;: uidelicet de cruce Dn̄i,& de
caligis pedum ſuor;,de ueſtimēto inconſutili,& ſuper corpus beati Petri.
ET INFRA. Vt hæc omnia habeatis & poſſideatis in perpetuum,ad
uſus curię militiar; ueſtrarū,ad bellandū & expugnandū paganos,& cō
tra rebelles Romano Imperio. Ideoq; per huius noſtri authoritatē Inſtru
menti cōfirmamus & corroboramus in omnib⁹ progeniebus ueſtris a ge
neratione in generationē in perpetuū: Nam ſi quiſq; hanc noſtrā authori
tatem deſtruxerit,& huius uiolator repertus fuerit, ſiue cōtra hoc agens,
ſciat ſe in iram beati Petri principis apoſtolorū,& noſtrā,noſtrorūq; præ
deceſſor; caſurū. Inſuper niſi a malo reſipuerit,ſubiaceat legi Iuliæ,reus re
gię maieſtatis,& reipublicę: ut hi qui contra rempublicā, uel cōtra Impe
ratoris maieſtatē aliquid moliti fuerint,animę amiſſionē ſuſtineant,& bo
na eor; publicent. In his actis interfuere archiepiſcopi & epiſcopi de uici
nis comitatibus: Archiepūs Calaritanus,epūs Ciconatus,Euſtachius Al
banenſis epūs,Gratioſus Preneſtinus epiſcopus,Martinus Narniēſis, Be
nedictus Tiburtinus,Beardus Caſtrenſis,Iohannes Peruſinus,Georgius

Ortenenſis, Georgius Tudertinus, Valentinus Merenẽſis, Andreas Mo-
mẽtanenſis, Theodoſius Milecẽſis, Sanianus Feranẽſis, Albertus Luceri-
nus, Damianus Alanus epiſcopi. Georgius ad Vincula, Benedict⁹ ſanctæ
Marię de Preſepi, Leo ſanctę Ieruſalem, Ianuarius ſanctę Cecilię, Andreas
patriarchatus Lateranẽſis, Iulianus item Lateranẽſis presbyter, Fauſtinus
ſancti Petri, cardinales, omnes presbyteri. Fauſtinus caput ſenatus, excon
ſul, Probinus excõſul palatio Luciano, Romanus de forma Traiana, Pau
lus de Templo palatinus, Iohãnes de uia Claudia, Leo de uia Salaria, Re
migi⁹ de uia Aurelia, Stanph⁹ de uia Mamertina, Romulus de uia Arde-
atina, Gardus de uia Flaminia, Marcus de uia Portuenſi, Gorbus de uia
Latina, Saninus de uia Appia, Mecian⁹ de uia Tiburtina, Gardus de ma-
cello Lydię. His actis etiã interfuere de omnibus his regionibus: Regio
Vicopatritij, regio Vialata, regio Caput tauri, regio Celiomõte, regio Ri
ui argentarij, regio prima Auẽtini, regio Ad duos mõtes, regio urbis Ra
uenne, regio Octaua ſub capitolio, regio Ad gallinas albas, regio Lyban-
tica, regio Horea, regio Sictim, regio. II. Mamertini, regio ſec⁹ portã Me-
troni, Ianuarius ex Neta Græcorũ, Traianus de ponte Molbis, Iohannes
cõſul de palatio Soſaritano, Amacius cõſul de palatio Vaticano, Iobianus
de Monte aureo, Petroti⁹ de Cirto, Gregorius de Cella noua. Scripta per
manũ Gregorij archinotarij noſtri. Datum in patriarchio Lateranẽſi. III.
Cal. Maij. Anno Sedis noſtrę. II. & dicti Ottonis. II. fœliciter. XI.

a Duerſus ea antiquitatis teſtimonia conſurgent qui affirmabunt
prẽmiſſas non eſſe papales, ſed adulterinas literas, quę ſtilum Ro
manę curię non preferũt: quaſi unus ab initio fuerit ſcribẽdi pon
tificibus character, & non ſępe demutatus, donec ad eum qui nunc ſeruat
deueniret. Fateor & ipſe nonnulla eſſe in hac formula quę ineptias pręfe-
runt: Sed queſo te: Num meliora ſunt quę in corpore Decreti ſub nomine
Conſtantini præferunt illã immẽſam donationẽ Silueſtro factã, in longa
illa Palea, Conſtantinus. Quã donationẽ nulla eſt ſequuta traditio: Nam
Imperatores proximorũ temporũ omnia illa poſſederũt, quę ibi ſancto Pe
tro donata memorant. Habet maiorẽ longe ueriſimilitudinẽ apud haben
tem temporũ rationẽ hęc Leonis reſtitutio Ottoni facta, q̃ illa Conſtãtini
donatio: nam Otto Imperator iam tunc depulſo Berengario & Alberto,
tenuit omnia in poteſtate, quę ante fuiſſent ſolo nomine Romanę eccleſiæ
nullis uſibus, nullis obſequijs obnoxia: facile potuit reddere quod nõ te-
nebat: Iuri reſignauit rerũ quas tueri non poterat. Eas quippe & iſte Ot-
to, & filij, & nepos poſſederunt: quod ſequens narratio manifeſtabit. Ha-
buiſſe hic pontifex cum Ottone ſimilia commercia putabitur illis, quę Pi
pinus Karoli pater cum ſui temporis põtificibus: a quibus donatus Fran
ciæ corona: nihil magnum fęcit, ſi capta a Longobardis eccleſię contribu-
it. Et Leo horum temporum pontifex, ab Ottone in pontificatu defenſus,
grati animi indicia fęcit, reddens quæ ſolo nomine poſſideret: ut haberet
Imperator, quod pontifex tueri non poterat. Sed hęc hactenus. Digreſſi
reuertamur ad res Saxonicas proſequendas. CA. XII.

Ttone iam Imperatore cum exercitu Roma abeunte Spoletũ, pã
o candę Italię gratia, Romani, prę ſertim Iohãnis cognati tumultu-
antes, de illo reducendo ęgerãt cum populo: perfęcerũtq; ut Leo
eijceret, & Iohãnes reuocaret: qui an reuocat⁹ redierit, aut foris mortuus
ſit, incertũ eſt: Hoc cõſtat, ſiue reductus, ſiue exulãs, in adulterio cęſus, mo
ritur. Leo eięctus ad Ottonẽ confugit: Sequuti ab urbe legati orauerunt,
ut populi in hac re uolũtati cõdeſcendere dignaret: ut non Leonẽ, ſed Be-
nedictũ. V. pontificẽ haberẽt. Reſpondit Imperator conſtantiſſime: prius
ſe regnũ & Imperiũ q̃ Leonis iuſti pontificis defenſionẽ intermiſſurũ. Ea
uocis conſtãtia, & uultus acrimonia uiſus eſt dicere, ut legati irritã cernen
tes legationẽ, triſtes redirent in urbem. Romani ubi audiuere legationis
euentũ, nihilominus in ſentẽtia perſtitere, ut conſecratũ Benedictum pro
pontifice uenerarent. Imperator ubi comperit, agrũ Romanũ uaſtauit, ur
bes ſubditas cœpit & diripuit, ipſam Romam arcta cinxit obſidione, uſq;
ad caritatẽ annonę in ea. Scribit Sigebertus interuẽtu Leonis placatũ Im
peratorẽ, ueniã dediſſe erratis, ſi reſipiſcerent: q̃uis Romani tam in Leonẽ
ante fuerint cõtumelioſi, ut ab illo ordinati, ſuũ deſerere ordinem cogeren
tur: & chirographis datis teſtari: Pater meus nihil ſibi habuit, nihil mihi
dare potuit: Prętendentes, Imperatoris impreſſione creatũ põtificẽ, nullã
a Deo accœpiſſe poteſtatẽ: tanq̃ non ingreſſus per oſtium: Cum tñ Impe
rator legitimo epiſcopor̃ uocato cõcilio, Iohannẽ ter uocatũ nec compa-
rentẽ, per concilĩũ curauerit deſtitui, & Leonem, ſe nihil agẽte, ſurrogari.
Placatus Imperator, accipit iuſiurandũ a Romanis, nullo ſe unq̃ tempore
de pontificatu intromiſſuros. Non tam cito dorſum illis obuertit, iterum
Leo pellit, Benedictus ſurrogat. Iam cõmotior redit Imperator: Vrbẽ ſo-
lo minat ęquare, ni reſtituto in ſedem ſuã Leone, Benedictũ dedant. Quid
facerent? Videbat quod cõminat poſſe implere: Faciũt imperata: Leonẽ
collocant, Benedictũ dedunt. Scribit idem Sigebertus, Benedictũ priuſq;
dederet, a Leone eſſe exarmatũ, & omnibus ſacris ordinibus exauthora-
tum, &, ut uerbo illius utar, exordinatũ. Erat, ut diximus, in comitatu Im
peratoris Adaldagus Hamburgẽſis archiepũs, Imperialis cancellari⁹, qui
iam annũ quintũ aberat ab eccleſia ſua: reuocat⁹ crebris ſuor̃ literis & la-
chrymis, cum immiſcerent minas: Qua re inſtitutus ab Imperatore popo
ſcit miſſionẽ. Annuit Imperator, Benedictũ illi cõmeudãs, ut ſecũ ductũ,
perpetuo teneret in prouincia. Ita Adaldagus Benedictũ quondã ſummũ
pontificẽ perduxit Hamburgum: ibiq; paucis ſuperuiuens idem diebus,
dolore animi confectus, diem ſuum obijt.

CA. XIII.

Ic teſtant conſona uoce Italicor̃, Gallor̃, & noſtror̃ annales, ita
s monſtrat inſcriptio ſepulchri. Erubeſcãt igit qui ex hoc die fabu
lant martyrio fuiſſe coronatũ Benedictũ Hamburgi cum cardi-
nalibus, ducibus, & comitibus: quam anilem delirationẽ pleni⁹ in noſtra
Metropoli confodimus. Libet uerba inſerere noſtror̃ annaliũ. Reuerſus
in patriã Adaldagus, duxit in comitatu ſuo Benedictũ papam ordinatũ,
ſed ab Ottone Imperatore depulſum, quem ille in Hamburgo mancipari

præcepit. Archiepiſcopus uero ipſum cum magno honore uſq; ad obitū eius detinuit: nam uir ſanctus literatuſq; fuiſſe dicit̃: qui & dign⁹ apoſtolicę ſedis uideret̃ Romano populo: niſi q̄ per tumultum eſt electus, eiecto eo, quē ordinari præceperat Imperator. Igit̃ in ſancta cōuerſatione uiuens, alioſq; ſancte uiuere docens, cum iam Romanis poſcentibus a Cęſare reſtitui debuiſſet, apud Hamburgum in pace quieuit. IIII. Nonas Iulij. Erat aūt ſupputatione annaliū, cōcordante Euſebij cōtinuatore, poſt nongentesimū ſexageſimuſquartus. Et inde cōuincit̃ error in ſepulchri eius inſcriptione, quę temporibus non reſpondet. Interea Imperator rebus in Italia pro tempore cōſtitutis, deſcendit in Germaniā, & peręgit Pentecoſtes ſolennitatē Aquiſgrani: Eo cōuenerat omnis nobilitas de Imperatoris genere: Soror eius Gerberga, regina Francię: Soror Hadnida, uxor Hugonis comitis Pariſior̄, quor̄ filius Hugo poſtea regnauit in Francia. Mira ſolennitas & rerū pompa, pro Imperatoria magnificētia, ad conuentū tam magnę latęq; nobilitatis. Ibi Bruno archiepiſcopus Coloniēſis, frater Ottonis legationē ſuſcipit in Franciā, ad cōponendos nepotes ex ſororibus. Compendij dum eſſet, in formula cōpoſitionis laborās, febre correptus, teſtamēto ordinato, cōceſſit e uita: Vir omni uirtutū genere laudatiſſim⁹: qui & religioſam & ſęcularē militiā pariter impleuit: non enim deerat eccleſiaſtico miniſterio: pariter a fratre conſtitut⁹ gubernator Lotharingię: quæ iam diu prouenit per Ottonē Romano Imperio. Wilhelmus quoq; Ottonis Imperatoris filius, archiepiſcopus Mogūtinus, per eadem quoq; tempora emigrauit.

CA. XIIII.

Emanſit Imperatori fixa de Magdeburgenſi ſede ſurrigenda ſententia: etſi temporaliter per Bernhardū Halberſtadenſem epūm intercludereť. Prouiderat iam Otto ut ad eam rem ſummi pontificis decretū haberet, etiam repugnante epiſcopo ualiturū: Sed iam Bernhardus in fata cōceſſit: ſucceſſorq; illius, pręſertim accedēte Romani pontificis ordinatione, non iam ſe oppoſuit Imperatori. Hildewardus is erat: qui cernens ſummi pontificis & Imperatoris in unam rem cōcurrere conſenſum: nec potuit, nec debuit, nec uoluit colluctari. Igit̃ de latiſſima ſua diœceſi permiſit nouæ Magdeburgenſi quantū ſat erat: cōſtitutis limitibus ad utrāq;, qui extāt hodie. Inde uero eccleſiā de Vallerſleue, quo illā pater eius fundauerat, tranſlatā, in Magdeburgo fęcit erigi: omnibus inde prouentibus qui prioris erant eccleſię, inde pariter tranſlatis in nouā, & adauctis de Impatoris munificētia. Tum uero migrare iuſſi fratres, inuiti abierunt: inq; montē uicinū urbi conceſſerūt: Ibi Imperatoris ope monaſteriū quod floret hodie, erexerunt: diu tñ eius rei triſtē repetētes memoriā. Per multos annos in uigilia beati Laurentij, qua emigrarūt, nudis pedibus eccleſiā ſuam, uotis cōſtricti, repetiuere. Imperator aūt nouā eccleſiā metropolitico ſplendore in honorē ſancti Mauricij iuſſit dedicari: q̄ eius ſancti patrocinio uteret̃ in pręlijs. Sunt tñ qui ſcribāt, inter crebra quę geſſit bella aliquando nolente ipſo ſubuerſam eccleſiā aut monaſteriū diui Mauricij honore ſacratū, hanc tutelari ſuo ſancto fęciſſe cōpenſationē. Trāſferri

iussit sanctū Adalbertū de monasterio sancti Maximini in Treueri ad archiepiscopatū quē ille ibi gessit ad annos pene quatuordecim: Subiectosq; illi episcopatus sex suffraganeos, Mersburgēsem, Misnensem, Citzensem, in Salę fluminis ripa, Brandēburgēsem, Hauelbergensem, & Porenēsem: qui an sit in Lubucēsem translatus, non enūcio: Hoc compertū teneo, Lubucensem ex Polonia in ditionem Brandenburgēsem ex legitimis cautis esse translatū. De Porena nihil usq; hodie compertū habui. Per quæ etiā tempora Wichmānus quidam ex aulicis, cum haberet nonnihil unde sibi male ab Imperatore timeret, profugit in Wandaliam: gentem inquietam incitans, ut in Saxoniā faceret excursiones. Iam Parthenopolim, siue Virginopolim malis, aut Magdeburgū urbem Otto Imperator insigniuerat quę Wādalis caput esset: Iam ecclesiā erexit in honorē diui Mauricij: cuius monasteriū in expeditione, q̄d diximus, euersum est. Episcopū Adalbertū inibi fęcit consecrari, ut populū erudiret Wandalorū, & in fide Christi pariter & Imperatoris cōseruaret. Sed pręualuit pessima machinatio Wichmanni. Egressos ad pugnā Wādalos Imperator excœpit, & fortiter repulit uersos in fugā, cum multi corruissent. Nec longe post Wichmānus ille desertor cum inter Wandalos ageret, cœpit tedere populū incentoris. Inuentus est qui perfugam auferret de medio in gratiā Imperatoris: & parum erunt in reliquū dictis imperatisq;.

CA. XV.

Extitit causa qua iterū Imperator in Italiā uocaretur: nam Leone VIII. subuerso, Romani statim post Imperatoris abscessum, artibus solitis quos oderūt de medio tollunt: Iohannē. XIII. pontificem simili odio infectant: Captū enim a tyranno quē ad hoc inuitauerāt, perduci sinūt in Campaniā. Id cū resciisset Imperator, non literis, non nuncijs agēdum rat⁹, seipsum accinxit cū exiret cum exercitu. Hermannū antea præfectū inferioris Saxoniæ partiū constitutū, cum illū probe omnia administrasse cōprobaret, ducali insignitū honore prouexit, ut sedeat cū principibus. Hic est ille ducatus quē usq; hodie administrant duces Saxonię, ad Albim habitantes deuexiorē: Qui etsi ab olim latioribus terminis tenderet, ab Henrico duce cognomēto Leone ad eas angustias est perductus: quod suo tempore cōmemorabimus. Nouū autē principē nouis armis insigniuit: lasurij coloris Leonē in albo donās, interiectis maculis per campū: quę nunc arma Luneburgēsis sunt ducatus: Vnde cōiectura est, eam quoq; ditionē tum extitisse in Hermanni principatu: Nam arma quę nunc prę ferunt Saxonię, aliā, quod dicemus infra, præferūt originē. Tum uero Imperator assumpto secū Ottone filio, quē superiori tempore regem Aquisgrani Germaniæ iussit coronari, ad Italiā peruenit, Romāq; petijt. Effusi urbe Romani, Imperatorē quanto poterāt honore inuexerāt. Blandiores erant in obsequio, q̄s maior in pontificē culpa cōstrinxit. Dissimulanter omnia Imperator initio habuit, donec in stationes suas milites collocarent. Vbi omnia ex sententia constitere, iubet acciri populū: uentilari quęstionē de male habito pōtifice. Culpati cōsules cum præfecto: insimulati decarchones, qui ex populo allecti decem numero, senatum ęgerunt,

Relegati in Germaniã consules. A trabe appensi decarchones: ipse præfectus ludibrio habitus per urbem: cum flagris cęderet, missus est post consules in Germaniã exulaturus. Saraceni tum in Calabria & Salẽtinis erãt, foti a Gręcis, ut Imperatorẽ Ottonẽ deterrerent, & Italiã pro suo tenerent principatu. Ottonẽ tum uarijs in locis, multisq; pręlijs conflixisse, etiã Italici ĩcriptores testantur: sed non unã omnes asserunt causam. Alij non aduersus Saracenos duxisse Ottonẽ cõtendũt: Sed in Gręcos Italię incolas, qui desponsatã Ottonis filio Nicephori Constãtinopolitani Imperatoris filiã tradi a patre prohibebant: Vtcũq; fuerit: pręlio illis ex quacũq; causa Imperator congressus, eos fudit, ac pene omni Calabria Apuliaq; expulit. Quin insuper Constãtinopolitanus populus amissarũ de Italia prouinciarum iacturã in Nicephorũ referens, qui sponsam filiã marito tradere noluerit, arreptis armis illũ interfęcit, ac Iohãni filio Impiũ demandauit. Certum est autẽ omniũ testimonio Ottonẽ. II. primi filiũ Theophaniã Iohannis Imperatoris Constãtinopolitani germanã accœpisse coniugẽ: quã Iohannes. XIII. Romanus põtifex simul cum marito in Lateranensi patriarchio coronauit: nam Otto pater, filium Ottonẽ, re in Saracenos Gręcosq; bene gesta reuersum, consortem asciuit Imperij: uoluitq; Imperatorẽ a Romano populo, ex prisca consuetudine acclamari: Quẽ tum pontifex inunctum, Imperiali diademate insigniuit: Eaq; in Ottonis. II. coronati celebritate, Iohannes pontifex Capuanam ecclesiam ad Pandulphi principis merita, metropolitanam constituit. Inde in Germaniam Imperatores mouerunt per Gallias

CA. XVI.

h Ermannus interim Germanię nouus dux cum eas teneret partes cõmendatas quę Wandalis obiacẽt & Albi flumini, pene omnia possedit quę nunc tenet dux Luneburgẽsis, & dux inferioris Saxonię. Extruxit aũt arcẽ in montẽ, appellauitq; Luneburg: Non, ut fabulantur imperiti, ab idolo Lunę, quod ibi sacrauerit Iulius Cęsar, aut nescio quis alius: hoc enim fabulosum supra cõuicimus: Sed a uicino loco Lune ad riuũ Elmenow: ubi nunc degũt sanctimoniales ab aliquot sęculis. Sic enim accipiũt arces uocabulum, uel a loco fundationis suæ, uel ex propinquis qui nominatior est. Hunc ego nouũ ducem Saxoniã quoq; Transalbianã tenuisse crediderim: q; limitaneus esset ad uicinas Danoꝝ Wandalorũq; nationes arcẽdas ab incursionibus, quas Normanni Dani crebras fęcerant superiori ætate, cum a Ludouicis, Karolis, Arnulpho, Reginberto, alijsq;, quos supra cõmemorauimus, proceribus retropellerent: Nunc uero postq̃ permisit rex Otto Danoꝝ regi Sleswicũ, in quo pater ei⁹ marchionẽ creauerat, opus erat præside ac duce, qui limites regnorũ seruaret. Terrã uero Brunswickcẽsem, quæ postea in ducatũ erigit, & rursus Gottingensem, & quę Trãssyluana dicit, cum terra Wittenbergẽsi, quæ nunc superior dicit Saxonia, & omnẽ Misnam Turingiãq; tum Saxonici iuris pro se ac posteris, seruauere Imperatores: Alioqui stultũ fuerit ditare extraneũ, & suos exhęredes facere. In hac arce noua nouus dux ut religioni inseruiret, gratus Deo qui illũ prouexerit, ut suscœptus de puluere priua-

tæ familię,ſederet cum principibus,monaſteriũ inſtruxit ad arcẽ, in hono
rem ſancti Michaelis archangeli,ſub regula diui Benedicti: trãſferens ab
batẽ primũ Ludericũ de cœnobio.S.Pantaleonis ex Colonia. XVII.

Rat poſt natũ Chriſtũ annus.DCCCCLXXIIII.cum Impera
e tor Otto Paſchæ ſolẽnitatem in urbe Quedelenborg cum filio,
principũ magno cõuentu perẽgit: & multa conſtituẽs in prouin
cias,reſpexit in primis Magdeburgenſem urbẽ & eccleſiã:quia illã requi
ei ſuę prouidit.Inſignẽ uirum Adalbertũ primũ illi fęcit ordinari,ut dixi
mus,archiepiſcopũ: illicq; ſubiecit omnes epiſcopatus per Wandaliã, quã
tunc dixere Sclauoniã:Erat tñ epiſcopatus in parte Trãſalbina Wandalię
in loco Aldenborg,Hamburgẽſi ſubiectus:is autẽ poſtea trãſlatus eſt, ut
in Wandalia diximus,Lubicã.Maritima autẽ reliqua Wãdalię necdũ ad
fidem Chriſti peruenerãt:in quibus Zwerinenſis,Ratzeburgẽſis, Cami
nenſis dioceſes terminos ſuos habẽt longe poſt limitatos.Tertia aũt feria,
quã uocant diem Martis, ante Pentecoſten eius anni, uenit Imperator ad
locũ qui dicit Mimlewa:Proxima nocte tranſacta, hora conſtituta lætus
ad mẽſam cõſedit:Veniẽte tẽpore,ueſpertinis laudibus interfuit:ſed per
acto Euangelico eius officij cantu,cœpit ęſtuare,ac ſpiritu fatigari:Quod
cum intellexiſſent principes circũſtantes,impoſuerũt eum cubili:inclinan
tem autẽ caput quaſi iam deſeciſſet,refocillarũt:expetitiſq; ſacramẽtis ec
cleſię,& cum ſumma ueneratione perceptis,ſine gemitu cum magna tran
quillitate ſpiritum Dño reddidit,Nonis Maij,quarta feria ante Penteco
ſten.Inde tranſportat in cubiculũ:& cum iam ſero eſſet,tranſitus eius po
pulo enunciat:Cuius corpus magnis lugẽtiũ exequijs a filio rege trãſlatũ
eſt in ciuitatẽ, quam ipſe extruxit, Magdeburgũ:ibicq; honorifice tumu
lat.Extat hodie ſepulchrũ eius in crypta.Aiunt,qui ætate noſtra uiderãt,
corpus eius poſt annos ſupra quingentos ita balſamo ſtare firmatũ,ut ue
lut in ſella conſideat ille ſum:Cui9 tumulus ut magnifice renouet,expoſcit
egregia illius principis in Saxoniã,primũ patriã,deinde in omnẽ Germa
niam, demũ in omne Imperiũ & uniuerſam eccleſiã catholicã,merita: Ro
manum enim Imperium ab illo magnifice propagatum,exquiſitum hono
rem,& perẽne memoriale ſuo iure depoſcit, ut eius in terris memoria per
maneat diuturna:&,ſi fieri poſſit,ſempiterna;quem ad meliora regna rex
tranſtulit immortalis. CA. XVIII.

Tto.II.patri filius ſuccedit in regno & Imperio:immo iam uiuẽ
o ti,& regnãti,& imperãti,ut uoluit,acceſſit,decedenti aũt patri ſo
lus ſuccedit: nam frater Ludolphus natu maior,iamdudum con
ceſſit in fata.Hẽricus autẽ Bauarorq; dux, frater patruelis huius Imperato
ris,nonnihil rebellionis oſtẽdit Imperatori:& uſq; ad arma diſſenſio pro
ceſſit:ſed edomitus malis,ceſſit Ottoni, ac in ius eius nihil repugnans con
ceſſit.Inde Imperator cõuertit arma in Wandalos,qui Ottoni.I.uita fun
cto cornua erexerunt: ut fieri ſolet ſemper motus initio nouorũ ubicq; re
gnorũ:Sed didicerũt malo ſuo non temnere diuos: Superueniẽs enim re
bellibus,motus eorq; cõpreſſit;coęgitq; dicto parere.Hæc fuere initia no

ui in Germania regis. Deinde ſup Lotharingię regno (quod Gallici ſcri-
prores uocant Auſtraſiã, ex Germania mendicato uocabulo, ꝙ in orientẽ
uergit a Gallijs: ducat⁹ quoꝙ Metenſis nõnunq̃ inſcribit: ſed iam prę ua-
luit conſuetudo, & obtinuit, ut Lotharingia appellet) Imperatori cum re-
ge Francię Lothario fuit cõtentio. Erat Lotharius Gerbergę fili⁹: ea fuit
germana Ottonis. I. Igit cõſobrini Otto Impator & Lothari⁹ rex Fran-
cię, de Lotharingia arma ſumpſerũt. Prior Lotharius, cum Otto necdum
quicq̃ moliret, pacato agmine uenit Aquiſgranũ: cum Impator nihil ho-
ſtile proſpiciens, ibi cum cõiuge moraret: Capit de repente urbs tota. Im
perator cum familia uix elabit: Ad prędã ſparguntur milites Franci: acer
uatiſq̃ omnibus, quę uel de apparatu Imperatoris, aut uniuerſa urbe poſ-
ſent corradere, exaturati redeunt in Franciam: quem non longo interpo-
ſito tempore Imperator Otto cum magnis copijs inſequit: Caſtra e cõſpe
ctu Luteſię Pariſior̃ ponit: Fit eruptio a ciuibus: cõſerunt manus. cadunt
utrinq̃ nõnulli: inter alios nepos Imperatoris. Suburbia ciuitatis exaſpe-
ratus Otto incendit. Nec morat Lotharius, cũ Hugone Magno, & Hen
rico duce Burgundię hoſtẽ aduſq̃ Iſaram fluuiũ inſequi: ubi atrociſſima
inſtituta pugna, tam multis utrinq̃ occiſor̃ cadauerib⁹ riuus oppletur: ut
a cõſueto fluxu Iſara impedit⁹, in agros ſeſe effunderet. Hoc tam cruentũ
bellum, inter ſanguine cõiunctiſſimos, mirũ quomodo tam acerbũ conti-
gerit? Erant enim Lothari⁹ & Hugo ex geminis Ottonis. I. ſororib⁹ nati,
hui⁹ ſecũdi conſobrini. Sed quid nõ cogit habẽdi amor? qui chariſſimos
inuicẽ ſępe fratres cõmiſit. Pacatis demũ regibus, Auſtraſiã, cui⁹ cauſa bel
lum gerebat, Ottoni Lothari⁹, reclamantib⁹ multis regni proceribus de
Francia permiſit: repugnãte etiã Hugone Abbate, qui inde accępta occa-
ſione, regnũ quęſiuit & occupauit. Nam Lotharius nõ inde diu cõceſſit
in fata. Appellatus eſt autẽ Hugo per contumeliã cognomento Abbas ꝙ
ſe rebus monaſteriorũ, quas plures illis eſſe q̃ opus uideri dixit, implicuit,
ſeipſum Abbatẽ appellans.

CA. XIX.

Vſtulit aũt Otto ex cõiuge filiũ Ottonẽ, & tres filias: qnarũ una
5 in Gandershem, altera in Quedelenborg prędatũ accępere: ma
lentes in uirginea puritate ſeruire Deo, q̃ tyrãnidi ſeruire marito
rum. Frequentes aũt ſententię ſuę, & quas imitarent ſui generis authores,
plurimas, & quę illarũ ſequutę ſunt exemplũ, habuere crebriores. Tertia,
cum eſſet inter ſacras uirgines in Ratiſpona, incertũ habẽs quid ſequeret,
rapta eſt ab Vdalrico Bohœmię duce, qui illã coniugẽ depoſcebat. Pater
exempli perniciẽ deteſtatus, ſimul iniuriã reputans atrociſſimã: ꝙ auderet
uir barbarus in Imperatorẽ Romanũ hoc, q̃d priuati in priuatũ ſine ſum-
mo ſcelere non cõmitterent, armauit ingentes copias, & ſequutus raptorẽ
in prouinciã eius, igne & ferro cuncta uaſtabat, fœdabatq̃. Occurrerunt
Bohœmi uim prohibituri: Cędunt miſere: Ipſe Vdalric⁹ ad interiora pro
uincię peruenięs, raptã orabat, ut ſe intetponeret, patrẽ exorans: ut generũ
non degenerẽ dignaret agnoſcere: non indecorẽ futurũ regno, modo pri
mę piacula culpę remittat. Puella ad patrẽ progreſſa exorabat, iram pone

ret: ſe, qñ ita uiſum ſuperis, Vdalrico permitteret uxorem. Venit ſub aſpectum dux ipſe, & genibus prouolutus, ueniãq; precatus, impetrauit. Hoc tempore idem Otto reliquias diui Stephani ex Italia ꝓductas, in eccleſiã Halberſtadenſem ad honorẽ beati martyris ibi patroni, decẽter iuſſit collocari. Interea oriť grauis inter fratrueles ſimultas, Ottonẽ Imperatorẽ, & Henricũ ducem Bauarię. Imperator, ſubmiſſis qui rem per inſidias ageret capi iuſſit Hẽricũ, & aliq̃diu captũ tenuit. Wãdali quoq; ne quid deeſſet turbationis, quos pater Otto imperata facere coęgit per ſua tẽpora, nunc rebellarunt: in quos Cæſar armauit Saxones ſuos, & ad internecionẽ obuios cęcidit. Ingens multitudo, ꝓſtrata memorať, triginta milliaſeptingenti. Qua victoria exhilaratꝰ Imperator, ueniã dabat fratrueli, laxans uincula eius: ut in reliquũ tempus illum haberet obſequentiorẽ. Ferunt nõnulli, quod apud me fidẽ tenuem habet, hunc Ottonẽ tributo adęgiſſe Lumbardos: ut quotannis perſoluerent Imperatori tributi nomine libras auri ducentas. Id aurũ fertur collegiſſe Wilhelmus archiepũs Moguntinꝰ Imperatoris huius germanus frater, annis tribus cõtinuatis. Inde conflatam crucẽ aureã, qua cõdecorauerit uſq; hodie eccleſiã Padeburnen. Primũ: quis credat auri talẽta pontifici permiſſa? deinde in crucẽ cõflata? Demũ, quod eſt omniũ alieniſſimũ, in longinquam eccleſiã, & ſua minorẽ eſſe ea dona collata quis feret?

CA. XX.

INterea Imperatores Cõſtãtinopolitani, nullo affinitatis ad Ottonem habito reſpectu: cum intelligerent Ottonẽ grauiſſimo in Francia bello implicari, unde ſe non facile explicaret: cõſtituerũt prouincias, quas de Italia Nicephorianis temporibꝰ amiſerũt recuperare. Otto uero, poſteaq̃ Lotharingiã receptã, iniuriaſq; apud Aquiſgranũ acceptas ultus eſſet, pacẽq; cum Lothario rege firmauiſſet, ueniens in Italiam, & uxorẽ ſecum ducẽs Theophaniã, Taureſienſes attigit, qñ de leuiorum ſuorꝝ impetu certior eſt factus. Tradunt nõnulli ſcriptores Ottonem priuſq̃ in Grẽcos duceret, copijs Hadriatico traductis, Sclauoniã ac Dalmatiam inuaſiſſe, magnaq; in illis regionibus Grẽcorꝝ preſidio deſtitutis, rerum prẽda, & mortaliũ cęde cõmiſſa, Romã ſe contuliſſe: Eo cum peruenisſet, repentino tumultuarioq; delectu per omnes Italiæ regiones, ingentes copias coactas, ad diem cõuenire iuſſit: & cum Germanorꝝ, Gallorum, Lumbardorũ, & aliorum Italię populorũ, immenſo exercitu Romam profectus, prima ad Beneuentũ cępit ſtatiua: Quo cum Romanorꝝ copię peruenisſent, datas quoq; a Beneuentanis, Capuanis, Neapolitanis, & Salernitanis turmas, in ordinẽ prẽmitti curauit regionũ gnaros facto poſtea agmine profectus, non prius quadrato exercitu cœpit incedere, q̃ Apuliam eſt ingreſſus. Apud Baſentellũ exercitꝰ hoſtiles ſunt obuiam tacti. Ibi inſtituta pugna, Grẽci Impatores, Saracenos multos habuere cõductos: & cum pugna conſereretur, primi Romani, & deinde Beneuentani, ſigna deſeruere, nulla ui hoſtiles uultus ferre potentes. O uiuidã illam quondã priſcorum Romanorũ uirtutem: O nomen ſpecioſum in umbra: Horum fuga conſpecta, cæterorum frægit animos. Saraceni, Græciq; grauiores

inde incubuerunt, donec fuſę diſſipatęq; ſunt omnes Imperatoris Ottonis copię. Quo in prelio occiſis pene ad internecionē legionibus, & Romanꝰ Imperator, & omnis Italia neruos omnes ita amiſit, ut facile Gręcis & barbaris fuerit, ſi uictoria uti ſciuiſſent, Roma omniq; Italia potiri. Hęc eſt illa colluuio molliſſimarū gentiū. Q; ſi longe paucioribus ex Germania copijs fretꝰ fuiſſet Impator, nō hoc Imperij detrimentū cum dedecore incurriſſet: indubitatā uictoriā, ut ſemper alias maiores ſui, ipſeq; reportaſſet. Emolliuit iam Italos clemētia cœli, poſtq̄ ille ab alto prominens fauor numinū ſubtractus abceſſit. Otto Imperator fugiens, cum repente ad littus ſcaphę ſe cōmiſiſſet, a piratis quis eſſet ignorātibus intercœptꝰ eſt, inq; Siciliā perductus: ſed ibi agnitus, ſeſe Siculis, ingēti promiſſa pecunia, liberari, Romāq; perduci optauit, obtinuitq;: & de piratis ſumptū eſt a Siculis ſupplicium. Cum Romā peruenisſet Otto, perquirēdis contrahēdiſq; fracti exercitus ſui reliquijs diligenter operā impendit: Et quia copiarū præſidio deſtitutus, in deſertores ſignorū Romanos animaduertere non audebat, iram in Beneuentanos exercuit: etenim integris, qui turpi fuga prolapſi in urbē redierant, cæteros addens Romanos qui arma ferre potuerūt, tanq̄ hoſti aliquo in loco ſe oppoſiturus, ſimul cum reducibus ex cōflictu eduxit: & Beneuētanos adortus imparatos & nihil tale timētes, urbē cœpit, ſpoliauit, incēdit: percq; eam occaſionē aſportatas diui Bartholomęi reliquias Romam in inſula Iouis primo dicta, & poſtea Licaonia locatas ferunt. Ottonē Beneuento deleta, in urbē Romā reuerſum, nihil pręterea rerum nōnulli tradūt pęgiſſe: Inq; decimū uſq; ānū poſt patrē tenuit Imperium: & morbo ex labore contracto, accedente graui ignominia, quā etiā Imperatrix fertur auxiſſe, cum uicto illuderet, diem ſuum obijt Romę: honorato conditus ſepulchro apud ſanctum Petrum: Anno poſt natū Chriſtum nongenteſimooctogeſimoquarto.

CA. XXI.

VNt authores qui hunc Ottonē cum in Italia eſſet, Saracenicq; in Sicilia mari digraſſarētur, populātes omnē Chriſtianā ditionē, armaſſe non cōtemnendā claſſem, & obuiū hoſtibus profectū, manꝰ conſeruiſſe cum illis: tantūq; ſanguinis eſſe fuſum, ut decoloratū inde magna parte mare cerneret: ſed ipſum cum toxico uenenatoq; telo pcuſſum, ſem per uulnꝰ ad mortē uſq; habuiſſe: nec enim multo poſt tēpore in fata conceſſiſſe. Fine autem Ottonis .II. ex more celebrato, Germani proceres, qui tum Romę frequentes aderāt, de ſucceſſoris electione agere cœperūt: Variantibuſq; inter eos ſentētijs, alij Henricū Bauarię ducē, itidem de ſanguine Saxonū, fratre Ottonis Henrico natū: cuius etiā filius inſequutꝰ eſt Ottonem .III. Imperio præficere uoluerunt: q̄ tempora maligna uirū deposcerent: inſolentia Saracenorū, & ſuperbia Gręcorū uehemēter de nouiſſima uictoria in Ottonē adaucta. Alij uero non diſcedendū putauerunt ab recta Ottonū linea: merito, ac recordatione .I. Ottonis Imperatoris optimi. Non defuerūt Romani ciues, qui reſumēdū a Romanis Imperiū, nec diutius exteris regibus permittendū cenſuerunt: Si non habeat urbs Roma qui ſine inuidia poſſideat, petendū aliquem ex Italię principibus. Inter

huius autē ſententiæ authores uehemētiſſimus incūbebat Creſcētius Numentanus. Cum uero ea primū ſecretis in conuētibus ſunt dici cœpta, deinde per uicos & compita palam ſunt elata, perterriti proceres Germani, in Ottonem. III. ſecundi filium conſenſerunt.

CA. XXII.

Tto. III. ſecūdi filius, primi nepos, procerū, qui tum Romæ erāt, conſenſu Imperator creat. Henricus Bauarię dux intellecta Imperatoris morte, puerū Ottonē in Germania agentē, qualicūcp; occaſione in ſuā accœpit poteſtatē, quo paratior illi uia maneret ad Imperiū perueniendi: Sed principes de manu illius puerū extraxere. Interea Lotharius rex Francoꝝ etſi ante Lotharingiā abnuiſſet, eamcp; perpetuo Ottoni & ſucceſſoribꝰ permiſiſſet, audita tñ Ottonis. II. morte, ad eam recuperandā contēdit: quo fratri Karolo dignū ſe principatū conferret: Virdunum cœpit, & eius urbis comitē in ſuā redęgit poteſtatem. ultra etiā proceſſurus: Cum tñ uideret totius Imperij uires ſibi intentari, facile reddidit quę cœpit. De regno autē Francoꝝ per ea tempora magna contētio fuit, cum Karolꝰ Lotharij defuncti frater illud peteret, & Hugo Pariſioꝝ comes cognomēto Magnus, & item Abbas illud ſibi uēdicaret. Erāt ambo ut diximꝰ, ſororibꝰ Ottonis. I. ꝓgeniti: Sed tum Hugoni regnū ceſſit: & poſt illū filio eius Roberto: ſic primū egrediēs lineā Karoli Magni, in qua ſupra ducentos annos permāſit. Otto autē puer cum proceribus, rebꝰ Germanię cōponendis annis undecim intenderat: ut interim robuſtiore ętate accedēte, par magnis in Italia rebus gerēdis poſſet uideri. Quo tempore Creſcentius Numentanus conſulē ſe titulo prę ferēs, urbis dominiū in ſuā traducere curauit poteſtatē: Qui obſequentē ſibi minus q̄ uoluiſſet pontificem Iohannē. XV. in eam dignitatis ſalutiſcp; deſperationem adduxit, ut urbe ſecedēs, in Hetruriā ſe reciperet. Eo pōtifex cum ueniſſet, animis pertuitę ſecuritatē reſumptis, Ottonē. III. Imperatorē per nūcios literaſcp; orare cœperat, ut Sedi apoſtolicę, & oppreſſę urbi Romę opem debitā afferret. Id uero cum reſciſſet Creſcētius, pontificis agnatos conſanguineoſcp;, & quoſcp; amicos mittens oratores, apud illū peruicit ut Romā rediret: impleuitcp; factas pollicitationes pontifici Creſcētius: cp; illi Romę appropinquanti, cum ſenatu magiſtratibuſcp; & honoratis quibuſcp; obuius in faciē cernuus pedes oſculatꝰ eſt: Introductū poſitūcp; in ſedē ſemp uenerationē debita eſt proſequutꝰ. Eius Iohānis anno pontificatꝰ nono, Ottonē. III. in Italiā primum ueniſſe, & a Creſcentio Numentano cęteriſcp; Romanis ſumma cum obedientia admiſſum in urbem fuiſſe, tradunt Italici ſcriptores: eratcp; is regni ipſius Vndecimus.

CA. XXIII.

Vo tempore in inferiori Saxonia Hermannus dux ab Ottone. I. ad Albim cōſtitutus, diem ſnū obijt, annis & uirtutibus plenus: qui nobilitatē primus in ſuā intulit familiā, relicto filio Bennone uirtutum ſuarꝝ imitatore, & ditionis promeritę iuſto ſucceſſore: qui accepta uxore principis, ut ferūt, Stetinēſis filia, bono patre non degener filiꝰ, dignus habebat. Mirū uero cum per id tempus omnis illa Wandalorum prouincia idolis ſeruierit, Chriſtianū principē ex gentilitate iniſſe connu-

bium. Potuit hoc ſuggerere pietas, ut ad Chriſtianiſmũ flecteret affinem ſuũ: Potuit etiã tum ad tẽpus Chriſti iugũ gens illa ab Ottone perdomita, pferre, quod poſtea reiẽcerit. Verũ ex illa qualicũcꝫ cõiuge ſuſtulit filios Brunonẽ, Bernhardũ, Thietmarũ: Bruno in teneris deceſſit: Bernhardus ducatũ poſt patrẽ adminiſtrauit, Thietmarus comitatũ: Illũ arbitror Tranſalbinũ quẽ uocant Stormariẽ: cui cõtermina eſt Holſatia cũ Thietmarſis. Quę tres ditiones ſine cõtrouerſia ab omni retro memoria ſemper Saxonibus paruerũt: Nam cum Wedekindo duce cõcurrerat in ea ditione, ut diximus, Albion: & poſt illũ Karolus Magnus præfẽcit quẽdam Ottonẽ: poſt quẽ non aliũ legimus prẽſidẽ, præter hunc Thietmarũ comitem, Bernhardi ducis fratrem. Adaldagus quoꝫ Hamburgẽſis pontifex ad hęc uſcꝫ tẽpora peruenit: uir grandęuus, & qui per annos quinquagin ta trium Ottonũ Imperatorũ curias ſequereť, cancellariã adminiſtraret, & multa, quę extant, Imperatorũ nominibus Decreta & Cõſtitutiones coꝑ cœperit. Florebãt res plurimũ Saxonię: nam Imperatores late dñantes, & frequẽtius in Italia diuerſati, nullis eam impenſis grauioribus onerabant. Sedit tñ aliquãdiu Otto. III. priuſq̃ in Italiã aſcenderet, in Wildeshuſen: ibicꝫ Prẽcepta fẽcit, Cõſtituta edidit: ut intelligerẽt qui in extremo eſſent Imperij limite, ſe quoꝫ Imperatoribus ſuis curę eſſe. Tribuit hoc memoriæ primorũ in Chriſtianiſmo principũ Saxoniæ memoriæ: qui, ut ſupra oſtẽdim⁹, ibi uixerãt & mortui ſunt: Effẽcit quoꝫ hoc grãdęui ſenis dñi Adaldagi archiepiſcopi inſtantia, ut uiſendũ aliqñ ſubditis prẽberet Imperatorẽ: quo magis eos in fide & obediẽtia cõtineret.

XXIIII.

Vamprimũ uero Imperator Otto Italiã pertrãſiẽs Romã attigit, q duces Capuanos Beneuẽtanoſcꝫ Romanis obluctãtes, armis coẽgit imperata facere. Sed tum Iohãnes, qui Ottonem uocauerat, uiuendi finẽ fẽcit: Nec ulla accidit, ſicut fieri ſemper fere aſſolet, cleri populicꝫ diſſenſio in deligendo pontifice: ꝙ Otto Imperator Gregoriũ. V. ſibi ex Saxonũ gente propinquũ, iuſſit, obtinuitcꝫ pontificẽ declarari: a quo breui poſt Imperij benedictionẽ diademacꝫ accœpit: Eiuſcꝫ facti celebritate finita, Otto Imperator archangeli Michaelis ædem quę eſt in Garga no monte, uotis ſe exolutur⁹ quę pridẽ emiſerat inuiſit: Inde Romã reuerſus, breui ſe contulit in Germaniã. Tulerãt iniquo animo Romani, pontifi cis per metũ factã creationẽ: nec id diſſimulare poterat ferox, ſed ad bella mollis, populus. Quare uix dum Italia exceſſerat Otto, per Gallias in Germaniã acceſſurus, cum pontifex Gregorius minis & maledictis exterrit⁹, ac magis (ut putant Italici) q̃ debuit animo cõſternatus, urbe clam exceſſit: Et cũ Iohãnis prędeceſſoris ſui exẽplo aliq̃diu in Hetruria conſediſſet, nec illũ populus Romanus ſupplex reuocaret, Ottonẽ. III. adijt in Germania ſedentẽ. Intellexerũt uero tunc Romani, ꝙ ea cõcitus indignitate Imperator Romã furens rediret: quãobrẽ rei ſuæ uiribus multomin⁹ q̃ opportuerit perpenſis, temerariũ cœpere conſiliũ: Etenim Creſcentiũ curantẽ, & ut alij uolunt, recuſantẽ, incõditis clamoribus conſulẽ creauerũt: permiſſa illi poteſtate: ut, ne quid res Romana pateretur detrimẽti, prouideret. Iſcꝫ

Iohannē quendā Græcum,episcopū Placentinū,literis ornatissimū,& ut alij scribunt,pecunijs affluentē,Romanū pontificē declarauit: Estq; hic Iohannes, quē alij nō legitime electū,supprimūt: Alij XVI. aut XVII. inscribunt. Crescētius inde futuris prospiciēs,quæ timerent ab Imperatore, periculis,muros urbis portasq; instaurauit: & moli Hadriani,castella sancti Angeli appellato,tot tantasq; addidit munitiones,ut postea semper,& usq; ad hęc tempora arx Crescētij, & crebrius q̄ sancti Angeli appellaret. Venit interim Otto Imperator, & magnis fretus quas adduxerat copijs, urbē pene in circuitn obsedit. Tum uero populus furoris, quē creādo consuli ostenderat,oblitus,pacem misericordiāq; Imperatoris supplex orauit: Et cū impetrasset, patētibus etiā Crescentij iussu portis,Germani admissi sunt. Tunc & Iohānes pontifex pręsidij simul & cōsilij inops,cū Crescentio se in munitissimā sancti Angeli arcē abdiderunt: de qua aliquandiu ab oppugnationibus paruo negocio sunt tutati. Cunq; obsidionē oppugnationēq; lōgo duraturā tēpore non magis Germani q̄ æmuli simul & perfidi ciues ostenderēt, dolo uictus fert Crescentius, quē nulla uis superatura uidebat: Spe enim salutis data,ambo ut ad Imperatorem irent, exeūtes medio itinere intercipiunt: & Crescētius quidē captus, Iohānes oculis est orbatus. Crescentius iumēto auersus imponit,& urbe circumuehitur: postea eum ludibrio eius exaturati,confodiunt.

CA. XXV.

Regorius ad undecimū quo abfuerat mensem restitutus,acerriman de accepta a Romanis iniuria ultionē sumpsit: Paulo enim post q̄ redierat,eam fęcit de Imperatoris electione sanctionē, quā hucusq; per annos iam quingētos seruatā uidemus: Solis licere Germanis qui inde electores sint dicti,principem deligere: qui Cęsar tunc & Romanorū rex dictus, si a Romano pontifice coronabit, Imperator Augustus appellet: Sintq; hi electores,Moguntinus,Treuerēsis, Colonienſis archiepiscopi: Palatinus Reni comes,Dux Saxoniæ,Marchio Brandēburgensis,Rex Bohœmię. Distincta sunt aūt inter eos officia, ut tres archiepiscopi sint ipsius Imperij cancellarij: primus per Germaniā, secundus per Galliam,tertiꝰ per Italiā. Marchio camerarius,Comes dapifer, Dux portitor ensis, Rex Bohœmiæ pincerna. Sed ista magis discreuit Karolus IIII. q̄ sint initio cōstituta: adięcitq; regem Bohœmię. Otto autē Imperator Romę agens,cum de statu regni disponeret,in contemptū uenit Romanorū: obsidetunt enim illū in palatio,milites quosdā illius occiderūt: uix astu & ingenio Hērici ducis Bauariæ educit pactionibus simulatis. Romani per ætatē illā,inualidus ad arma populus,& tñ ingenio uarius & inconstātissimus,semper res nouas moliebant: faciles ad inchoata, impotentes ad exequendū. Ottonē uero tūc in Germaniā redijsse multi tradunt. Gregorius uero statim post Impatoris abitū diē suū clausisse. Poterat hoc nō dubijs argumētis ante cognoscere,Papā Saxonē nō diu uicturꝝ inter osores Italos: qui nō tam uitę reddēdæ q̄ adimēdę sunt magistri. Interim Saxonia, & ei cōtermina Wādalia,pace trāquilla gaudebāt: per Wādaliā ecclesię instauratę,cōstructa monasteria,& fides Christi excreuit.

XXVI.

h Ic Otto.III.coniugẽ habuit Mariã,filiã regis Arragonũ,fœminam ſibi non ſatis,ut ferunt,temperantẽ. Iniecit oculos cuidã nobili,quẽ uocauit in amplexus.Horruit ille crimẽ,& quib⁹ potuit uerbis ſe de mala fœminę excuſſit.Contempta uertit in furorẽ: & crimẽ quod cõcœperat uertit in innoxiũ: accuſans illũ apud Cæſarẽ,de pertenta ab illo ſua pudicitia.Facile Cęſar credidit(ut ſunt mariti in zelotypiam procliui) Iuſſit mox uinciri accuſatũ,& gladio cędi. Ille moriturus innocentiam ſuam Deo cõmendabat: uxoriq; queſtus,cum lachrymis ibat ad mortẽ.Caput uiri coniũx rapit & amplectit, nemine obluctante, q̃ iuſto dolore torqueret: Obſeruabat deinde Cęſarẽ pro tribunali ſedentẽ,& accurrens acclamabat,fœmineo ululatu poſtulans de iniuſta & iniquiſſima oppreſſione iudiciũ: Cũq; miſerabiliter eiularet,uerſus in eam Cæſar ait: Quis te mulier tãtopere lęſit? quis oppreſſit? Tu,inquit illa o Cęſar: & pięcto in mediũ capite, Hunc,inquit,mihi uirũ per ſummã iniuſticiã abſtuliſti: & in promptu tenens ferrũ ignitum, in cõſpectu omniũ pertulit illeſa: Q̃,inquiens,ego immunis ſum ab igne,tam erat maritus a crimine quod imputabat.Stupuere qui aderant: nam & in memoriã reduxere qui uiderant,lac pro cuore profluere,cum miles ille gladio cęderet.Cęſar miratus, ubi rem diligẽtius perquirit,reperit ab Imperatrice per calumniã accuſatũ innoxiũ uirũ: & zelans pro iuſticia,reginã iuſſit cõcremari: Seq; qui pręcipitaſſet ſententiã,magno ære mulctauit: rependens mulieri pro morte uiri aliquot arces.Nec poterat diu occiſor cõſolationẽ accipere: q̃ ſeipſum de pręcipitato iudicio ſeueriſſime damnaret. Nec multo poſt tempore, iterũ Romã,incertũ quibus ex cauſis,proficiſcit.Romani uero ab illo a ſententia ſua per uim deięcti,imperata facere adigebant. Igitur quẽ armis ſuperare non poterant,alio genere perditionis intentato, ſubuertere contendebant.Vxor quondã Creſcẽtij,mulier procax,Imperatoris in ſe animũ pellexit: & perinde miſſo poculo,neſcio in quos uſus ut prętenderat cõfecto, Imperatorẽ ueneno extinxit.Mortu⁹ eſt ergo Imperator Romę: ſed cadauer exectis uiſceribus,ut imputribile maneret, reductũ eſt in Germaniã. Mirũ hic ſilentiũ de milleſimo Chriſti anno,nulla ſolẽnitate,quod ſit ſcriptum peracta: ut ad exemplũ ſaltem ueterũ Romanor; ſęculares ludi,qui in cẽteſimo quoq; urbis ãno exhibebant,tum ſolẽniter legunt pacti. Nã milleſim⁹ urbis annus ſub Philippis Imperatorib⁹ multiplici pompa eſt celebratus. Milleſim⁹ aũt Chriſtianę ſalutis annus,toto ſilentio dilabit,ſub pontificio Silueſtri.II,& Imperio Ottonis.III.Iubile⁹ aũt ãnus necdũ uenerat in mentẽ pontificib⁹: ut eo inſtituto quo pręſens quingẽteſim⁹ poſt mille peragit,celebraret. Bonifaci⁹.VIII. ãno tricẽteſimo poſt milleſimũ primus illũ inſtituit: Vtinã ſolius pietatis gratia.Sed hic fuit exit⁹ Ottonũ triũ,ex quibus tertiũ,Italici nõnulli magnę tyrannidi inſcribũt, q̃ Romanis rebellantib⁹ nõ ceſſerit,neq; pepercerit. CA. XXVII.

h Enricus Bauarus,Ottonis.I.ex fratre Hẽrico nepos,origine Saxo,etſi principatũ teneat Bauarię,prim⁹ ab Electorib⁹ in uim nouę Conſtitutionis electus & aſſumptus eſt Imperator,anno poſt

mille ſecundo. Nam Henricus frater Magni Ottonis genuit Henricũ & Brunonẽ filios. Henricus patri ſuccedit in Bauaria. Bruno rediit in Saxoniam, & ibi parte ditionis illi permiſſa, tenuit Meluerode & Hogewordę, titulũq; ſumpſit, ut marchio Saxonię diceret: qñ titulum ducat⁹ Saxonię teneret Hermãn⁹ & filij ei⁹. Hic Bruno genuit filiũ Brunonẽ: qui ex relicta Lupoldi ducis Sueuię, quę erat filia principis de Werle, & peruenit poſtea ad nuptias Cõradi Imꝑatoris. Bruno, inquam ſecundus ex hac cõiuge genuit Ludolphũ marchionẽ Saxonię. Erat per idẽ temp⁹ & alius marchio Saxonię, Egbertus, qui magno ſtudio cõtendit poſt. III. Ottonem ad Imperium, ſed fruſtratur diligentia Bẽnonis ducis Saxonię, & Luderi comitis fratris ei⁹. Inter iurgia dixiſſe ferũt Egbertum Ludero: Quid ſibi tam acriter in prouectione reſtitiſſet: Illumq; reſpondiſſe: Ex quatuor rotis ad currum, uix illi fuiſſe unam. Proceſſit ea res in id diſcordię: ut ab illis fratribus Egbertus opprimeret. Qui cum ſine hęrede decederet, trãſijt marchionatus eius ad primũ Brunonẽ Henrici Imperatoris patruum. Creuit aũt poſteroꝝ hui⁹ Brunonis potentia, ꝙ Otto. III. nullo relicto filio deceſſit. Succeſſere aũt & deſumpſere perinde ijdem marchiones uetera Saxonię arma, candidũ equi pullũ: Nam Egbertus prę ferebat geminos in ſe erectos leones. Hic ergo Henricus Henrici filius, & Henrici primi nepos, qui frater german⁹ primi Ottonis, primus per electionem eoꝝ principum, quos cum Gregorio. V. decreuit, deſignauitq;, Otto tertius, peruenit ad Imperium, quod fœliciter geſſit.

CA. XXVIII.

Ed electio illius cõtrouerſia non caruit. Nam cum ab Heriberto
s Colonienſiũ archiepiſcopo, ex cuius ore cęteri pendere uiderent, inſignia Imperialia, quæ initio pauca fuere, adaucta per tempus, non niſi magno labore aſſequeret, a Willegiſo Mogũtino archiepiſcopo eſt cõſequut⁹, uir ſingularis prudentię, fortitudinis, & religionis. Et q̃uis Imperio digniſſimus haberetur, cõtradictores tamẽ habuit ex regni proceribus: quib⁹ bello cõgreſſus, illos ad obedientiã reduxit. Inter primos, quos diximus, rebellãtes, erat Egbertus Saxonię marchio: ſed ille cecidit ſub duce Saxonię Bẽnone, & fratre ei⁹ Ludero. Hẽric⁹ aũt. XII. ãnis prę erat regno priuſq̃ pontificiã benedictionẽ poſtularet. Bohœmia etiã tum tumultuari uiſa eſt, & ideo in eam Henric⁹ rex duxit, armis illã redigẽs in obedientiã. Dux tum preerat genti, & hoc titulo ad electionem orditur admiſſus, ſi tamẽ initio inter electores fuit. Nam ſunt qui arbitrant illum regẽ adiectũ denuo electorib⁹ per Karolũ. IIII. in Aurea bulla: qui ab initio ducẽ aiũt inter alios nominatũ. Inter electores nouiſſimũ dicũt cõſtitutum. Inde uero cum principat⁹ erigeretur in regnũ, priorẽ electurę dignitatem non amiſit, ſed locũ ſuũ ſeruauit: alioqui inter ſeculares electores locum haberet primũ, quẽ nũc tribuũt ei nouiſſimũ. In Wandalia tñ noſtra oſtendimus, ducẽ Bohœmię per unũ ex Ottonibus regẽ ſublimatum: quę res teſtificatur initio Bohœmiæ principẽ inter electores non fuiſſe: alioqui primus numerareť. Sed quiſquis illa ętate fuit, uel rex, uel dux Bohœmię, factę electioni de Henrico tum ſe obiecit, & rebellionẽ oſten-

dit, Mira temporꝝ incuria, ꝙ res pręclaras non miſerint in literas. Wandaliam quoqꝫ in principio ſui regni Henricꝰ oppugnauit: eã credo, quę nunc Polonia eſt. Nam & illa genti, & linguę annumeratꝫ: quibꝰ in prouincijs, & uicina Pruſſia, tum ſancti pontifices operã prędicationis impenderunt. Sanctus Adalbertus Pragenſis, quẽ paulo ante hanc ętatem Pruſſi, gens effera, trucidarunt: & nũc Bruno epiſcopus multis ſupplicijs afficitur: ita ut truncatꝰ manibꝰ pedibuſqꝫ, precioſus dño martyr cõſecratur. Per quæ etiam tempora, Henricꝰ rex, cum prolem nec haberet, nec habere contenderet, qui cum Cunnigunda regina, in ſanctimonia, & thori mundicia uiĉitaret, Chriſtũ ſibi cõſtituit hęredẽ relinquere: Nam Hãburgenſiũ primus erexit & dotauit epiſcopatum, in quo conſtructa ſolenni eccleſia, nũc ipſe cum coniuge quieſcit. Euerhardum autem uirum pręcipuum, eo loci ordinari curauit epiſcopum.

CA. XXIX.

e Tut Chriſti religionẽ propagaret, Giſlam ſororẽ ſuã Vngaroꝝ principi dedit cõiugem: hoc auguratꝰ, hoc pręuidens, hoc etiam curans, quod euenit: ut optima fœmina Chriſto uirũ ſuũ lucraretur, & ut omne perinde regnũ ſequeretur regẽ ſuũ. Itaqꝫ baptiſato principe, quo in ſacro fonte nomen Stephani induit, adeo in religione profęcit gens illa: ut regẽ illũ inter ſanctos eccleſia aſſumptũ denumeret, clareſcentibus miraculis, & prodentibꝰ uitę ſanctitatẽ. Quo etiam tempore Benno dux inferioris Saxonię, filius Hermãni, in ea ditione ſecundus, migrauit e uita: & frater eius Luderus comes, breui ſequutus eſt illũ: cuius uxor Emma, locupleti in patrimonio cõſiſtens, multa bona cõtulit in eccleſiam Bremenſem: Et extat uſqꝫ hodie inſignis illiꝰ fœminę de multis bonis inextimguibilis memoria: inter alia, quę donauit, auri & argẽti & lapidũ precioſorum donaria. Ferũ ciuibꝰ permiſiſſe pratũ, nõ longe ab urbe feraciſſimũ: cuius uſqꝫ hodie illa præcipua eſt indulgentia: ut nullis ibi pecora muſcis, nullis ſcabronibꝰ, aut ueſpis, uexentꝫ. Id referũt in merita eiuſdẽ uenerabilis Emmę. Quę res argumẽto eſt, ſi mulier ibi patrimoniũ haberet ad urbem, fuiſſe principatꝰ & comitatꝰ in ditione Bremenſis diſtrictus, ut non omnes tũc, ut modo, pagus ſeruiret eccleſię. Luderũ uero maritũ eiꝰ Hermanni ducis filiũ, Bennonis fratrẽ, quẽ comitẽ annales referũt, ſed diſtrictum eius non ſignãt, Tranſalbinã tenuiſſe prouinciam cõiæcto, quę nũc Stormaria, Holſatia, Thietmarſia eſt: Cui etiã ſi tum Stadenſis comitatꝰ ut poſtea, fuerit cõiunctꝰ, nõ enũcio: Sed ex rebꝰ cõiecto, ꝙ in ampliſſima ditione fratres, non tam iniquã fecerint partitionẽ, quin fratri Ludero comiti plurima ditio, puenerit: quę ſi tum erat Trãſalbina, nõ magnũ debet haberi, ſi illi, ut poſtea, comitatꝰ Stadenſis iungeretꝫ: quod idcirco dixerim: ut aliquã illoꝝ temporꝝ memoriã e tenebris in lucẽ uẽdicarẽ.

XXX.

b Ernhardus inferioris Saxonię dux, nepos Hermãni, auſus Imperatori Henrico rebellare, turbauit uicinas eccleſias Saxonię. Ex illo enim tempore, quo ille poſt patrẽ Bennonẽ gubernacula ſuſcępit, nunq̃ pax inter archiepũm Vnwanũ, qui tum preerat, & ducẽ extitit: Illo pro rege & eccleſia partes interponente; Duce aũt pro ſuaꝝ amplifi-

catione rerum agẽte. Hęc emulatio dum prius occulta esset, ex hoc tempo
re uires accœpit, & creuit in immẽsum. Bernhardus dux, tam auitę humi
litatis, q̃ paternę religionis oblitus, primo quidẽ gentẽ Winulorꝝ (Wan
dalorum ea pars fuit) per auariciã opprimens, ad necessitatẽ resumendi pa
ganismi coęgit. Deinde per superbiã beneficiorꝝ immemor, totã secum ad
rebellandum Cęsari mouit Saxoniã. Nouissime insurgens in Christum,
ecclesias oppugnauit, pręcipue Bremensem, quę & ditior erat eo tempore
cęteris: & Hamburgẽsem, quę remotior uidebatur a manu Imperatoris.
Huius aũt impetũ uiri Vnwanus taliter sua magnitudine animi fręgit: ut
prę pudore sapientię & libertatis episcopi, dux, cui ante aduersat⁹ est, dein
ceps cogeret benevolus esse ad omnia. Ergo audito Vnwani põtificis cõ
silio, rebellis tandẽ est flexus princeps. Scaldinborg supplex Henrico Cę
sari dedit manus Vnwano interueniente Wandalis tributo subactis, pacẽ
reddidit Transalbinis, & ecclesię Hamburgẽsi: Ad cuius instaurationem
Vnwanus post Wandalicã cladẽ, ciuitatẽ & ecclesiã fęcit nouam: Simul
ex singulis cõgregationibus suis, quę uirorꝝ essent, tres eligens fratres, ut
simul duodecim fierẽt, qui in Hamburgo canonica degerẽt cõuersatione,
populum ab idololatriæ reuocantes errore. Ordinauit etiã in Wandaliã,
mortuo Reginberto, ex fratrib⁹ Hãburgensis ecclesię Bennonem, uirum
prudentem, qui in Aldẽburgo multũ attulit prędicationis in populo fru
ctum. Per idem tempus, Henric⁹ rex Bãbergẽsem ecclesiã illustrauit, duo
addens monasteria. In monte quidẽ sancti Michaelis, & ab altero latere
ecclesiæ, in honorẽ diui Stephani iussit cõsecrari cœnobium: Conuertens
ad honorem immortalis Dei, quod alius in superbiam filiorꝝ erigendã cõ
uertisset. Cunnegũdis regina ad hęc mirabili zelo cooperatur, pręparans
sibi in terra amicos pauperes, qui se recipiãt in ęterna dei tabernacula: Ec
clesię & monasteriis abũde in prędijs est prouisum. Erat Theoderic⁹ Me
tensium episcopus Cunnegũdis frater, filij Sifridi comitis Palatini de Re
no, qui largitatẽ sororis liuentibus oculis perspiceret, regemq; aliq̃n desu
per cõuenit, q; patrimoniũ cõiugis ita in ecclesiã pateretur abalienari: Sed
obsurduit rex ad eas obiurgationes: miratus q; uir ecclesiasticus, ecclesiæ
incrementis inuideret. Tanta aũt incensus est episcopus ob eam rem indi
gnatione, ut hostiles animos ostẽderet in regẽ, & ad hostilia puenit agen
da. Duxit in eum rex, & damna, ut fieri solet, damnis cõpensans, eo perdu
xit episcopum, ut facile cõquiesceret. CA. XXXI.

Vm autẽ teneret Ottonũ prędecessorꝝ suorꝝ opere Lotharingiã
c rex Hẽric⁹, Flãdrẽsis comes Balduin⁹ IIII. cognomẽto Pulchra
barba, qui filiã teneret Giseberti ducis Lotharingię, arcem Va
lentianas præcipuã in eo regno inuaserat. Hẽric⁹ aũt rex in eum duxit co
pias, & eam, ut recuperaret, obsedit: & diu casso labore desudans, cum ar
cem munitissimã non caperet, ab ea flexus, arcẽ Gandaui in Flandria cir
cumsedit, & populata terra, ali q̃t primores in Flãdria cœpit, intraq; Tor
nacum recondit. Vnde territus Balduin⁹, Henrico regi satisfęcit, & Valen
tianas reddidit: datisq; obsidibus cum sacramento fidelitatis man⁹ illi de

dit. Imperator ſuorꝫ ſuaſione inductus, Valencianas ipſi Balduino in feudum reddidit: ut inde ſeruiret Imperio, & ad omnia bella uocatꝰ, cum certo militum preſidio adeſſet. Poſt etiã illi Walacras ſimili pacto tradidit. Sic pace cõpoſita, comes redijt in gratiã Imperatoris. Quibꝰ rebus ita cõparatis, audit rex in Italia grauiꝰ q̃ Imperio par eſſet, ſe cõmouere Grecos adhibitis, ſtipendio dato, Saracenis. Mouit uero in illos Imperator exercitu ualidiſſimo, & in Cãpania iam graſſantes, puincia expulit: ſequutuſqꝫ uſqꝫ ad nouum, quod firmauere in Italia preſidiũ, Troiamqꝫ dixere: Caſtra Hanibalis eo loco olim fuiſſe cõpertum eſt: idqꝫ nomẽ remanſit loco uſqꝫ ad illa tempora. Eius aũt cõdendæ urbis in illo loco potiſſima fuit ratio, qꝫ habitatoribꝰ Græcis, eo uelut in coloniã ductis, ad præſidium terræ ferendum, & ad inuadendos fines Romanos, locus uideretur oportuniſſimus. Quod cum Henricus rex intellexiſſet, necdũ bene firmatæ munitionibus urbi nouæ caſtra admouit: Qua in expeditione ſunt authores, Bene dictum pontificẽ, qꝫ rem iliam cordi haberet, interfuiſſe. Seſſum tñ eſt ad eam urbẽ menſibus quatuor, & machinæ omnis generis admotæ: æſtatis autem aduentu, qꝫ caumata regio habet intolerabilia exteris, Henricꝰ rex deditionem ab opidanis oblatã accœptãs cum datis obſidibus Romã reuertitur: ibiqꝫ de more pontificalẽ benedictionẽ accepit, Imperatorqꝫ eſt cõſalutatus, a populo & proceribus.

CA. XXXII.

Vnt qui ſcribunt Henricũ regem ante acceptã benedictionem in ea Italica expeditione captũ ab hoſtibus: ſed illuſiſſe capientibus ut ex arce, qua teneretur deſiliens, coxam leſerit, unde per reliquũ tempus claudicarit: quod certũ eſt in Papia expertus grauiſſimũ a ciuibꝰ tumultum, quem armis magno ſuo periculo ſedauit: Ibi poterat includi palatio aliq̃diu obſeſſus, ibi potuit in crure ledi: nam qꝫ captus in carcere teneretur & elaberetur, difficile eſt creditu. Comitatus inde Marſerborg uacabat Imperio: Huiꝰ magnã partẽ Imperator attribuit eccleſiæ Marſeburgenſi: ſed quatuor arces in ripa fluminis Fulda dedit in feudũ cuidam Burchardo, quẽ comitẽ creauit. Fertur idem Henricꝰ alioqui rex optimus & Chriſtianiſſimꝰ, aliqñ zelotypiæ malo in caſtiſſimã cõiugẽ laboraſſe: cum illã ex delatoribꝰ quiſpiã militi putaret propenſiorẽ, q̃ Impatori par eſſet. Id cũ cõpertũ eſſet pudiciſſimæ fœminæ, qꝫ apud regẽ ea ſuſpicione nõ careret, iuſſit igniri ferrũ, & in cõſpectu regis candẽs deportauit, oſtenditqꝫ uiro manꝰ intactas: Vt a te mi, inquit, uir intacta permãſi, ſic ab omni mare: Pone ſuſpicionẽ. Ille ſanctiſſimæ fœminæ ad pedes prouolui incipiẽs ab ea non ſinitur, ueniã humilime deprecatus. Interea Phriſones ab Theoderico Flandrenſi, Armulphi Gandauenſis filio, oppugnantur, ad necem patris, quem oppreſſerãt, uindicandã. Imperator illi adiungit Gotfridum quendam, quẽ nuper creauerat Lotharingiæ & Brabantiæ ducem. Cunqꝫ congreſſi manus conſeruiſſent, uox inſonuit (incertũ unde) fugite, fugite. Non poterant nõ terreri ducales, qui ſe diuinitꝰ admoneri ſunt arbitrati. Ilico in fugã cõuerſi, multi a paucis Phriſonibꝰ cæduntur: Dux capitur, & in redemptionẽ ſuã Imperatorẽ illis recõciliari inſtitit & perfecit, qua cõ-

ditione relaxatur. Rodulphus autē rex Burgundiæ, insolentijs suorū Burgundionum fatigatus, deliberauit regnū Hērico Imperatori submittere: quod cum proceres intelligerēt, simulata illū satisfactione placantes ab ea intentione tum reuocauerūt. Inde Imperator natalem diem Colonię celebrans, Heribertū archiepūm, olim a se male habitum, satisfactione placauit. Cui recōciliatus archiepiscoppr⁹ ędixit se propediē morituū, quod & factum est, claruitq; mortuus miraculis.

CA. XXXIII.

Rat inter alia Henrico Imperatori bellū in regē Poloniæ Boleslaum, quē secūdus, & ut alij scribūt, tertius Otto corona donauit.

Is iugi bello tonabat in proximos Saxones: aliqn excursionem producēs ad cōfinia Magdeburgi. Impator assumpto rege Vngariæ Stephano sororio suo, mouit in Polonū, & cōmisso prędio, altera post Bartholomęi die, perpulit regē imperata facere. Inde Verbenā cōuersus, Wandalis cōgredit, qui ad mare Germanicū accolunt. Arcē Arnsborg extruēs, & duos gētis principes captos, in pœnā pfidię, in Wolmerstede sublimi sę cit appendi. Sed Boleslao rege Polonię in fata cōcedente, filius eius Misticwoi rebellionē renouauit: tributa pnegabat, nec ulla curauit facere imperata. Duxit in illū quoq; Henricus Imperator, & armis perdomitū, docuit non temnere maiorū cōstituta. Renouabat ille Imperatori sacramenta & iā recōciliatus, orabat auxiliū in Russos. Impator illi Saxones permittit, quib⁹ in societatē armorū assumptis, longa expeditione gentē aggrediētur, & uictor legē imponit: ut essent Christiani: Ecclesię tamen orientali se potius q̄ Romanę occidentali cōformarūt. Memorāda plurima uidit hęc ętas. Chorisantes in Colbeke uilla Halberstadēsi insolēter sacra nocte Dominicę Natiuitatis, in cimiterio sancti Magni iuuenes, & uiri cum fœminis: incōcinnis clamorib⁹ ebrij duxere chorēas: Rogati a sacerdote sacra facturo, ne diuinū officiū interrūperent, nihil ferere minus. Ille ad impatientiam uersus, correptusq; zelo & indignatione diuinę iniurię & cōtemptus in religionem: Quādo, inquit, mecum diuina religio cōtemnitur, sit uobis circuitus ille annalis. Exinde ultio diuina cōtumaces insequit: Sine cessatione, sine ulla quiete, per dies & noctes, absq; cibo girabātur: Miserum spectaculū, dum rotarētur girantes. Stupuere qui uiderant: Aliquot sancti uiri interposita prece orabant pro illis: nihil minus girabant. Sororem suam quidam extracturus de circulo girantū, brachiū fertur euulsisse. Illa perseuerabat girans. Impressere alta terrę uestigia, quod necesse fuit. Anno demū euoluto quieuere. Maior pars spiritum efflauit: Pauci qui super fuere recreati, insigni se pœnitentia macerarūt.

XXXIIII.

Vo tempore, Sophia tertij Ottonis soror, in Gandersheim abbatissa, benedictionē accępit ab Moguntino archiepiscopo, cōtemnens Hildesemensem suū pontificē: qui non dissimulās iniuriam perfecit, ut Henrico Imperatore interueniēte, Hildesemēsem suū agnosceret. Per eadē tempora Bernhardus dux Saxonię, cum ad multa sibi obsecundantem haberet principē Wandalorū Mistiwoi, qui & in rebellione in Cęsarem, & in expeditione Italica cum Cęsare forti agmine sequut⁹ est

ducem: ut copijs illius ad prima semp signa pugnātib⁹ paratissimis ubicp̄ uteret: adeo se duci fecit Wandalus cōmendatū: ut illi cognatā suā, &, ut alij asserunt, germanā suā desponderet. Vbi uero expectabat iam propinquas nuptias. Tiaderic⁹ marchio rem interturbat: indignū asserens nobilem puellā cani pmittere coniugē. Vbi cognouit Mistiwoi: Ergo, inquit, canes sumus? Ea prēmia labor⁹ retulimus? Si ergo canes sum⁹, rabiē exercebimus. Igit excitata pſequutione, a fide Christi pariter & ducis Wandali recesserūt: magnā stragē in Christianū populū peregerunt. LX. tum presbyteri in Aldenburgo ludibrio sunt habiti: quod in Wādalia pleni⁹ dixim⁹: Hamburgū cū incolis excisum: Benno pontifex uix elabit. Marchio Brādēburgēsis omni ꝓuincia exturbat: ad prēbendā in Magdeburgo inde uictitabat. Dux Bernhard⁹ arma cōtrahit in gentē rebellē: Impe rator mittit suppetias: Cōgressi magno prēlio decertāt: Cadit Mistiwoi: & ad pristinā redigunt Wādali tributor⁹ pſolutionē: Christi tn religionem ex illo die in annos. LXXX. non sincere coluerūt, magis, ac magis quotidie defluētes. Nec longū tēpus in medio cū Hēric⁹ Impator, & Robert⁹ rex Frācorū, ambo religione & multiplici uirtute insignes, & omnium sęculor⁹ magnis principib⁹, si nō anteferēdi, tn cōparandi, apud Enosium super Karum fluuiū ad colloquiū cōuenerūt, de statu eccleſię, regni, & Imperij tractaturi. & cōdicto super his quę inter illos cōuenerant confirmandis, etiā papā ambo Papię prēfinito loco desuper alloquerent: Idcp̄ placitū impletur. Impator regē, & ex illius comitatu plurimos, qui tantū ad demirandā utriusc̄ principis curiā aduenerāt, tanta liberalitate donat, ut opibus Persicis aut Arabicis possit comparari. CA. XXXV.

Celebrem deinde Henric⁹ Imperator in Germania cōuentū ægit principū & episcopor⁹, in quo multa salubriter sunt cōstituta, indicta principib⁹ solenni eleemosyna, sacerdotib⁹ missę, populo ieiunia: ut Deus illi sęculo misericordiā impenderet. Tum sanctor⁹ Iohānis Baptistę & Laurētij per Christianismū sunt suscepta ieiunia. Aderat huic cœtui cū multis alijs religione prēcipuis uiris, sanct⁹ Bernhardus Hildesē mensis epūs. Hūc ergo Henricū Imperatorē scriptores multis efferūt laudibus, cp optim⁹ Christianissimuscp̄ princeps cū Cūnegūda uxore uirginitatē seruauerit: traduntcp̄ Henricū & coniugē post obitū miraculis coruscasse. Ab ipsis principib⁹ eccleſiā sanctę Trinitatis, quę nūc iuxta urbis Florētiæ mœnia arduo in colle speciosissima uisitur, ædificatā fuisse prędicant. Vetusta urbs Fesulana hoc tempore a Florētinis capta, magnū Florentię splendoris dedit incrementū: nam ex eius urbis populo & ruinis aucta est Florētia, & inde primū cœpit tollere caput: quod nūc magnis principib⁹ coęquauit: ut se nōnunq̄ Imperatorib⁹ ausit opponere. Cūcp̄ Henricus iam corpore fract⁹ paulatim uirib⁹ destitueret, cōsult⁹ a suis de successore, Cōradū uirū regij sanguinis & egregię liberalitatis & libertatis: (quippe qui nunq̄ se cuiusq̄ subiæcerat seruituti, & qui sub ipso Imperatore rem diu prēclarecp̄ gesserat, ordines duxerat, & omni uirtute cū laude floreret) designat. Peragrata ergo Saxonia, cū de Halberstadio Goslariā

peteret,inde Gronden,cœpit uiribus deficere: & animo cõpoſito,ſacriſcp pro Chriſtiano ritu munitus,trãſiuit e ſęculo ad meliora. Mersburgi ſeruant calicẽ,quẽ libręferũt inięciſſe diuũ Laurẽtiũ,cũ Impatoris iam mortui trutinarent bona cũ malis. Anſam ferũt tum indignantẽ humani generis inimicũ defręgiſſe,qñ nihil ſuũ reperit in moriẽte. Cũnegundis deinde poſt aliquot ãnos tumulata eſt cũ marito,uirgo cũ uirgine: cui⁹ rei ferunt tum auditũ in aere teſtimoniũ: cũ uox,incertũ unde,inſtreperet: Cede uirgini uirgo locũ. Res digna miraculo,in maritali thoro aſſeruatã in ſinem uſcp uitę uirginitatẽ. ſepult⁹ Impator Bãbergę in eccl'ia quã fũdauerat,cũ cõſorte,quã uiuẽs,moriẽs,triũphãs in regno cõſortẽ meruit. XXXVI

c Onradus II. natione Frãc⁹,uir regij ſanguinis,ab Hẽrico prędeceſſore deſignat⁹,a principib⁹ electorib⁹ Hẽrico ſubſtituit. Quẽ uero patrẽ habuerit annales nõ preferũt. Crediderim Cõradi illius filiũ,qui gener erat Ottonis .I. ut ſit ex filia Ottonis .I. nepos: ut ſibi ratio conſtet eorę,qui de ſanguine Saxonũ hũc quocp cum poſteritate numerant. Frater illi Hẽricus rebellabat: ſed cũ a facie eius cõſiſtere diffideret,profugit ad regẽ Vngarię. Is ueniẽtẽ Chriſtiana pietate ſuſcępit: & in die Paraſceues carnes illi ꝓpoſuit edẽdas. Horrebat ille piaculũ. Tum rex in illũ cõuerſus: Maioris inquit piaculi eſt bono fratri repugnare. Ille admonitus redijt in gratiã fratris, & Nurembergã ſponte reliquit imperio. Principio regni Cõrad⁹ a Brunone Auguſtẽſi epiſcopo Hẽrici Imperatoris fratre ſtimulat⁹,epiſcopatũ Bãbergẽſem in irritũ reuocare,cp eccleſiaſticis reb⁹ nõ neceſſari⁹,& imperio prędiudicialis haberet. Mira res ab epiſcopis oppugnari,qd in fauorẽ eccleſiarũ princeps laic⁹ cõſtituiſſet. Fęcit hoc ipſum Bruno apud uiuẽtẽ fratrẽ: ſed nihil ꝓfęcit. Fęcit & Theoderic⁹,qd dixim⁹,Metenſiũ epũs: Sed quę ſemel Deo cõſecrata ſunt, ad prophanos uſus necp Hẽric⁹ necp Cõradus uoluerũt reuocare. Bruno tñ per uiſionẽ fratris in ſomnis territ⁹ cœpto deſtitit. Cõradus aũt iam rex coniugẽ duxit Giſlã filiã principis Wãdalię de Warle. Qua in re penſandũ,cui⁹ tum nominis & ſplẽdoris fuerint Wãdalici principes, quorũ filias dignarentẽ Impatores habere cõiuges: qq tertiũ hoc fuerit Giſlę cõiugiũ: primo enim nupta eſt Ludolpho Suęuię duci: quo ſine liberis moriẽte,nupſit Brunoni Saxonię marchioni,cui peperit filiũ Ludolphũ: tertio loco peruenit ad nuptias Cõradi regis,deinde Impatoris,qui ex ea genuit filiũ Hẽricũ poſt ſe Imperatorẽ. Cõradus autẽ plurimũ affect⁹ pręuigno Ludolpho,bona multa fęcit,ut obtineret prędia & poſſeſſiones, quę illi obuenerãt ex morientib⁹ Ottonib⁹ iuſta ſucceſſione,quęcp ꝓuenerãt ex Hẽrico nouiſſimo Cęſare ſine prole decedente,qui cũ Bauaria bonã tenuit Saxonię partẽ,eã quã Ottones Cęſares ſibi retinuiſſent. Sic enim colligim⁹: Ottonẽ .I. cum cõſtitueret Hermannũ Saxonię ducẽ, eicp ꝓmitteret cõtermina Albis fluminis,ſibi ac poſteris ſeruaſſe Turingiã,Miſnã, & quæ uicina ſunt Herciniæ. Marchionibus autẽ a primo Brunone ad nouiſſimũ proueniſſe Mediterranea Saxonię,quę nũc ſunt ditionis Brunſwickcẽſis. Sed tum nõ facile poterat tueri Ludolphus marchio,quę illi ab Cęſaribus proueniſſent

à fratre Bernhardi ducis Saxonię: qui cius esset arrogantię, ut Imperatori etiam Henrico, quod diximus, rebellaret: nisi illi Imperator Conradus sup uitricus astitisset. Iste aũt Cõradus ad Goslariã fundauit Iurgenborg, & multa prędia cõtulit in monasterium, quod erat in Hartesborg. Ad initium aũt regni eius, Mestiwoi dux Polonię rebellauit, fidem Christi & regis pariter abięcit, profectusq; cum expedito agmine suoꝝ, inter Salam & Albim magnas edidit uastitates: Subuertit ecclesias, & monasteria, sacraq; uirgines polluit, multa hominũ millia oppressit. Theodericus marchio illi ne Saxoniã intraret, obstitit. Sed cũ intelligeret Cõradũ se ad expeditionẽ parare, resedit. Sub hoc aũt Ludolpho marchione creuit opidũ Brũswicũ: Ibi tum ecclesia. S. Magni exędificata, & diui Vdalrici. Idẽ Ludolphꝰ primꝰ fundauit ecclesiã in arce Dancquerode iuxta Brũswicũ, quę nũc est inclusa mœnibꝰ: instituit canonicos, ditauit prędijs, & sanctis apostolis Petro & Paulo fęcit cõsecrari: quę nũc. S. Blasij prędert patrociniũ, intra urbis mœnia, & hodie uocant ecclesiã in Burgo. XXXVII.

PEr quod tempꝰ multi Italię magnates & populi, cõiuratione inita, sese in libertatẽ asserere, & declaratũ Cęsarem, cum ueniret, armis repellere cõstituerunt. Id cum intellexisset Conradus (neq; enim in Italia obscurũ fuit) ueniens in Italiam copiosissimũ duxit exercitum. Constitutũ erat, ut qui coronãdus in urbẽ Imperator aduenirẽt, duas in medio itinere coronas acciperet: Ex palea primã Modoeciæ: ex ferro aũt alteram Mediolani ab archiepiscopo imponędam: quod ad tempora usq; nostra seruatũ uidemus: nisi q; primã accipit Aquisgrani Romanorũ ibi rex cõsalutatus: de altera Modoecẽses cum Mediolanensibꝰ discepta uere: sed prędualuit amplitudo Mediolani. Posteaq; uero se Imperatoris iuri is ducatus subtraxit, quid fiet, incertũ est. Igitur Conradus rex Italiam ingressus, Modoeciam ne adierit non inuenio: Mediolanũ uero cum uenisset, armis est repulsus. Quamobrem agro uastato Mediolanum obsedit, Cunq; Medilanenses ipsi obstinatis animis repellendo, obstinatiores cerneret in toleranda obsidione, suburbia incendit: non prius inde se moturum minatus, q; pariter incensam urbem æquaret solo. Sed dum in die Pẽtecostes, quod multi tradũt scriptores, archiepiscopꝰ Colonienſis missarum solennia in uicina ecclesia celebraret, per spiritũ uidit, Cõradoq; regi aperuit, beatũ Ambrosiũ Germanis excidiũ nisi abcederent, cõminari. Itaq; Cõradus motis Mediolano castris, Romã ueniens, aurea a Iohanne XIX. corona, & Imperij titulis est ornatus. Italici proceres, quos aduersus Cõradũ diximꝰ cõiurasse, cũ potẽti Germanoꝝ in se exercitu, ut nouerãt ducturo, proprijs resistere uiribus diffiderẽt, Wandaloꝝ, quos in Dalmatia cõmorantes Sclauos uocãt, Vngaroꝝq; prędidia implorauere. Sed dũ illi tardãt, Cõradꝰ, qui omnia rescisset, Roma profectꝰ, pacatã post se linquens Italiam, in Wandalos primo, post Vngaros duxit: cõpressisq; eoꝝ motibus, exercitũ apud Treuiros, Metensesq; reductum, distribuit in hiberna. Tum uero Imperator, apud Treuiros cõstitutus, glorioſi facinoris occasionẽ est nactus. Rodulphus Burgũdionũ rex, qui plurimas suorum

seditiones pertulerat, quod apud Hēricum Imperatorem facere uoluit, & simulatione suorꝝ illusus intermisit, cum nihil res emendarent, apud Conradum perfecit: eius fidei regnū submittēs, in illi⁹ ditionē & obedientiam cōcessit: Quod regnū ab Imperatore in prouinciā redactum, Burgundia Imperialis ex hoc nomen seruauit, licet potior illius pars ad Francię ditionem sit reuersa. Paruit tamē regi Burgūdię omnis Sabaudia, & quicquid est citra Rhodanū, in quo, & Delphinatus, & Valentinēsis est comitatus, quę usqꝫ hodie sunt iuris Imperialis. CA. XXXVIII.

Er quę tempora, Kanutus rex Danorꝝ Anglorumqꝫ, deuotione ductus, Romā & sancta ei⁹ loca inuisit. Scribūt tamē probabili⁹ alij, qꝫ in expeditione militari cum Cōrado transierit in Italiā, reuersusqꝫ in Angliā, filiā suā Henrico Cōradi Imperatoris filio in matrimonium collocauit: Cōradus aūt Imperator paulo post celebrato filio nuptias, Romā iterū uenit, & ultionē de Italis rebellibus sumpsit. Ernestus aūt Suęuorum (quos dicūt Alemānos propter Lemanū lacū, a quo tamen satis longe distant) dux, & Welpo comes, diu rebelles in Imperatorem animos obtenderūt: Sed nouissime ad cor reuersi, eidē se submiserūt. Robertus quoqꝫ Franciæ rex, cum uideret undiqꝫ Romani Imperij uires crescere, Lotharingiā non ęquis oculis aspicere potuit, a suo regno, cui diu parucrat, diuelli: & Gotilo dux, qui Godfrido successerat in ea ditione, priuatam diu simultatē cum Cōrado, etiam ante Imperiū fouebat, unde maximum cōflari posse uidebatur incendiū. Sed ea fuit Conradi Imperatoris moderatio: ut omnia ea prudenter prospiciens, in ipso germine surgentia bella cōpressit, pacēqꝫ reddidit terris & optatā trāquillitatē. Per ea quoqꝫ tempora, Bernhard⁹ dux inferioris Saxonię, renouādis opidis, cum archiepiscopo post cladem Wandalicā, pariter & munitēdis instituerūt. Episcopus Hamburgi apud ecclesiā quatuor firmissimis turribus pręsidiū ab incursione cōmuniuit, cūqꝫ duce sępe per dimidiū annū eam urbē inhabitauit, cum illo multa super statu prouincię colloquut⁹. Ibiqꝫ regi Danorum & Anglorū clarissimo Kanuto obuiam profecti, de cōmuni gentiū salute plurima differebant: Quę res indicio est, eam urbē, non tum comitib⁹, ut postea esse pmissam: sed ab ipso duce, qui ibi cū episcopo sępe diuqꝫ sit uersat⁹, esse gubernatā. Ergo uirtute regis Danorꝝ Kanuti, & Bernhardi ducis Saxonię, pax solida trans Albim erat: & Libenti⁹ secundus per ea tempora archiepiscopus Hāburgensis, matricē ecclesiam crebrius uisitabat, & in primis honorabat. Cęsar aūt, dum in Polonos arma conuertit, uicinos quoqꝫ cōgentiles eorꝝ Wandalos ad iuga cōpulit: quorꝝ tamē Gneus & Anatrog principes, adhuc impietate gentili sorduerant. Otto autem tertius filius Mestiwoi, male erat Christianus, & ideo a quodam Saxonum transfuga interfectus est: quę res multorꝝ occasio fuit malorum, cum is filium haberet inter Saxones, qui in monasterio Luneborg, literis instaret perdiscendis. Sed audita patris morte, & literas, & religionem abiiciens, pessimā fęcit in omni Wādalia Christianismi subuersionē: quā rem quia in Wādalia explicuim⁹, inde requirat qui nosse uolet. XXXIX.

Er eadem quoqꝫ tempora, Hermãnus de choro Halberſtadenſi,
p ad archiepiſcopatũ Hãburgenſem peruenit. Is aũt, nõ tam ſuo, q̃
ſuorum curialiũ nomine inclaruit. Habuit enim optimos, & deinde ſummos uiros capellanos. Sindagerũ, qui poſtea ex Bambergẽſi epiſcopatu peruenit in urbe ad ſummũ pontificatũ: & Albertum, qui in hac ipſa Hãburgenſi metropolica, cum magna gloria ſucceſſit Hermãno. Sed ſub eodẽ iſto Cõrado Imperatore ante Albertũ, peruenit ad archiepiſcopatum Hãburgenſem Alebrãdus, qui & Bezelinus, uir inſigni prudentia & religione ſingulari, & qui forẽſes res omnino non negligeret: Eiꝰ enim opera, & Brema, & Hãburgum urbes cõmunitę ſunt, quod in noſtra Metropoli diximus. Cõradus aũt Imperator, cum Werbenã opidum ad Albim fluuium, in ſolo Wandalico, iam Saxonię coloniã, Luitici Wandali uaſtaſſent, in eos duxit & repreſſit. Sed necdũ uenerat tempus, ut oſtium ſalutis & fidei introirent. Imperator aũt, iam omnia habens & in circuitu pacata, Henricũ filiũ, quo legitime ſucceſſionis certus haberetur, regẽ creat, & in pace Chriſti requieſcit, omnibꝰ ante pro dignitate in Imperio cõſtitutis: ſepelituꝛqꝫ in Spira, quã ipſe eccleſiã illuſtrauit. Libet intueri ſtatum Imperij per ea tempora. Conradus filiũ declarauit regem: ubi erat interim poteſtas electorũ? num illi in cõciliũ erant aduocandi? Poterãt affuiſſe, ſed non omnia ſcripta ſunt quę facta: Poterat electorum, non tum, ut modo, eximia eſſe poteſtas. Marchio enim Brandẽburgenſis, illa tempeſtate pulſus a Wãdalis, omni ditione apud Magdeburgã de prębẽda uictitabat. Vigebat apud Imperatores memoria Karolinoꝝ & Ottonum, qui arbitratu ſuo ſibi delegerãt ſucceſſores. In Romano aũt Imperio a ueteri memoria, ſemper fœlicior fuit adoptio filioꝝ, q̃ generatio: Quocirca ad electiuã dignitatẽ res aliqñ peruenit, in qua pſiſtit hodie: ut digniſſimꝰ quiſqꝫ Imperio & rebꝰ gerendis, maxime idoneus aſſumatur.

XL.

Enricꝰ eiꝰ nominis. III. Cõradi filiꝰ, patri ſuccedit in omni ſua di
h tione. Miror plurimos eiꝰ ætatis ſcriptores, Henricũ, nõ Cõradi filium, ſed generũ cõtendere fuiſſe: ordiunturqꝫ longã fabulam, de Lupoldo quodã duce, quẽ Cõradus Imperator, pſcripſerit, iſqꝫ in nemore abuius ſibi habitationẽ cum coniuge delegerit, profundis ſaltibus: Poſt multa tempora eo uenãtem Cõradum Imperatorẽ, cum aberraſſet, perueniſſe, & filiũ, tum Lupoldo genitũ, cũ ibi Cõradus pernoctaret, de quo, qꝫ magnꝰ futurꝰ eſſet, cum a uatibꝰ & futuroꝝ cõiectoribꝰ audiſſet, cum Lupoldũ non agnoſceret exponi iuſſiſſe: perueniſſe tñ iuuenẽ, mira ſeruatũ fortuna, cum adoleuiſſet, in regiã & miranda perplexitate eo proiectum, ut regis filiam mereretur cõiugem, & in omni ditione ſuccederet Imperatori. Sed hãc fabellã cõuellit magnoꝝ authoritas uiroꝝ, teſtantium, Henricũ hũc fuiſſe Cõradi filiũ, non generũ: cui pater acceperit coniugẽ filiã Kanuti regis Danoꝝ & Angloꝝ. Ergo plurimorũ, & ueriſimiliora dicentiũ, ſentẽtiã ſequẽtes, Henricũ. III. Conradi Franci de ſanguine Saxonum filium accipimus, Imperio poſt patrem potitũ. Odo aũt Campanenſis comes, dum regnũ Burgundię per hæc tempora ab Rodulpho

rege ſuo auunculo dimiſſum, ꝙ a rege Francię ipſe inſtanter petitum non acciperet, Romanorꝝ regi rebellat, armis recuperaturus Burgũdiã: quam ſibi iuſta ſucceſſione deberi cõtenderat. Lotharingiam igitur incurſat, caſtella impugnat, urbem Leucorũ, quę Tullus dicitur, fortiſſime oppugnat nec temperat furori. Gotelo dux Lotharingiæ, Romano parens Imperio, aduerſus illũ exit in pręliũ. Odo cæditur in acie cum multis: Frãci uix pauci ſupſunt cędi. Ita domita Cãpanenſiũ inſolentia cõquieſcit. XLI.

Ratiſlaus Bohœmię dux regi parere recuſat, fiſus & fretus auxilijs Petri regis Vngarorꝝ: duxit in eũ rex Hẽricus, & inexplorato, montes & nemora ingrediẽs multa ab inſidiãtibus ibi hoſtibus pertulit incõmoda. Excurrerãt pro arbitrio Bohœmi, & recurrerãt: Henrici aũt milites, ſaltuũ & nemorũ inſueti, cędebanť. Ita fuit expeditio prima, nedum damnoſa, ſed etiã pernicioſa regi. Reuerſus anno qui ſequebatur proximo, iam cautior, pręmiſſis qui itinera ſeruarẽt, occuparent, hoſtem fudit, & ad obedientiã reduxit: Coægit enim obſides dare, ipſumq; poſt ſe Ratiſponã uenire iuſſit, ibiq; deditionẽ facere. Vngari deinde regem ſuum Petrũ expulerũt, Ononẽ quendã ſurrigentes. Petrus expulſus ad Henricũ regẽ, quẽ paulo ante cum Bohœmis oppugnauit, ſupplex cõfugit. Ille cõfugentẽ non repulit. Ono minatur Henrico, ꝙ hoſtem ſuum refugientẽ excęperit, perinde ſe hoſtem illi futurũ: nec minus ęgit, concito ducens in Bauariã. Albero autẽ marchio cum exercitũ haberet expeditũ, hoſtibus occurrens, uiriliter illos repulit & exeuntem obuiã Ononẽ prędio fudit, Petrũq; reſtituit, adiuuãte bona parte regni, quę Petro regi non aduerſaretur. Tumultuabanť ea tempeſtate apud ſedem apoſtolicã pluriми, cum tres uno tempore de pontificatu ambigerẽt. Benedictum. VIIII. (incertum qua cauſa) Romani ſua ſede expulerũt, Iohãnẽq; Baſnẽſem reposuere, Silueſtrũ appellantes. III. is iniuſte occupatũ honorẽ, uix diebus tenuit quinquaginta: Benedictuſq; reſtitutus, ſedem illam Iohãni Laterenſi canonico, patruo ſuo, uel uendidit, uel alia ratione permiſit: quẽ Gregorium dixere. II. Ea Henricꝰ Cęſar, cum illi eſſent nũciata, iniquo, ut par erat animo tulit, copiaſq; in Italiã ducendas ad diem iuſſit conuenire, cum Flandrenſiũ comes Balduinus inimicos in eũ animos primũ cœpit oſtendere. Venit tamẽ Romã Henricus, turbatamq; rem eccleſiaſticã cõponere eſt anniſus. Patribus quoq; non ſolũ Romanis, ſed uicinarꝝ quoq; eccleſiarꝝ & ordinũ, de ſuis locis ad edictũ cõuenientibꝰ, ſynodus eſt celebrata: in qua, Benedictus. VIIII. Silueſter. III. Gregoriꝰ. VI. ſunt damnati: Solus tamẽ Gregoriꝰ in Germaniã eſt relegatus. Creatus eſt aũt ea in ſynodo Sindigerus Bãbergenſis epiſcopus, cui Clemẽti. II. nomen imponitur: ab eoq; Hẽricꝰ. III. Auguſti Imperijq; titulis præſente ſynodo eſt inſignitus. Tradunt uero multi hũc Clementẽ Romanos, ne in errores ſuperioribus ſimiles inciderent, iuiureiurando adactos habuiſſe: ut a pontificum electionibus in poſterũ abſtinerent. Interim Henricus Capuã uſq; profectus, poſtq; ſatis puinciã cõpoſuerat, Romã, & inde in Germaniã eſt reuerſus. Vix dum Germaniã Henricꝰ Imperator attigerat, cum Clemẽs

pontificatus sui anno secūdo diē suū obijt, prouidentibus magistris Romanis, ne Germanus pontifex, diu illorum ceruicibus immineret: Venetio, quod indubitatum est, perijt.

CA. XLII.

Riusq̄ tamē Henricus rex iret in Italiā, Cōstantiensi synodo affuit; ubi cunctis in se delinquentibus debita dimisit, omnib⁹ inimicitijs sublatis, inauditā hactenus pacem, tam in Sueuia, q̄ in alijs regni sui prouincijs per edictum regię censurę cōfirmauit: Deinde Agnetem, Wilhelmi Pictauensis principis filiā, apud Moguntiam ungi faciēs in reginam, regalibusq; nuptijs apud Ingelheim sibi copulauit. Godfrid⁹ post Gotilonem dux erat Lotharingię: is Henrico Imperatori rebellauit. Captus autē ab illo, in castello Gebekenstein, usq; ad condignam satisfactionem custodię mancipatur. Imterim Romanus pontifex Clemens. II. renouauit in synodo ecclesię Hamburgēsis priuilegia, prę sente & instante Alberto eius archiepiscopo. Imperatrix ex Italia descendens, apud Rauennam genuit filiā. Albertus aūt archiepiscopus Imperatorē Italia descēdentem uocauit Bremam, occasione data, quasi Lismonā inuisur⁹ ueniret, uel regē Danorū ad colloquiū inuitaret: sed reuera ut ducū Saxonię suspectā sibi fidem exploraret. Imperator autē Brema regali, ut oportuit, apparatu exceptus, curtem, quę Balga dicitur, fratribus obtulit: Ecclesię uero comitatum Phrisię cōcessit: Inde Lismonā ueniēs, per insidias a Thietmaro comite, Bernhardi ducis fratre circūuentus est, sed archiepiscopi studio defensus. Quare idem comes a Cęsare in ius uocat⁹, cum se duello expurgare mallet, a satellite suo est interfectus: cuius mortē german⁹ eius dux, filijq; eius, referentes in archiepiscopū, ex illo tēpore ipsum & ecclesiam ecclesiegq; familiā, lætali sunt odio insequuti. Cunq; pax facta utrasq; inter dum partes cōciliasse uideretur, nihilominus tamen, qui ducē sequebant̄, ueteris memores odij, quod patres eorū in ecclesiam exercebant, ipsam inquietare & impugnare non cessabant: Sed hęc in Metropoli digesta sunt plenius. Interim apostolica sede uacante, Romani priusq̄ de noui pontificis creatione quicq̄ intentaretur Henricum Imperatorē in Saxonia agerem adierunt pontificem malo exemplo ab ipso petituri. Cunq; rex illis satisfacere cupiens, nullū Theutonicę gentis prę latū ad suę uoluntatis assensum posset adducere, ad Gallicos se uertit: quicitq; precib⁹ Brunonē episcopum Tullensem, uirum simplicē, ut per ipsius inuestituram, ad Romanum papatū promoueri pateretur: Cui per Vesontiū in pontificali habitu Romam petēti, abbas Cluniacensis, & Hildebrandus monachus, Soana Hetrusca urbe ortus, forte obuiauerūt. Vsq; adeo autē dictorū religiosorū suasio ualuit: ut episcopus periculum apostasiæ, in quod inciderat, euitare cupiens, papalia deposuerit ornamēta: deduxerūtq; illum Romam abbas & monachus, peregrini habitu incedentē, Qui ad cardinaliū, cleri, & populi cōspectū perductus, multa in eam sententiā loquutus est: ut tam Henricum qui iusserat, q̄ se, qui minus caute prębuerat assensum, a cōmisso errore purgaret, cum maxime hortatus sit, & excitauerit illos, ne sedē Petri diūtius uacare sinerent: A quibus adnitente Hildebrādo, postero die sexti

menſis ab inchoata uacatione iam ultima, in Leonem .IX. Romanū pontificem canonice eſt aſſumptus. Is acceꝑto ab Hildebrando beneficio gratus, Romanę eccleſię ſubdiaconū & iconomū cōſtituit: eiuſdēꝙ uſus consilio ſymoniacos & adulteros clericos duabus in ſynodis Romæ habitis, acerrime eſt ꝓſequutus: ſeꝙ prebuit frugi pontificem. CA. XLIII.

Eſcenderat deinde ſumm⁹ pont. Leo. IX. ab Vrbe in Germaniā.

d Non ſatis apud authores manifeſta cauſa, niſi ꝙ ꝓſumptio habet, pontificē de uoluntate Imperatoris cōſtitutum, non bene habitum inter Romanos. Erat aūt annus quinquageſimuſprim⁹ poſt mille. Ea aūt ſynodus apud Moguntiā eſt habita, præſidēte apoſtolico Leone: Henrico pariter Imperatore cum epiſcopis aſſiſtente: Bardone Mogunti-no, Euerhardo Treuerenſi, Hermāno Colonienſi, Alberto Bremenſi, Engelhardo Magdeburgenſi archiepiſcopis, cęteriſqꝫ prouinciarū ꝓſidib⁹ & ꝓlatis: In qua ſynodo Spirēſis epiſcopus Sibico, cui adulterij crimen imponebatur examinatione ſacrificij purgatus eſt. Multa ꝓterea ibidem ſanxita ſunt ad utilitatē eccleſię, in quibus ſymoniaca hęreſis, & ſacerdotalia coniugia, ſynodi manu perpetuo ſunt damnata. Albert⁹ Hamburgēſis archiepūs eo tempore, quo tam clara in eccleſia lumina fulſerūt, ſapiētię & uirtutum merito inter omnes emicuit: Tantus apud papam, talis apud Cęſarem habebatur: ut in rebus publicis, abſqꝫ eius conſilio nihil ageretur. Quapropter, nec in ꝓcinctu belli Imperator ſibi illū deeſſe uoluit, cuius inexpugnabile cōſilium ſæpe fuiſſet expertus, efficax ad expugnādos inimicos. Eodem tēpore Impator Henric⁹ ingentib⁹ regni floreſcēs opibus, Goſlariā in Saxonia urbē mirifice ornauit, quā de paruo (ut dicit̄) molendino uel tugurio uenatorio, duo priores Henrici, & iſte nūc terti⁹, in tam magnam, ſicut hodie cerni poteſt, urbem bono prouexerunt auſpicio: In qua regale palatiū hic Imperator magnifice extruxit: Duas omnipotenti Deo cōgregationes inſtituit: unam ex his donās regendā pontifici Alberto, eo ꝙ illi indiuidu⁹ comes & cooperator eſſet ad omnia. Tunc etiā data eſt illi ſpes accipiēdi comitat⁹ & abbatias, quæ magno deinde periculo mercata eſt Bremēſis eccleſia, utpote cœnobia Laureſſę & Corbeię. Deinde Imperator Pānoniā petit: habuitqꝫ in comitatu ſuo Leonē pontificem Romanum, qui lętius duxit Imperatorē in Germania uidere, q̄ in ſua ſede inter aſpides & baſiliſcos uiuere: Tum aūt ueniens papa Ratiſponā reliquias beati Dionyſij martyris, de quib⁹ diu dubitatū eſt an ibi haberent, ꝓſentibus Pariſiorū legatis perſpexit, ibiqꝫ teneri probauit. Sanctū q̄qꝫ Wulfgangū, eiuſdē urbis quondā epiſcopum, de tumulo leuauit: Indeqꝫ Bambergā cum Imperatore tranſiēs, priuilegia eiuſdē loci, a cācellario ſuo Friderico, qui illi in pōtificatu ſucceſſit, ꝓſpici, & corā Impatore populoqꝫ pronūciari mādauit, ſuaqꝫ interpoſita authoritate cōfirmauit. XLIIII.

Er quę tempora, Bruno, & Egbertus marchiones Saxonię, Ludolphi filij, a patruo ſuo Hērico Impatore tertio (erat em̄ Ludolphus eorū pater, & iſte Henric⁹ fratres uterini) ibant in orientalē Franciā inuitati; obuij fuere illis eorꝫ hoſtes Lātgrauij Turingiæ, Wilhel

mus, & Otto. Cõmisso prelio cadit Bruno. Egbertus hostium victor am̃
bos capit, reducitq; in Brunswicũ, in arcem Dancquerode, & insigni pecu
nia emũctos, cum iurassent Imperatori, dimisit. Hic genuit reliquitq; Eg-
bertum filiũ, & Gertrudim filiã, quæ nupsit Hẽrico comiti de Northem,
perduxitq; reliquias sancti Autoris in Brunswicũ. Egbert⁹ filius eccleſiã
sancti Ciriaci in monte a patre inchoatã ipse perfecit. Multis tamen bellis
angustatus est ab Henrico. IIII. Imperatore fratruele suo. Sed hic erat exi
tus, ut uir fortis, qui per arma difficulter uinci potuit, per insidias opprime
retur. Nam ferũt Henricũ in illum cõduxisse sicarios, qui se in illius insi-
nuarent familiã: acceptoq; tempore, cum in molẽdino Eysenbuttel quie-
sceret, ab illis obtrũcat̃. Henricus Imperator eius occupauit ditionẽ, tanq̃
& ipse ex sanguine Saxonũ iuste hereditaret, quę nouissimi essent princi-
pis: accedente feudi, ut prętenderat, reditu ad Imperium: Arcem prȩcipue
quæ iuxta Brunswicũ opidũ esset Dancquerode in suã accepit potestatẽ,
propulsa sorore Gertrude uirgine, tradiditq; custodiendã Bauaris. Sed il
li dum abutũtur in ciues permissa potestate, odiosi fiunt. Erat qui balneæ
in uico publica instrueret, homo iniurię impatiens, qui ab illis ꝓuocatus,
noctu ignẽ iniecit arci, quo perierũt custodes. Ciues accurrerãt, restincto
ut poterãt incẽdio, arcẽ suę fecere potestatis, & reuocatæ Gertrudi restitu
erunt. Illa tam insigni dote ꝓmeruit uirũ, Henricũ, ut diximus, comitẽ de
Northem. Erat tum uir nobilis in Wulfenbuttel Widekindus, cui⁹ ope
& fœdere freti ciues, magna intẽtarũt pro Gertrude: Et hæc quidẽ longe
post hęc, quę nũc tenem⁹, tẽpora: nũc uero per anticipationẽ cõmemora-
ta, propter seriem marchionũ Saxonię, in quã incidimus. XLV.

Vm Romanus pontifex Leo apud Imperatorẽ Henricũ. III. ma
c nẽs, Natale Dñi pageret Wormacię, missarꝝ celebratione in san-
cta die peracta, ut oportuit, apostolico ritu: in sequenti Luitpol-
dum Moguntinę sedis archiepiscopũ, utpote in sua prouincia potissimum
surrogauit officio. Cunq; peracta processione, & dicta oratione, pontifex
in sua sede de more cõsisteret, subdiacon⁹ lectionẽ sacrã peręgit: quã cum
nõ ex ritu apostolico, sed suę pro cõsuetudine eccleſię, ꝓnũciaret, admoni-
tus a suis Roman⁹ põtifex, lectorẽ curauit admoneri: ut Romano ritu prę
sente summo pontifice pronũciaret: quod cum ille cõtemneret, & iterum
admonitus perstaret, papa expleta lectione, uocatũ, ab omni officio degra
dauit. Archiepũs misso ad papã nũcio, orabat, ut suũ sibi redderet mini-
strum: Papa recusabat. Archiepiscopus, ut erat eccleſiasticę disciplinę non
ignarus, dissimulauit: & lecto euãgelio, cum sacra peractio instaret, archi-
episcopus in sua sede cõsedit, cõtestat⁹, non se posse peragere officium, nisi
reddito ministro. Papa cõstantiam archiepiscopi perpendens, & maiori-
bus occurrens motibus, clericũ restitutũ remisit. Laudanda in utroq; uir-
tus. Impleuit enim uterq; suã dignitatẽ. Seueritatẽ districtionis ostendit
papa in cõtumace & lenitatẽ in episcopi cõdescensione: Ille quoq; de suæ
eccleſię honore perseueranter egit, & quod uoluit cõstanter impetrauit.
Fames deinde multas afflixit prouincias: Multi principes perierũt. Gotfri

dus Lotharingię, cum ducatū Moſellanorū obtinere ab Imperatore non poſſet, rebellionē ei oſtendit: ſed miſſis in eum ducibus capitur, & ut liberetur, filium dat obſidē imperata ſe facturū. Filio aūt in obſidatu mortuo, iterum rebellat: impellens Balduinū Flandrenſem comitē ad belli ſocietatem. Palatium Imperatoris, quod erat Nouimagij, incendit Gotfridus. Albertus aūt, qui ducatū Moſellanorū Gotfrido negatū accœpit, a Gotfrido opprimitur. Ducatū eius Gerhardus de Elſatia, alterum Fridericus qui dā obtinet: nūc mutatis titulis, de Limburgo, decꝫ Lutzēburgo appellantur. Adhuc Leo papa apud Imperatorem agebat: Is in Gallias deſcendens, uocato ad ſe Gorfrido, ceruices Imperatori inflexit, peręgitꝫ reconciliationem: Sed Balduinus Frandrēſis in duricia permānſit. Imperator in illum miſit exercitum. quo uiſo, flexus Imperatorē adijt Aquiſgranū, & de iniurijs ſatiſfęcit: Sed tñ in ſententia permānſit paucis diebꝰ. Nam non diu poſt Lotharingiā incurſionibus uexabat, Hoium opidū incendit. Extitit interim cauſa, qua Gotfridus de integro ſe Imperatori opponeret: Duxerat ille cōiugem relictā Bonifacij marchionis in Italia: Sed illi Henricꝰ Imperator ingreſſum in Italiā pernegauit. Imperator aūt contra Balduinum Flandrenſiū comitē duxit. Scaldim fluuiū Balduinū fugientem ir ſequēs tranſiuit, uaſtabundus incedit, multā prędam, plurimos captiuos, & inter alios Lambertū comitē, Balduini comitis ſatellitē, multos etiā Flandrenſium primores intra urbē Tornacū includit & capit. Idem poſtea Balduinus, cum Gotfrido Fridericū auūculum ſuum obſidet in Antwerpia: ſed concurrentibus Lotharingis, ab oppugnatione deſiſtit. Interea Romæ mortuo Leone, Victor, antea Fridericus, homo Bauarus, ſurrogatur: qui Henricū Imperatorē, ne aliqua a ſe peteret iniqua, demulcere cupiens, Hildebrandum ſubdiaconū, illi mittit oratorē: oportunecꝫ accidit, ut Imperator graui laborans morbo, quo etiā perijt, Henricū filiū puerum octennem, Hildebrandi cardinalis authoritate fretꝰ, Romanorū regem ac Cęſarem dixit: quod quidem Hildebrādus, poſtea pontifex factus, in epiſtola ad Rodulphū Suęuię ducē indicat in hęc uerba: Vnde nobilitatē tuā ſcire uolumus, quia non ſolum circa regem Henricū, cui debitores ſumus, eo qꝫ ipſum in regē elegimus, & pater eius laudādę memorię Henricus Imperator, inter omnes Italicos in curia ſua ſpeciali me honore tractauit, qꝫ etiam moriens, Romanę eccleſię per uenerandę memorię papam Victorem predictum, filiū ſuū cōmendauit, aliquā maleuolentiā non ſeruamus. Sed Henricus. IIII. tunc moritur, & in pace Spirę ſepelitur, cum annis prefuiſſet ſeptem atꝫ decem. Hic ſit modus huius uoluminis, ne excurrat in immenſum.

FINIT LIBER IIII.

SEQVITVR LIBER

QVINTVS.

ENRICVS .IIII. ADMODVM PVER

patri ſuccedit in regno: qui, cp ſanguine Saxonum ex patre prodierit inde ſciri poteſt, cp pater in Saxonia urbem

h Goſlariam tantopere decorauerit: in qua etiam frequenter cõmanebat, inſtructo palatio & uenerabiliter ornato. Sed mater Agnes prudentiſſima fœmina, regni gubernacula aliq̃diu tenuit: Erat aũt filia ducis Aquitanię Wilhelmi, qui ordinẽ poſt ſe reliquit Wilhelmitarũ. Nihil erat quo uiri prudẽtia deſyderaret: Omnia ubicp pacata, nihil perturbationis: Erãt tamen ex primoribus regni principibus, quibus muliebre imperiũ non ſatis ex dignitate uideretur Romanę reipublicę: in quibus Anno archiepiſcopus Colonienſis, uir grauitate, prudẽtia, & uirtute ſingulari, qui per ingenium curauit puerum regem matri auferendũ, quo regni gubernacula pariter adimerentur. Imperatrix aũt pueri mater, in Italiã ſe cõferens, religioſam uitã duxit apud monaſteriũ, quod dicitur Fruteria. Inde ſe Romã trãſferẽs in ſancta cõuerſatione uitã ibi finiuit, ſepultacp eſt in eccleſia ſanctę Petronellę. Saxones interim, cõgregato exercitu inuadũt gentẽ Luticiorum (Luſatios nũc eſſe crediderim) Wandali enim fuere in ea prouincia, quę nũc eſt Brandenburgẽſis marchia. Non poterãt cõſiſtere Wãdali in acie cõtra Saxones. Fugati, cęſi, capti ex his plurimi, obſides dederunt imperata ſe facturos. Deinde, quia puer rex in manibus erat principũ, cõtempta matre, principes in ſolenni cõuentu, duos per Imperiũ creauerunt ordinarios cõſules, Colonienſem & Bremenſem archiepiſcopos. Qua occaſione implicitus Albertus Hamburgenſis & Bremenſis archiepiſcopus regni negotijs, eccleſiã ſuam uidebatur habere in poſtremis: Ducũ aũt temeritas per eius abſentiã increuit: Iura eip imminuta ſunt. Sed quę ad eccleſiam pertinẽt, in Metropoli ſuum habent locum: Hic uero Saxonię geſtas res proſequimur.

CA. II.

b Ernhardus inferioris dux Saxonię (nã ſuperiorẽ tenuere marchiones, & qui Turingiã habuere, Miſnãcp, ac partes Herciniæ per Imperatorẽ, uel cõceſſionẽ, uel deceſſionẽ) iam in ultimis uitę annis ſenex agebat: nam per annos quadraginta uarie rem adminiſtrauit: fiłijs tamen eius reuerentia modeſtiã prę ſe ferebant. Vbi uero ſenex cõceſſit in fata, iam frena laxauerũt. Ordulphus ducatũ, comitatũ frater eius Hermannus adminiſtrauere. Sed quęro quẽ comitatũ? Annales non expreſſere. Poſſumus aũt illum antiquiſſimũ Phriſię de Aldenborg, uel illũ Stadenſem, de quo plurima fuit poſteris cõtrouerſia, uel illũ Tranſalbinũ Holſatię accipere. Sed plurima in eam partem dicta inclinant, ut ſit comitatus Phriſię, quem nũc Aldenborgẽſem uocamus. Hi principes pro aduleſcentia tumeſcentes, diu in eccleſiã & miniſteriales eius, cõceptum odium diſſimulare non poterant: Aberat paſtor: liberũ uidebatur ſęuire in ouiculas: Sublata uidebantur omnia quę pudorẽ poſſent ingerere. Sed initio regni huius Henrici, cum adhuc Agnes mater Imperatrix gubernacula teneret, ducatus Sueuię uarie iactabatur. Obierat Otto de Swinfurde Sueuorũ

dux & Rodulphus de Rynfelde, qui poſtea ad Imperiū aſpirauit, ducatum accœpit: quod erat multorū in regno malorū ſeminariū. Eundē nāq; ducatum Sueuię Henricus Imperator. III. uiuente adhuc, quem diximus, Ottone, Bertoldo comiti, qui poſtea ducatū Carinthiæ eſt conſequutus, tradito ei anulo ſuo conceſſit. Hunc anulum Henrico moriente, Agneti Imperatrici pro documēto ueritatis exhibuit: & illa recognito, nō habuit quod opponeret: ſatis propenſa ad ducatū illi permittendū. Sed pręuenerat Rodulphus memoratus, qui filiā Bertoldi apud Cōſtantienſem epiſcopum nutritā, raptam, an uolentē, incertū, cōiugem accepit: Cuius rei cōtemplatione, cum iam Roduphus in gratiā reginę rediſſet, ducatū illi Sueuię permiſit: Quę res Bertoldi animū uehemēter exaſperauit: Sed ut eum leniret Imperatrix illi permiſit ducatū Carinthię: quem etiam filius ęquiuocus, Henrici. IIII. conceſſione tenuit, cum pater pro filio interueniret. Mutato non diu poſt cōſilio, Henricus rex, Carinthiæ ducatū Ludolpho cuidam cōſanguineo dedit. Tum uero Bertoldus iuſta indignatione commotus, tam in regem, q̄ donatum abſtuliſſet, q̄ in Ludolphū, q̄ ſibi debitum ducatū poſtulaſſet, occupaſſetq̄, cogitauit ultionem. Interea, quod fieri ſolet ſub nouo rege, pręſertim aduleſcente, multę fiebāt in regno tumultuationes. Otto Bauarorū dux detruditur ducatu: Cōradus genere Sueuus, inter nobiles de primoribus, a militibus regis occidit: & hęc omnia in regem quaſi ille mandaſſet referuntur.

CA. III.

TOto ducatu Bauarię deſtitutus, ad Saxones ſe cōferens, ſuos consanguineos rebellionē molitur: Bertoldus in Suæuia res turbat: Fiunt motus & cōuentus utrobiq̄, & in regem odia excitātur: Quę res tam diu ſerpſit ut Rodulphus q̄q̄ de regis deiectione, ſuaq̄ ſurrogatione cogitaret, & ſatageret: quā rem poſtea explicabimus. Henricus aūt rex aduleſcentię utens libertate, Saxoniā ſolam ex omni regno cœpit incolere, principes deſpicere, nobiles opprimere, infimos ſuſtollere, uenatui, luſibus, & leuitatibus pluſq̄ iuſticię faciendę: Accuſatus eſt a multis operam impendere, filias illuſtriū quibuſdā obſcure natis cōiugio deuincire, priuata prędia primatibus regni non ſatis fidens inſtituere: quam ego tot commitum in Hercinia originē eſſe cōiecto. His diſcordię ſeminarijs contigit regi plures de regno & de uita inſidiatores excreſcere: qui tamē cum maturitatis plene necdū attigiſſet annos. Erāt qui non tam ipſum, q̄ Albertum Hamburgēſem archiepiſcopū culpandū putarēt, q̄ ex eius ſententia plurimum pendere uideretur. Per quę tēpora, Detherus marchio, non ſuo ſed principum Saxonię, ut putabatur, cōſilio, tyrannidē in partes regis ordit: quę tamē mox, terreſtri ſimul & cœleſti maieſtate cōpeſcitur: caſtellis ſuis Bichilmgo & Schidingen a rege deſtructis, filio eius ęque militari uiro, a proprio ſeruo interæmpto: ipſo quoq̄ cōmuni ſorte breui per mortē abſumpto. Otto erat Bauarorū dux, uir, & conſilio, & manu ualens, genere Saxo, qui quando & quibus meritis ad ducatū Bauarię peruenerit, miro ſilentio tranſeūt annales: Sed eſt cōiectura, q̄ moriente Henrico. II. Imperatore ſine prole, illi⁹ fauore peruenerit ad ducatum: Sed magis arbitror,

idq; coniecturę propius defendo, fuisse natũ ex Henrico Magni Ottonis fratre, duce Bauarię, unde per aliũ filiũ descenderat Henric⁹ quoq; Imperator sine prole decedẽs: & in hoc Ottone ꝓpagatã accipio lineã Ottonũ ad Henricũ Leonẽ, interueniẽte fœmina. Nam Leonis mater, filia Lotharij Imperatoris, matrẽ habuit Rixã ex matre Gertrude, filia Egberti marchionis Saxonię natã, & patre Hẽrico Crasso, qui patrẽ habuit Ottonem memoratũ. Nũc uero accusat⁹ apud Henricũ. IIII. cũ recusaret purgationem ex duello propter imparitatẽ prouocãtis, qui genere & nobilitate nimium illi esset impar, creditũ est Albertũ archiepũm Hamburgẽsem pluri mũ ad ei⁹ destitutionẽ cooperatũ: ut frater eiusdẽ Alberti Welpus, comes in Bauaria, recuperaret ducatũ. Erãt aũt filij Cuntzonis, quẽ Latini Conradum appellam⁹. Pulsus aũt Otto Bauaria, concessit in Saxoniã, & ditionem tenuit ad Weserã, olim Visurgũ, cũ comitatu de Northem: & ex illo multa nobilitas ꝓcessit: ꝙd suo tẽpore ostẽdemus. Hic est ille Otto qui omnẽ Saxoniã secũ traxit ad rebellionẽ aduersus. IIII. Henricũ. IIII.

Perę preciũ est intueri, qui tum fuerint principes Saxonię. Certe o inferiorẽ Saxoniã ad Albim administrauit Ordulph⁹ Bernhardi filius: qui iam filiũ habuit in armis pugnantẽ Magnũ: deinde Egbertus Egberti filius marchio, Saxoniæ meditullia tenebat prouinciæ iuxta Brunswicum. Otto de Bauaria ad Visurgum dominabatur. Aderant quoq; inter primos principes, archiepũs Magdeburgẽsis, & Halberstadensis episcopus, non min⁹ tum etiã in armis q̃ principes sęculares uersati. Sed tum Otto de Bauaria cunctis erat clarior: cuius tanta fuit apud omnes authoritas: ut si quid regi humanit⁹ cõtigisset, aut si principũ in illum cõiuratio procederet, ad regni fastigiũ peruenturus uideret. Id metuens rex, libenter audiuit, quendã Egmonem mediocri nobilitate uirũ, fortuna tenuem, qui Ottonẽ ducem apud regẽ insimulasset ꝙ de nece secum regis tractauisset. Otto pernegans, hominẽ de mendacio & regis assentatione coarguebat: Ille uero monomachiã duci obtulit: seipsum regi uadẽ constituens: ut eo duello purgaretur crimen uictoris. Otto imparẽ, ut diximus, hominẽ non respicit, ꝙ dux cum latrone, primari⁹ cum sicario congrederetur, duxit iniquũ. Et ubi detrectauit pugnam, iam quasi cõuictus de læsa maiestate ducatu destituitur: quẽ rex Welpo illustri uiro, Alberti archiepiscopi, ꝙd diximus, germano donauit. Inde incendia, neces, deprędationes, & infinita mala prouenerũt. Rex Ottonẽ usquequaq; persequutus, q̃plures eius munitiones destruit, prędia uastat, & ut uerum reipublicę hostem omnino delere cõstituit. Ille militibus electis instruct⁹, ipse ꝙq; manu fortissimus, & animo nimis efferatus: utpote, qui de omnib⁹ fortunis & existimatione dimicaret, quia iusta acie decernere aduersus regẽ nõ poterat, nunc pręda, nũc flammis, nunc etiam ferro, quacũq; se sors obtulit, suas iniurias ulcisci satagebat. Ipso denicq; mediante, nõ cessat gens Saxonum, ut est acris animo, coniurationẽ aduersus regem unanimi conspiratione inire, atq; firmare: accusationes blasphemiasq; inauditas ad sedem apostolicã de illo inferre: socioscq; belli sibi ex omni regno Theutonico nũ

cijs & literis aſciſcere. Nam primo Sigefridū Moguntinę ſedis metropo-
litanū, Adalbertū Wormaciēſem, Adalberonē Herbipolēſem, epiſcopos,
Gebehardū Saltzburgenſem archiepūm, alioſq; ꝗplures preſules, & per
ipſos papam etiam Alexandrū ſibi fautores efficiunt. Quidā quoq; An-
nonem ſummę ſanctitatis uirū Coloniēſem archiepiſcopū cōiurationis cō
ſcium faciunt, quoꝝ cōſpiratione rex territus Saxonia ceſſit, & in alijs re-
gni partibus rebus inſtitit agendis. CA. V.

ANnus erat poſt mille. LXXIII. cū Anno Coloniēſis & Hermā-
a nus Bābergenſis pōtifices Romā miſſi ſunt, pecunię inde regi de
bitę colligēdę gratia: qui legatione pacta, literas Alexādri papæ
detulerūt, regēq; uocarūt ad ſatiſfaciēdū de ſymoniaca hęreſi, ceteriſq; nō
nullis magna emēdatione purgādis, ſup quib⁹ Romę rex erat delat⁹. Sa-
xones tum inſtāt præſidia multa firmare, arces uocāt, necdū em̄ plurimas
habebat Saxonia munitiones. Inſuper caſtella quę rex dudū erexerat fun-
ditus illi conant̄ euertere: & in pleriſq; proficiūt: inter quę præcipuū illud
quod Hartesburg dicit̄ preſidiū deijciunt: monaſteriū & clauſtrū canoni
corum, quod ibi erat, multa furentes audacia, funditus euertunt: &, quod
dictu nefas eſt, innocentis paruuli filij regis, ibi tumulata oſſa eruta ſpar-
gunt. Interim Hildebrandus quē dixim⁹ ad papatū peruenit, Gregorius
VII. appellatus, nullo regis conſenſu accedente: quod pro illa ætate nefas
ſunt arbitrati. Hic regē ad ſynodalia reſpōſa deuocauit, nūcijs & literis ui
ciſſim miſſis: Sed rex armis implicitus illis ſynodalibus contētionibus ua-
care non poterat: nam magna manu undecunq; cōtracta ex Sueuia, Baua
ria, Bohœmia ducit in Saxones. Ad fluuiū Miſtrow exercitus cōcurrūt:
& primo quidē cum ſtarent in cōſpectu acies, per cōmunes amicos res in-
tercœpta eſt ante preliū: Cūq; Saxones quieti conſiſterēt, ſiſi tractatibus,
erāt inter regios qui prælij erāt cupidiores ꝗ pacis: renunciātq; falſo regi
Saxones ad preliū parari. Rex uera putās quę dicerent̄, iuſſit ad arma con
clamari: & trāſito uado in loco Nagelſtede, imparatis ſuperueniēs Saxo-
nibus, multos ſtrauit: Diręmptūq; eſt iterum præliū interuētu Rodulphi
Sueui, qui principibus Saxonū perſuaſit, ut regi cederēt, omnia ex ſenten
tia eoꝝ uētura: q;q; nihil mali paterent̄. Epiſcopi Magdeburgēſis & Hal
berſtadēſis, dux Otto Bauarię, & Magn⁹ Saxonię, audiūt Suæuū: & ubi
ſe regi preſentāt, in uincula cōijciunt̄. Doluit Rodulphus uiolari fidē: ut
cūq; tñ factū eſt, nolente uolēte rege laxant̄ Saxones: nec iterū ſe fidei re-
gis ꝑmittūt. Romę interim Hermānus Bābergēſis epūs de ſymonia con-
uictus deponit̄. Rex audiēs, Ropertū ſurrogauit: Ea res in eā contentionē
peruenit, ut Imperator Wormaciæ congregato concilio preſens annitere-
tur, ut ab uniuerſis Germaniæ epiſcopis, præter Saxones, Hildebrandus
quoq; papa abſens deſtitueretur: Oues paſtorem iudicant, contemnunt,
abijciunt: Mittunt epiſtolam quam ſic concludunt: Quia ergo introitus
tuus tantis iniurijs eſt initiatus, & eccleſia Dei tam graui tempeſtate per
abuſionem nouitatum tuarū periclitatur, & uitam conuerſationemq; tu-
am tam multiplici infamia dehoneſtari, ſcādalumq; grauiſſimū imminere

cõſpicimus obedientiam quã tibi nullam promiſimus nec de cętero ullam ſeruaturos renunciam⁹,& quia tibi nemo noſtrũ,ut tu publice proclamabas, hactenus fuit epiſcopus: tu quoqꝫ nemini noſtrũ amplius eris apoſtolicus; faciebat animos permiſſo olim Henrico huius patri poteſtas creandorum pontificum.

CA. VI.

Eodem anno circa decimũoctauũ calendas octobris colloquium maximum apud Oppenheim factũ eſt, ubi pene toti⁹ regni principes,ſed maxime Saxonũ & Alemãnorꝫ regis ſubięctioni renũciabant: cauſam prętendentes,qꝛa duobus iam apoſtolicis uocat⁹ad ſatisfactionem non ueniſſet,& pro hoc cõtemptu ſententiã excõmunicationis a papa in urbe retuliſſet. Henric⁹ curauit ex ſynodo Wormacię mitti nuncium ad pontificẽ: Is erat Rolandus clericus Parmenſis, qui in cõſpectum Gregorij & cardinaliũ perductus,Henrici regis uerbis,Gregorio,ne pontificalia exerceret,aut ſe pontificem nominaret,inhibere dixit: Iuſſitqꝫ cardinalibus, ut alium a rege pontificẽ habituri,in Alemaniã ſe cõferant. Et tamen eo nuncio cum ignominia expulſo, multorꝫ Germanię epiſcoporꝫ literæ pontifici Gregorio ſuam operam & fidei cõſtantiã pollicentiũ ſunt allatę: Qua impulſus cauſa põtifex Gregori⁹,ea in ſynodo Sigefridũ Moguntinum archiepiſcopũ,& eius impietati aſſentiẽtes,& ſubſcribentes epiſcopos,& Abbates,cõmiſſis priuauit eccleſijs. Hẽrico aũt gubernationẽ, dignitatẽ,& titulũ regni Theutonicorꝫ & Italię interdixit: omnib⁹ principibus & populis utriuſqꝫ regni, quo illi obſtringebãtur iuramento,authoritate apoſtolica abſolutis. Ferunt initio Henricũ nuncios miſiſſe per prouincias qui dicerent, Ieſum Chriſtum,quando ter oues Petro paſcendas cõmiſerit,reges excępiſſe: põtifexqꝫ ecõtra per literas, quę extãt,notũ populis fęcit: Deum in terris agentẽ,qñ ligandi & ſoluẽdi in cœlo & terra poteſtatẽ Petro dedit neminẽ excępiſſe: eumqꝫ qui ligare ſe poſſe negat ꝙ abſolui nequeat,confiteri, ſic q̃qꝫ ab omni eccleſię corpore ſequeſtrari. Quibus papę uerbis prelati,principes,& populi pars regni Theutonicorum maxima,animis ab Henrico cœperũt alienari: primicqꝫ Saxones exarſerunt in bellum. Poſt illos Metenſis epiſcopus Henricum cenſuit in uim anathematis deponendum. Vnde cum faciſceret,& iam magnum ortum uideret in regno diſſidiũ,Rodulphus, Welpo,& Theodericus primores Alemãnorum duces cum cęteris in regno pręſtantibus uiris in id conſilij peruenerunt: ut ſi uocat⁹ in Alemaniã Gregori⁹ pontifex deſcẽderet,Henricus illi ſupplex,petita,ut illi cõfidebant,impetrataqꝫ uenia erratorꝫ,proſterneretur: alioqui ſucceſſorẽ illi daturos cõcordi cõuent⁹ ſententia ſunt proteſtati: Iurauitqꝫ illo in cõuentu principũ Henric⁹ rex,ſe pontifici cum acceſſiſſet integre pariturũ: Quod quidem primatib⁹ illis adeo gratũ fuit, ut ſponte ſua reſponderint: Illum Romã ad Imperij ex more ſuſcipiendam coronam,cum copijs deducerent: quibus tum Imperator declarat⁹, Normannos,Apulia,Calabriaqꝫ,& omni terra eccleſię deturbaret. Acceſſitqꝫ regis & cõuentus ad pontificem ea de cauſa orator archiepiſcopus Treuerenſis. Quo inſtante,pontifex Gregori⁹,ut Auguſtam prętoriam urbem

alpinam accederet, cum cardinalibus urbe mouit. Cum uero se Vercellas usq; contulisset, a Vercellēsi episcopo Italiæ cancellario clam rescijt, Henricum regem hostili in se animo cum exercitu uenientē, alpes transcendisse. Quāobrem suę cōsulens saluti pontifex, in Cānossum usq; recessit, opidū in Regiēsi agro: quod erat Mathildę comitissę, apud quod nullā ab Hēri co uiolentiam uereretur. Rex uero dolum intelligens patefactum, relicto Vercellis exercitu, Cānossum nihilominus uenit. Acta aūt est res summa pōtificis grauitate, sūma, sed ficta potētissimi regis humilitate. Quo enim die Henricus Cānossi suburbiū attigit, omni depositio regali ornatu, nudisq; pedibus, ad opidi portam introduci sperans, cum paucis comitibus est delatus: denegatumq; primo die ingressum æquanimiter tolerās, loco per noctem non mouit: & glacie ferunt, cōculcataq; diu niue, per asperrimum hyemis sydus, solū in quo rex stetit, uel iacuit, obriguisse: expectauitq; tacitus scire, quid secum pontifex duceret agendum. Pontifice uero omnia differente, ut a cūctis cerneretur, uera ne, an cōficta esset pœnitentia, quā prę se rex ferebat, ad tertiā quentū est diē, cū Hērico se miserū, infœlicēq; clamāte, cui soli non uacarent ueniā imploraturo Ro. pontificis aures, uicerunt Mathildis comitissę, Adelai Sabaudiēsis comitis, & abbatis Cluniacēsis preces: & introductū regem, absolutūq; pontifex in sinū matris eccīę recępit. Fęcit uero pōtifici rex scripto ꝓmissionē sacramēti religione firmatā, cui Mathildis comitissa & Adelaꝰ comes, abbasq; Cluniacēsis subscripserūt. Postea tñ substitit rex in Cānossi finibꝰ, abituro, ut putabat, pōtifici, structurꝰ insidias, & pōtifice id uerito subsistēte, fatigatꝰ expectatione rex Papiā se contulit. Visum est ista ex Italorū narratione inserere: In qua uide prudēs lector, q̄ sint incōcinna multa, & a ueri similitudine aliena: Ego iudiciū meū uolēs subtraho, tibi cūcta ꝓmittēs. VII.

Onnulla hic inseruntur a nostris, quę & ipsa apud me fidem non merentur: Regem pontificis iniūcto, per annum integrum Romę iussum sē continere, memorias martyrū in Vrbe frequētare: equum non ascendere. Quod cum ille religiose cœpisset implere, uidētes cardines orbis, quia prę timore sedis apostolicę cōtremiscūt potestates, & sub eo curuentur, qui portāt orbē, suggessisse summo pōtifici: ut deiecto degenere, qui publicā peręgisset pœnitētiā, aliū curaret in regno sublimari: Percunctāte aūt pontifice quis dignus uideretur: Rodulphum Sueuum esse prętensum: cui ilico papa miserit coronā, cum elogio: Petra dedit Romam Petro, tibi papa coronam. mandaueritq; Moguntino & Colonien. si archiepiscopis, ut illum eligerent, consecrarent, tuerentur: omniū ignaro Henrico, donec Argentinus episcopus, aduolās Romam, ista regi nuncia ret: Qui accępta (ut putabat decorū) a summo pontifice licentia abire cōstituit: Episcopus, ne papam alloqueret deterruit: Nam a pontifice omnia contra eum esse prouisa. Ita clam, furtimq;, magnis itineribus per Italiam digressum in Gallias, inde ad fideles suos peruenisse, collectisq; uiribꝰ, se Rodulpho ad prelium obiecisse. Sed hęc, ut dixi, apud me fidem habent tenuē. Primū, quia pōtifices non amāt reges in Vrbe diuersari: nec regiū

erat inter altaria discurere. Sed & pontificis epistolę testãtur, se ad Rodulphi electionem neminẽ cõmouisse: Idcp uerisimile est. Certum est tamen non inuitum ista audisse pontificẽ, de Henrici destitutione, Rodulphicp prouectione: Ait enim in epistola: Hẽricũ pœnitentẽ ecclesię gremio restituisse, non tamẽ ad regnum, a quo destitutus fuerit in synodo, reposuisse: Quod certum est, Henricus armis cõtractis, Rodulpho, quem regis ęmuli regem dixerunt, in prelio se obiecit: pugnatũcp acriter cęsis, captisq; plurimis: sed uictoria neutro inclinante, placuit utrinq;, ut eius rei discutiendę causa, utriusq; partes oratores adirent pontificem. Postulauit iam ante Henricus rex ab Gregorio pontifice: ut propter inuasionem regni, Rodulpho sacris interdiceret. Ad quę pontifex: Non se posse inauditum cõdemnare respondit. Venerũt ad summũ pontificẽ regũ oratores: quibus benigne a pontifice responsum: ut efficerẽt, reges ab armis discedere, donec causa tractaretur, se confestim uocaturũ cõcilium. Sed priusq; ea renunciarentur, reges reparatis uiribus, iterũ cõcurrerunt. Cecidit Wizilo archiepiscopus Magdeburgensis: Saxones terga uerterũt. Dux Bohœmię lanceam Rodulphi nactus, eam insigni munere prędi eã omnibus Bohœmiæ regibus instituit. Spoliat⁹ hoc prelio dux Magnus, comes frater ei⁹ capt⁹ & epũs Wormacien sis Poppo ex primorib⁹ Hẽrici principib⁹ cecidit. Ita pene equata sunt uulnera & damna partiũ. Nouissimo inter reges prelio, Rodulphus ita uulnerat⁹ est in dextera, ut inde mortem sumpserit. Iam enim reductus in Herbipolim magnates & episcopos suę partis ad se iussit cõuenire: & elata dextera in astantes: Hęc est, inquit, man⁹, qua ego sacramenta prestiti Henrico domino meo, uobis tamen urgentibus, toties in eum infœliciter pugnaui: Ite & implete primã regi uestro fidẽ: nam ego uadam in uiam patrum. Sic moritur.

CA. VIII.

Am profligato Rodulpho, rex Henricus acriores animos intendit in Romanũ pontificẽ. Vrebat animũ pronũciata in synodo regis destitutio: diu dilata in ei⁹ cõtumeliã recõciliatio: ęmuli in regnum fauor. Igitur apud Noricę Brixiã, cõuocato pontificum cœtu de Lumbardia, Italia, & Germania, crimina multa intentantur pontifici Gregorio q̃ inuasor sit Romanę sedis, sacrilegus monach⁹, somniorũ & prestigiorum obseruator, necromãticus, & qui malis artibus fidem Christi contaminarit: Ob quæ omnia Romana illum sede destituunt: & nisi sponte locũ uacuaret, perpetua maledictione ferire minãtur. Wigbertũ Rauennatum episcopũ surrogãt, quẽ Clementẽ. III. appellant. Reliquerat autem Henric⁹ Italia decedẽs Henricũ filiũ cum copijs in ,puincia: ut illã in fide cõtineret. Cui cõgressa per suos Mathildis nobilis matrona, & quæ multa in Romanã ecclesiã fęcisset bona, ab illo superatur. Accessit aliud incõmodum nobili matronę (Erat enim de genere Saxonũ, quod ostendem⁹) quod propter religionẽ memoria dignum est. Obierat Bonifacius maritus eius, & Azonẽ Estensem recipit iterato matrimonio: Resciuit postea Bonifaciũ atq; Azonem tertio sibi inuicem gradu ad matrimoniũ interdicto cohęrere: Qua de re cõsulens summũ pontificem, iussa est ab Azo-

ne diſcedere, & pœnitentiã agere de tam graui inceſtu: Ad quã obſeruan-
tiam, ſi noſtra tempora referimus, Ethnici uidebimur. Quid enim hodie
per diſpenſationẽ apoſtolicã non obtinetur? Tum nobilem matronam, &
quę Romanę eccleſię multa pręſtitiſſet obſequia, iuſſit pontifex a ſecundo
diſcedere marito, & pœnitentiã inceſtus agere, nulla diſpẽſationis hinc aut
inde facta mẽtione. Ducẽs igitur Romã Henric⁹, per Bauaros eſt ingreſ-
ſus Italiã. Mathilda aũt, quicquid ex ſubiectis ſibi populis copiarũ ſibi col-
ligere potuit, miſit ſummo pontifici, a quo tam probe in ſuo caſu fuit cõſo-
lata. Iuſſit Henricus Clementẽ ſuum pontificali apparatu præcedentẽ ad
pontem uſq; Miluium procedere: Inde in prata Neronis tum dicta, cum
iretur, ſtructa in prelium acies pręceſſit. Prior Clemens cum pompa, inde
rex in ſubſidijs eſt ſequutus. Appulſos Leoninę ciuitatis portę, quam Sa-
xonum tunc, aut Poſterulã, uocabant, regios milites Romani ſagittis, ia-
ctiſq; ſuperne lapidib⁹ repulerũt. Quod cũ uidiſſet Henricus, caſtris loco
firmatis, exercitum incendijs, ędificiorũq; demolitioni curauit intendere:
Nullam uincendi ſpem offerri uidens, poſt paucos, quibus aduenerat, di-
es cum ſuo antipapa Rauennã redijt: Ibiq; anno pene toto peracto, reno-
uatis uiribus, per Spoletinos, ad Vrbem iterum duxit: & Leonina per to-
tam quadrageſimã obſeſſa, ea poſt Paſcha eſt potitus. Eſt autem Leonina
Vaticanũ, Romę ſuburbiũ, in quo papæ nũc ſplendet palatiũ: quod qui-
dem ſuburbiũ, portis cõmunitum, Leo. IIII. de ſuo nomine appellauit Vr
bem Leoninã. Inquinata per aliquot dies ab antipapa ſancti Petri baſili-
ca, ad alterã pariter beati Pauli inquinandã acceſſit: ad quam binas porti-
cus diruit: unam a caſtello ſancti Angeli ad Petri ędem, alteram a Terge-
mina porta, ad ſancti Pauli baſilicã: Dumq; rex Vrbẽ circũſedit, multum
per ſingulos dies ſanguinis eſt effuſum. Caumatibus aũt ad initiũ ęſtatis
in urbis regione, ut aſſolet, incipientibus, Henricus ſibi timens, per propin-
quas Romę ciuitates, quę omnes ei parebãt, diuiſit exercitũ: & Wigber-
tus antipapa, adulterinã Petri ſedẽ in Tybure tenuit. Rebus ita compara-
tis, Henricus Clementi ſuo, attributo in omnes copias per hiberna diſpoſi
tas Imperio, ipſe cum paucis in Lumbardiã cõceſſit: Wigbertuſq; ſacer-
dotalis officij immemor, circũ urbem uinetis ſuccisis, multa a quibus ipſe
Henricus temperaſſet, per eam ęſtatẽ hoſtilia cõmiſit. CA IX.

Lio qui ſequutus eſt anno Henricus ad exercitũ reuerſus, ciuita-
a tem Leoninã iterum per uim ingreſſus, & apud beati Petri baſili
cam deſidens, omnia eius urbis ędificia demolitus eſt. Per quod
tempus, nullo propinquo ab urbibus & caſtellis Romã adeunte, nullo eti
am exeũte, Romani ad maximã calamitatẽ ſunt perducti: & fames, quod
neceſſe fuit, aſperrima ſuperuenit: Quibus malis euenit, ut multi emigran-
tes nunq̃ ſunt poſtea reducti. Quę cum Robert⁹ Guiſcardus Normãn⁹
a pontifice intellexiſſet, præfecit rebus Dalmatiæ Boemundum filium, &
uxorẽ ducens, ſe cõtulit in Italiã. Interim Hẽricus, ſiue quia Roberti Nor
manni reditum in Italiã habuerit exploratũ, ſiue quia dolos uiribus effica
ciores exiſtimauerit, per Cluniacenſem abbatem, uirum celebris ſanctimo

nię pontifię Gregoriũ, cui ille eſſet deditiſſim⁹ orauit: ut ſe ad Lateranen ſem baſilicam admiſſum coronaret, fore pollicitus, ut Imperator ex ſolen ni more declaratus in Alemaniã, cum omnibus copijs reuerteret. Eodęq; die, fide publica per patentes literas data, omnibus qui urbẽ accedere, aut inde exire, & in agro obuerſari uellent, mirabilẽ uoluntatis cõuerſionem oſtendit: Cuius facti fama omnẽ per Italiam uulgata, effęcit: ut Guiſcardi in colligẽdo ad Vrbem ducendi exercitu, refrixerit diligentia. Romanus uero populus, malis, quę tribus annis cõtinuis tulerit, põtificem, ut patrię cõpateretur, miſereturq; fatigat⁹ orauit: Gregorio, quod petebat, ſpon dente: dũmodo Henricus errata corrigeret: & debitã Romano pontifi ci obedientiã promitteret. Prohibita eſt Henrico, quam per ſimulationem illã quærebat malignãdi occaſio. Largitione enim multa uſus, corruptos ciuitatis primores, in ſuam aduerſus pontificẽ amicitiã pellexit: Ventumq; eſt a multis Romanę urbis primarijs in id impudentię, ut pontifici in faci em dicerent: Non eſſe Henrico regi, etiam ſi prius eccleſię non ſatiſfaceret coronam, & declarationẽ Imperij denegandã. Quod cum uidiſſet ponti fex, de Romani populi cõſtantia diffiſus, in caſtellũ Creſcentij cum dome ſticis ſe recępit: Ruſticus uero eius ex fratre nepos ſe contulit ad Septem ſolia, arcem tunc caſtello Sancti Angeli nulla in re munitionibus inferio rem. Vixq; pontifex imminens (ut eſt ratus, & quod eſt poſtea factũ no torium) euaſerat periculum, quando Henricus a coniuratis introductus, Wigbertũ Tybure accerſitũ, in Lateranenſe patriarchiũ intruſit. Cunq; nullus, uel cardinalis, uel epiſcopus ex gente eccleſiaq; Romana, ut illum ex more benediceret, adduci poſſet, Bononienſis, Treuerenſis, & Mutinen ſis pſeudo epiſcopi, cęrimonijs in eum Romanis põtificibus adhiberi ſoli tis ſunt abuſi. Per ſolẽnia poſtmodũ paſchalia, quę proximis ſequuta ſunt diebus, adulterinũ Imperatorẽ antipapa coronauit. Populus uero omnis ut regi ſatiſfaceret, ad obſidionem arcis Creſcẽtij eſt cõuerſus. Cœpit ue ro Henric⁹ ſedem ſibi & ſtatiua militib⁹ apud Capitoliũ, non parua parte tunc in integrũ reſtitutũ: Et Romani rebellionis principes, cum pontificẽ caſtello deturbandi munitiſſimo, nullã cernerent ſpem pręberi, clauſerunt muris ad uiarũ exit⁹ in repagula excitatis. Henric⁹ interim familię Corſo rum, tunc Romę potentis, quę Gregorio fauebat, ędiũ partem Capitolio ſubięctarũ euertit: expugnandaq; Septemſolij arce, maximos adhibuit co natus. Id uero Lucij Septimij Seueri Imperatoris opus, reliquię cuius cõ tra monaſte rium Beati Gregorij cernũtur, trinos habuit ſubiuicem ſupra poſitos Columnarum ordines: quarum inferiores ſolo inhærentes, ea erat ſublimitate: ut nullis ſcalis poſſent ſuperari, nec pro ſua craſſitudine, ferro, igneue corrumpi. Admouit tamen propius Henricus machinas, & quaſ dam columnas uetuſtate debiliores mouit: ut ſibi timẽs Ruſticus dediti onem facere cogeretur. Erat uero abhuc opus uiſu ſpecioſum, cum conti gnationes marmoreis trabibus factę cubicula & triclinia haberẽt orna tiſſima. Sed quid non poteſt ęui longęua uetuſtas, & perpetuus cœlorum curſus?

Obert⁹ interea Guiſcardus Normãnus, harũ rerũ factus certior
r ingentes copias, quas liberando põtifici comparauit, uia Latina
deduxit ad Vrbẽ. Hic uero quis fuerit, & unde uenerit, in Norwagia ſumus exequuti. Henricus, cũ id reſciſſet, ignorãtibus tñ Romanis Vrbem ciuib⁹ permiſit tutandã: Ipſe cum antipapa cõceſſit in Vaticanũ: Nec diu morat⁹, uia Caſſia magnis itineribus cõtendit Senas: Nec citius Guiſcardus Romana mœnia, q̃ ille dictã urbem cõtigit. Ciues Guiſcardo portas clauſerũt, magnifica uerba pręferentes: Se cum ſuo pontifice facile cõuenturos, copijs illius opus non eſſe, rediret in ſua: non ingratos ſe futuros illius obſequijs. Ille aũt uerbis uerba rependit, & cum ab amicis pontificis, porta Flumentana, inde dicta Flaminia, nunc de Populo panderetur, per eam ingreſſus, incendia fęcit a Cãpo Martio, uſq; ad ſanctum Silueſtrũ, & Laurentiũ in Lucina: quę hodie uaſtata cernuntur. Ciues armati ſe obiecerãt: ſed non poterãt eſſe pares copijs illius. Ille per Eſquilias duxit ad Lateranũ, ibi aliq̃diu deſidens, ſi forte a ciuib⁹ liberãdi pontificis mentio fieret. Cõſederãt illi armati ad Capitoliũ, quã etiã regionẽ Hẽrici milites, dum adeſſent tenebãt ſtatione. Abeũtes autẽ de more ſuo incẽſam relinquebãt Vrbẽ: Quotidie prędia ad Amphiteatrũ. Cum aũt ciues nullã pacis facerẽt mentionẽ, Guiſcardus armatis copijs per mediã Vrbem cõtendit ad Hadriani molẽ, demolitoq; muro quẽ fecerant ciues, eductum pontificem, ſecum perduxit in Campaniã: ibiq; breui poſt finijt. Hęc eſt illa urbis Romę uaſtitas, quã non antea Gothi, non Wandali, non Saraceni, ſed partes pontificis fęcere Normãni: ut non iam ulla ſit ſpecies ueteris Romę: ſed umbra quędã non magnę partis: niſi quãtum ętate noſtra cardinales, excitatis magnificis ędibus, eã renouant: quod magis atq; magis per ſingulos dies crebreſcit. Per quę tẽpora, Saxones & Sueui, quos Alemannos uocant, colloquium habuere in orientali Frãcia, de rebus regni: Cum & Imperator diu abeſſet & male meritus de ſummo pontifice, dudum regno deſtitutus haberetur: Initoq; cõſilio, Hermannũ quendã Lotharingię ducẽ, cui nemo ętateilla, bellicis in rebus, aut magnitudine opũ potuit cõparari, regem Romanor̃ declarauere: dederãtq; illi Saxones arcem ad opidũ Iſleue. Ibi qm̃ alliũ abundat, Imperatorij illum per cõtumeliam appellauere regem Allior̃. Multa interim prędia inter Conradũ ducis Bohœmię fratrẽ, & Lupoldũ marchionẽ in ſuperiori Bauaria: deinde inter Bauaros, & Suæuos, iuxta Danubiũ: ubi Palatini comitis Cunonis filius in acie cecidit.

CA. XI.

Nnus erat poſt Chriſtum milleſimuſoctuageſimuſquint⁹, cum
a Henricus ex Italia deſcendit, ſynodũ indixit Moguntię: ibiq; epiſcopi rebelles Imperatori, & ſuo antipapæ deponendi iudicãtur: aliq; in eor̃ locũ ſurroganť. Aderãt legati adulterini pontificis: ut res legitimum ordinem habere uideretur, nõnulli põtificatu dignißimi: Illo tñ ordine male ingreſſi, pueniũt in ſedes ſuas. Impator deſcendẽs per, quinquas, quæ per abſentiã eius longæuã fuerãt innouata, ſuũ in ordinẽ reſtituit. Saxonũ principes non reluctanť: pacata uidebanť omnia, cũ marchio Sa-

xonię Egbertus, Imperatoris propinquus, rebellionẽ reſuſcitauit: ſed non
late illa manauit: Aequus iam uidebatur in ea parte Imperator, qui cõſen-
ſit conuenire ex prouincijs doctiſſimos, qui de iure duorũ qui ſe pro ſum-
mis pontificibus gerebant, diſquirerent. unde omne Imperatoris factum
pendere uidebatur. Cõuenere pontifices, & ſecum undecũqꝫ, uiros traxe-
re doctiſſimos. Cœpit uentilari cauſa: Iure, an iniuria, Hẽricus rex ab Hil-
debrando tunc Gregorio .VII. excõmunicatus, & regno deſtitutus ui-
deretur: Erant qui in utrancꝫ partem ſentirent. Capita ſententiarꝫ reſede-
rant apud Weſſilonem Moguntinũ, & Gebehardũ Saltzeburgẽſem ar-
chiepiſcopos: cũ ſentiret Saltzeburgẽſis, Impatori, ſicut omni Chriſtiano
parendũ Romanę ſynodo, & eius euocationi: quã cum cõtempſiſſet, non
poſſe uideri per iniuriã in regẽ prolatã excõmunicationis, & creſcente con
tumacia, etiam deſtitutionis ſententiã: Moguntino uero contra aſſerente,
regem magna ſuarꝫ rerũ parte ſpoliatũ, magnis prouincijs deſtitutũ, non
oportere illo in tempore iudicari, priuſq̃ ad ſua reſtitueretur: Quę cõtra-
dictio tam diu ualuit, ut Weſſillo in ſua ſentẽtia perdurans, a legatis Ro-
pontificis, qui aliqñ acceſſerãt de hęreſi notaret: Et excreuit ſerpẽdo diuer
ſitas, uſqꝫ ad Hẽrici ab Impio deſtitutionẽ, quã ſuo loco cõmemorabim⁹:
Interim Henricus rex, cognito qꝺ Saxones, & Suęui, regem ſibi Herman-
num Lotharingũ acciuerint, infeſto exercitu petit Saxoniã. Obięcere Im-
peratori Saxones, quas poterãt uires: ſed iuſta acie cõgredi uitarũt. Et re-
ge declinante, uocatis Suęuis, exercitũ cõſcribunt Wirtzeburg (quę nũc
Herbipolis collato ex Grecis & Latinis uocabulo dicitur) in oriẽtali Frã-
cia urbem obſident. Imperator cum copijs aduolat, urbem obſidione ſolu
turus. Illi conuerſi, regem acie excipiunt. Graue quidem preliũ, ſed neutro
inclinãte uictoria digreſſi ſunt. Saxones & Suęui potiũtur urbe, Impera
toris epũm reijciũt: Alberonẽ reponũt ab ipſo deſtitutũ. Sed cũrediſſent
in ſua, Imperator urbe eiæcto Alberone rurſus Meinardũ ſuum reſtituit.
Hermãn⁹ aũt, quẽ regẽ creauerãt, cernẽs Hẽricũ inualeſcere, depoſito re-
gis nomine, Henrico reconciliat: & breui poſt in obſidione caſtelli, ictus
lapide interijt. Hic eſt ille Hermãnus, quẽ per contumeliã Henrici milites,
Allium ex memorata cauſa cognominauerunt. CA XII.

Ortua deinde non longũ Imperatrice Berta, quę filia erat Otto-
m nis Italici; non diu moratus Henric⁹ Imperator, nuptias ſecũdas
Colonię inijt celebrauitqꝫ: & duxit relictã Vthonis, marchionis,
filiã regis Ruſſorꝫ, pudiciſſimã fœminã: ſed de qua Henricus poſtea male
ſentiret: & loqueret. Nec mirũ debet uideri Ruſſorꝫ regna ad Theuto-
nas mittere nuptam. Nam Sigebertus, memorabilis ſcriptor Gallicus, te-
ſtis eſt: hoc Henrico imperante, duos Ruſſi regis filios de regno conten-
dentes, eouſqꝫ proceſſiſſe: ut pulſus alter, Henricũ adierit, ſe, regnũqꝫ ſub-
ijciens Imperio, ſi armis illius reduceret. Sed tanta erant in uiſceribus Ro
mani Imperij bella: ut externis Henric⁹ uacare non poſſet: & erat uia per
Polonos fœderatos, ſi non ſubditos, in Ruſſiam perueniendi. Erãt tum in
regno Egbertus marchio Saxonię, qui Imperatori male pareret: Sed illę

ſe muro continẽs defendit. Obſidione firmata, multi milites ad uicinũ Natalis Chriſti diẽ abierũt ex caſtris. Erumpẽs Egbert⁹, cum hoc nõ ignoraret, ſtragẽ peręgit: in qua epũs Lauſanus, qui lanceã Imperatori prętulit fertur cecidiſſe. Captus hic quoq; Liemarus Bremenſis archiepiſcop⁹, qui tum Imperatori, utpote uir Bauarus militaret. Cępit autẽ illum Luderus, qui poſtea dux Saxonię, deinde etiã Imperator eſt factus: aduleſcens tum egregię fortitudinis: qui poſtea duxit cõiugẽ Rixã, Gertrudis, quę ſoror erat memorati Egberti filiã, cũ qua magnã Saxonię partẽ accępit in dotẽ. Capt⁹ aũt archiepiſcopus Bremenſis, pro ſua redemptione dedit Ludero Aduocatiã Bremẽſem, cum trecentis argenti marchis. Inde arbitror enatum ius, quod poſteri hui⁹ Luderi ducis in urbẽ Bremẽſem uendicare ſolebant. Egbertus aũt comes, non longe poſt in molendino quieſcens, a ſuperueniẽtibus Impetatoris militib⁹ opprimit: ſiue ut ab alijs traditur (qđ ſupra ſignificauimus) a ſicarijs, qui ſe in illius familiam contulerũt, ab Imperatore ad eam rem cõductis. Quo etiã tempore, iunior dux Bauarię fertur ſe in peregrini habitu in Italiã contuliſſe, motus uirtute inſignis fœminę Mathildis: cuius uiduatũ eſſe thorũ audiens, aſpirauit in eius nuptias, & ut ferunt, aſſequutus, ad eas peruenit. Mira fœminę uirtus, quã ſummi pontifices uenerabãtur, principes de lõginquo admirabant: cui⁹ etiã deſyderio, hic ex Bauaria in Lumbardiã trãſierit, ut cõiugẽ mereret. XIII.

Perepręciũ eſt agnoſcere, quę & unde fuerit illa Mathildis, quã Italici ſcriptores multa laude efferunt, quod raro pręſtant exteris: originem tñ eius illi non attingũt. Multa obſequia impenderat illa Romanę ſedi, multas pro ſua fortuna operas & impẽſas fęcerat cõ ſcribendis & alendis pro ſummo põtifice exercitib⁹: Sed non potuit tum in uicem gratitudinis tertio affinitatis gradu, ad matrimoniũ, ut diximus, diſpenſationem impetrare. Ea tum erat tempor⁹ obſeruãtia: ut ne ullus ſermo de diſpenſatione fieret. Noſtra ſunt tẽpora liberaliora, neſcio ſi meliora: quãdo una puella tertiũ, ut dicitur, experitur maritũ, primis duobus ſuperextantibus: qñ ſummor⁹ pontificũ ſanguis, ex archiepiſcopatu in cardinalatũ, & ex illo gradu in ſęcularẽ ducatũ perducit. Ad Mathildã reuertamur: Ea fuit Egberti marchionis Saxonię filia, nouiſſimi Egberti, quem in molendino cęſum dixim⁹, germana, incõparabilis prudẽtiæ, religionis, & pudicicię fœmina: quã pater eius Bonifacio in Lumbardia comiti tradidit uirginẽ. Quo mortuo, cum Azonem Eſtenſem, tertio gradu cõſanguinitatis priori cohęrentẽ acciperet: q̃uis ignorãs id iniret cõiugium, uolente põtifice ab illo declinauit, & in ſanctimonia permãſit, donec a Bauaro de quo quidam ſunt authores petereť: non aliena a cognatione Henrici Imperatoris. Nam Henrici hui⁹ pater Henric⁹. III. & Ludolphus Mathildę auus, uterini erant fratres, ex Giſla Cõradi Impatoris cõiuge: quę prídẽ ex Brunone habuit filium Ludolphũ Saxonię marchionẽ. Hæc ergo fœmina, & generi ſuo pręſtitit, & religioni: ut Hẽrico graſſanti ſe q̃ frequenter opponeret. Hac quoq; uice, cum Italiam peteret, ab ea Mathilda exercitum illi obijciente remoratur, ne ex Lõgobardia in reliquã Italiam

proficiſceret. Mutinã tñ cœpit Hẽricus. Prodigiũ tum uiſum in aere interpretantur. Vermes muſcis deductiores tanta multitudine uolitabãt in aere, eaq; craſſitudine ſpatiũ occupabant, ut manu uel uirga tangerentur, ut etiã mille paſſus in latitudine, & duo uel tria in longitudine implerent: Portendi putabãt expeditionẽ in terrã ſanctã. Interea Conradus Henrici Imperatoris maior filius, iuuenis modeſtiſſimus, & qui regno, etiã Imperio digniſſimus uideret, patris mores & uitia deteſtatus, abijt a curia indignabundus, fœdã patris conuerſationẽ magis ſecũ q̃ apud ullũ accuſans. Contendit in Italiã, & ibi Mathildę optimę fœminę, & amicor̃, honeſtã gubernãdi rationẽ inijt, ſub nomine regis Italię: Paruit enim magna Italię & preſertim Lumbardię pars, Imperatoribus a memoria. I. Ottonis. Dudum enim illum pater creauerat regẽ, ſed nũc a moribus eius abhorrentẽ cõtempſit: coronãq; dedit iuniori Henrico qui poſtea patrẽ deſtituit Imperio. Cõradus aũt in Italia uixit annis nouẽ, ea modeſtia, ut rex haberet & eſſet: nulli tñ grauis imminebat. Venientes a patre milites honorifice excepit: nullum ſe coram male de patre loqui ſinebat: ſemper illũ patrem dominũ Imperatorẽ appellans. Per quę tẽpora Ladiſlaus Pannonię, hoc eſt Vngaror̃, rex, uita exceſſit: adeo morib⁹ & uita probatus, ut inter ſanctos referri mereretur. Welpus deinde dux aliq̃diu extra gratiam regis Noricorum ſiue Bauarorum ducatum amiſſum, reconciliatus Imperatori denuo recepit.

CA. XIIII.

Imminebat per ea tempora glorioſa illa in terram ſanctã expeditio, quã Vrbanus pontifex in Frãciam deſcendẽs, Claromõtano concilio excitauit. Armata ſunt multa Chriſtianor̃ millia, principes nõnulli: in quibus precipuus ductor Godfridus dux, materno genere Lotharingię: nam pater eius comes erat Bolonię. Appellant uero ducem Bulioni, qui nũq̃ erat ducatus. Sed cum locum illũ Godfridus teneret, & materno, ut diximus, ſanguine Lotharingię ducatum tangeret, dux Bulioni appellatus eſt. Erat enim eius mater ſoror Godfridi Gibboſi ducis Lotharingię: q̃uis Sigibertus Gallus cõtendat illi ducatum Lotharingię eſſe datũ ab Henrico. IIII. Imperatore, Erat enim uir ad arma egregie inſtructus, & auxilio uenit cum copijs Henrico, cum ille repetito aliquot uicibus prelio aduerſum Rodulphũ Suęuũ pugnaret. Sed, quod in laudibus Godfridi precipuũ eſt, cum cõcionante ſummo põtifice expeditio ſancta a multis principibus & infinito eſſet populo ſuſcepta, Godfridus cum fratribus Balduino & Euſtachio, omni patrimonio diuendito, in eam ſe contulit expeditionem, militibus, quantos poterat, ex ere perarmatis, & in longinquã & diuturnã expeditionẽ ſumptis uiaticis. Quo autẽ ordine in terram ſanctã peruenerit, quę & quanta ibi geſſerit in ipſo itinere, & in Paleſtina, quomodo Ieroſolymã recęperit, firmauerit, reliquerit, quia multipliciter in literas miſſum eſt, & iam nouiſſime a Sebaſtiano Brant diſertiſſime in opere, quod Romanor̃ regi Maximiliano dedicauit cõmemoratum eſt, & noſtro longe alienũ eſt inſtituto, relinquam⁹: Ad Imperatoris Henrici. IIII. acta reuertentes. Is cum diu abfuiſſet, anno tandem ſepti-

mo, ex Italia regressus, Ratisponã se contulit: ibicp Iudęos, qui inuiti bapti
sati erant, pmisit ad Iudaismũ redire, qñ nullo Christianitatis charactere
erant insigniti: Corde enim credit ad iusticiã. Circa Calendas autẽ Decẽ-
bris colloquiũ habuit cũ principibus Mogũtię de pace & unione: & pxi
mo anno eodẽ in loco cum pulsi essent Iudæi & rebus exuti, cum quæstio
de facultatib⁹ eorꝝ, quę multę fuissent, ageret: archiepiscopus, cum cogna
tionem suam inde culpatã tutari uellet, nec satis posset, cum eis profugit in
Turingiã: nam dicebat & ipse gustasse de pręda. Vnde Imperatori rebel-
lionem quandã ostendere uoluit ex proxima Saxonia: sed pacatis utcũcp
rebus, qui cæsi erant Iudæi, suscitari de morte non poterant, prędam uiui
partiũtur. Interim inualescit indignatio inter regem & reginã, quã ille cœ
pit exhorrere. Illa aũt pessimo relicto marito Romã cõtendit: ibicp cõuo-
cato cõcilio, de crimine pessimo Imperatorẽ accusauit. Vrbanus pontifex
excõmunicationem in eum renouauit. Illa uero dimisso rege, reuersa est in
Russiam: ibicp in sancta cõuersatione honestarꝝ, quas aggregauit, perso-
narum, Dño seruiẽs, mater effęcta multarꝝ in Christo filiarꝝ, fœliciter cõ-
summauit. Wigbertus infaustus Henrici pontifex, ad hũc uscp annũ, hoc
est centesimũ post mille durauit, sępe deplorãs secũ inter amicos, cp infœli
cis loci subierit fortunam: uir utricp ingenio, uita, & nobilitate, facũdia &
omni uirtute satis prædituꝰ: sed qui non legitime ad pontificatũ se passus
est impelli.

CA. XV.

Vo etiam anno interijt Cõradus rex Henrici filius in Italia, Ma
q thildi cõsanguineę grauissimęcp fœminę adhęrẽs: cuius cõsilio
& auxilio honestissime uitã traduxit: uxorem pene inuitus ducẽs
ducis Sicilię filiã, qua cum cõtinentissime uixit, monacho similiõr q̃ regi.
Testati sunt qui defuncto aderant, cum ueneni sumpti esset suspicio, crucẽ
se in eius brachio uidisse. Eo tempore Henric⁹ Crassus, Ottonis Bauari fi
lius, in Phrisia cędit cum alijs multis, uolens infrenẽ populũ ad iuga pdu
cere. Sed non est datũ equestribus in palustri terra superare. Fama recce-
ptę Ierosolymę miro modo affęcit homines pręsertim per Gallias. Alij se
somnio admonitos: alij uisione, pręferebãt terrã sanctã petere. Rusticanus
populus facile inuitatur, cp ciuilibus in regno diu malis attritus, nusq̃ meli
us q̃ extra patriam habiturus sibi uideretur: ita fame, peste, incẽdijs, uexa-
ti sunt. Circa Niueruã illo tempore mirabile genus morbi innotuit. Tacti
homines igne inuisibili ardebãt, qui facile penetrabat pręcordia. Alij pe-
des, alij man⁹ ea occasione pręciderãt. Franci, Saxones, Bauari, Sueui, ad-
mirantes cuneos transeuntiũ in terram sanctã Gallorꝝ, partim irridebant,
partim etiã indignabãtur: ipsi domesticis diuisionib⁹ afflicti, propter sacer
dotij & regni diuisionẽ. Multa in sole signa, plurima in cœlis, multoties in
aere conspecta terruere mortales. Tum multi signũ crucis sibi cœlitus im-
pressum ostendere: cui non dissimilẽ rem nostra uidimus ætate: sed fabu-
lę se multę ueris reb⁹ imiscuerũt. Interea summ⁹ põtifex Paschalis, omni-
um orthodoxorꝝ pontificũ Romę cõgregato concilio, hęresim illorꝝ tẽpo
rum, quã fouebãt, qui Henrico adhęrebãt damnauit: Ipsum Henricũ ana-

thematisauit,prędecessorꝝ suorum confirmans sententias. Cuno Ottonis Bauari filius,de magnis principibus unus,dum iter agit,per insidias interimitur. Frater ei fuit Henricus Crassus,nuper,ut diximus, in Phrisia cæsus. Otto enim inter primos in Saxonia principes, dux erat, qui sub rege primas in prouincia partes habuerat. Erat hic Otto,ut diximꝰ,origine Saxo:sed dux factus Bauarię,ab Hēr̄ico. IIII. est depulsus,ꝙ duellum detrectaret. Filij eius Hēricus Crassus,qui occisus est in Norden in Phrisia, pater Rixę Imperatricis: Cuno comes de Bichiling,nuper in itinere cęsus: & Sifridus de Bomeneborg pater iunioris Sifridi. Quatuor deinde filias idem Otto habuit. Vna fuit mater Cōradi de Witin marchionis, Secunda mater Friderici de Arnsberg, cuius unam filiam duxit Gotfridus de Arne,pater comitū Henrici & Friderici de Arnsberg: Secundā duxit Otto de Cappenberg: cuius filia Heilica,uxor Eilmari,mater fuit Henrici & Christiani comitū de Aldenborg,& Ottonis præpositi Bremensis. Tertia fuit uxor Hermanni de Caluele, quæ genuit Ottonē & Henricū comites de Rauensberg. Quartā deduxit quidam seruus. Quilibet autē fratrum filiorꝝ Ottonis ducis in comitatu unam curiā habuit. Hēricus Crassus curiam de Alerstede: Cono quæ dicitur Koninghoue, in uilla Herseuelde: Hic fundauit Katelenborg, & eādem illi dedit claustro. Sifridus habuit curiā Hetuelde, quā filius Sifridus dedit monasterio Amelsborne. Hæc idcirco, ut cognationē ueterū de Saxonia principū agnoscamus: Qua in re uideri potest, neminē totius ducatus Saxoniæ tum titulū habuisse: sed quisq; suę partis,quam tenebat,iura defendit: Nam successores Hermāni inferius iuxta Albim fluuium tenuere ditionem: quorum nouissimus Magnus statim commemorabitur.

CA. XVI.

h Enricus marchio in Saxonia magni nominis, uir potētissimꝰ, incertū an de Brandēburgo: quę tum ditio,in solo licet Wādalico, annumerabat Saxonię,per hęc tempora uitā finiuit. Anno deinde proximo,qui fuit quartus post mille atq; centū,cum esset Imperator in Ratispona,ibi Natale Dñi peragens,murmur graue excitat in Bauaris,ꝙ Saxones & Franci apud regē primi haberent, Bauari nullo admissi loco, cōtemnerent. Sigeberdus regi suspectus erat, ꝙ magna militū manu accessisset ad regē: quos milites per aliquot dies secū habitos,dimittit,paucis retētis. Inde circūsistunt eum Bauari,mortē homini intētantes. Ille qñ moriendū sibi uidit,orat ut Christiano ritu confessionē reatuū sinat perage re,& uiaticū sumere permittat. Non recusant: sed sub arcta uallatū tenēt custodia: inde opprimūt hominē: quę res multorꝝ initia malorꝝ excitauit. Imperator iam ante perpalam iussit enūciari, Hērico filio se rem omnē Imperij ꝓmissurū,& Ierosolymā pietatis causa petiturū: Quæ res omniū qui audiuere animis fuit gratissima: cōciliauitq; eidē Imperatori multorꝝ ante auersas aures,qui uera quę enūciabant putātes, summis senē regē laudib⁹ extulerūt: Sed ea res uento simillima euanuit: indeq; ortum est seminariū nouę rei,quę sine exemplo tum parabatur: Nam ex illo tempore principes in memoriam reuocantes,omnē Henrici in regno & Imperio uarietatem,

iam pertęsi perfidię & infinitę uanitatis, de illo destituendo, surrogãdoq; filio eius cœperũt cogitare. Sed huius rei nouitas stupore ingerat necesse est lecturis: Quis enim patri rebellantẽ filium tãto ardore audiuit? Quis iura naturæ intercidisse tam penitus commeminit, ut omni existimatione, omni honore, omni regno pater exuatur a filio? Bellarũt in se germani aliquando fratres, pugnarũt in aduersos cõiunctissimi: sed filium insurgere patri, res est sine exemplo. Plane magnę erant causę: multis persuasit filius sola se pietate in Deũ, terreni patris ad tempus esse oblitum.

XVII.

a Nnus erat quintus post centũ atq; mille, cum Henricus Imperator Natale Domini Moguntię celebraret, filius in Bauaria parat rebellionẽ: consilio procerum quorundã a patris latere ante paucos dies discedens: Anathematisat publice patris impietatẽ in ecclesiã matrem. Serpserat eius disputationis memoria lati⁹, quã supra cõmemoraui mus habitã inter primores regni ecclesiasticos: cum ostenderetur Imperatorem nulla ratione, nulla tergiuersatione defendi, quo minus ecclesię filius eidem parere teneretur. Vocauit illum Alexander papa ad respondendum querimonijs: Contempsit. Vocauit Gregorius, non uenit. Excõmunicationis gladio cęsus, etiã destitutus est regno. Tot interceſſerunt anni: non est emendatus: in cõtumacia semper permãsit: antipapã fouit. Nuper a Paschali põtifice omnia renouata, anathema, depositionẽ, quid superesse nisi extremã pfidiã, & paganismũ? Igit̃ Noricos principes, & qui supra habitãt in ea quę nunc est Austria, filius sibi cõciliat: Suæuos quoq; cõsociat, & magnã ex Frãcia orientali nobilitatẽ. Inde conuersus in Saxones, illos quoq; reperit uoluntarios: q̃ nunq̃ patri ex animo iungerent. Pascha Dñi in Quedelenborg fili⁹ ipse cõcelebrat, magno nobiliũ conuẽtu: Consilio deinde & ministerio Rotardi archiepiscopi Mogũtini totã Saxoniã in Romanę ecclesiæ reduxit cõmunionẽ: Erant aũt ad hoc cõstituti a sede apostolica cõmissarij, idem Mogũtinus, & Constãtiensis episcopi: Populo uero & nobilibus conuentus indicitur in Northusen Saxoniæ opido, Francis non longinquo: Vbi etiam episcopis & clericis synodus habenda denunciabatur. Quo in loco cum rex Henricus iunior adesset, magnam præ se ferebat modestiam: Nam episcopis & prælatis de ecclasiasticæ sanctimonię reparatione agentibus, rex se nunq̃ nisi rogatus immiscuit, expectans quid inter eos constitueretur. Execrata ibi & exposa est symoniaca labes, damnata cleri incõtinentia, adulteria punita: reconciliatio omnium prætenta his, qui ab pseudoepiscopis uidebantur consecrati. Quibus multa cum grauitate expletis, procedit rex in publicum, non splendido habitu, deiecto in terram uultu, principibus, atq; omnibus regni subditis, suaq; iura renouauit, poscenribus hæc & illa, multa supra ætatem grauiter respondit: Si qui iniusta uiderentur in prece prætendere, ita respondit, ut uerecundia repercuterentur. Postremo conuersus uelut in concione ad uniuersos, oculos lachrymis plenos sustollit in cœlum, Deum, & cœlites omnes testatus, se nullo regnandi amore, sed sola Dei & iusti contemplatione in patrem & dominum suum, alioqui inemendabilem ferri: Quisi

Deo,& uicario eius Petro & illius ſucceſſoribus ſummis pontificib⁹, hoc eſt eccleſię catholicę ſyncerítati ſe coaptet,paratū eſſe patrí per omnia ſubíici,regno,ſi iubeat decedere: modo Ro. eccleſię & fidei orthodoxæ integritas repareť. Excuſſit omnib⁹ lachrymas,uultus,& oratio,& humilitas regis: Omnes in cōmune precabanť paternū Imperatoris animū emolliri, in filio pietatē cōſeruari,tum ſalua omnia futura. Illico Vdo Hildeſemēſis, Hēric⁹ Padeburnēſis,& Friderić⁹ Halberſtadēſis,prędules,pedib⁹ metropolitani Mogūtini,pſtrati,recōciliationē rogabāt, q; Impatoris ptinacię uiderenť ſubſcripſiſſe & de illi⁹ manu eccleſias accępiſſe. XVIII.

Is rite peractis,ſacrā Pentecoſtes ſolēnitatē Mersburgi peragit:
h Ibi Henricus dudū Magdeburgēſis archipręſul deſignatus: ſed Imperatore,quo minus aſſequereť impedit⁹, iuſſus eſt cōſecrari, & in locum ſuū deducí. Nec multo poſt expeditionē cōtra Moguntiam quę patrē foueret,parat: Eius loci archiepiſcopū inuectur⁹, patre ei⁹ intra muros rei euentū cum non cōtemnenda militū manu expectāte. Sed cum ad Reni fluenta Henric⁹ iunior deueniſſet,deerant, quæ exercitū tranſponerent,naues,prouidēte ante Imperatore ne adeſſent. Multa tñ tranſibāt inuicem nauigia,quę altrinſecus per proceres pacis amatores alternabant, cum de pace agerēt,patre pollicēte regni diuiſionē,& certiſſimā de omnibus ſucceſſionē: cum filius non aliud depoſceret, q̄ Romanę ſedis a patre ſubięctionē,ut ceſſent in eccleſia dei ſchiſmata. Detinebāt utrūq; neceſſarię cauſę, ut non cōuenirent: Filiū quidē nauigior⁹ ſubtractio, patrē uero fidelium uacillās fides. Filius prior copias reduxit in Herbipolim ut pſeudo epiſcopum eíjceret,& prępoſitū loci eo deięcto reſtitueret,quod & factum eſt. Sic eccleſia recōciliata,dimiſſis in ſua Saxonibus, rex cum Bauaris & Suæuis arcē Nuremberg ibat ut obſideret: illāq; poſt non multos dies capiens,diuiſo exercitu,cōtendit Ratiſponā. Pater eueſtigio ſequut⁹ in urbē Herbipolim,ſuū reſtituit Erlongū,eięcto quem capitulū canonice elegerat: quē etiā rex iuſſerat cōſecrari. Inde duxit in Ratiſponā qua filius cōmanebat. Ciuiū aūt proditione intromittitur pater,filius uix elabitur: Ibi quoq; Imperator eięcto pontifice, aduleſcentē repoſuit. Inde tendens in uicina Bohœmię,ducē eius euocauit: qui cum expeditis egreditur ad Imperatorē. Henric⁹ interea filius,ſuas quoq; copias cōtraxit,& ad fluenta Danubij cōſederat uterq; exercitus. Volitabant utraq; ripa mire fulgentia ſigna: hinc Imperatoris ,inde regis,patris,ac filij. Miſerum erat aſpicere hoſtiles apparatus inter cōiunctiſſima pectora. Multa in fluēto leuia cōmittuntur prędia. Cadit de Imperatoris parte uir nobilis,comes: & cum iam totis agminib⁹ pugna inſtitueret, appararetur q;, proceres exercituū rem impiam execrati,ibant & redibāt,ſi interciperet tam cruentū negocium. Iam uero traięcerat filius,& ad cōſerendas man⁹ res proxime ſpectabat,cum cōuerſus in ſuos Henricus iunior: Quid eſt,inquit,quod agim⁹? quo tanto feruore ducimur? Pater eſt: dñs eſt: Imperator eſt: qui tendit ex aduerſo. Impietate plena eſt,ſi uenit uictoria: tanto miſerabilior exitus ſi uincamur: nolím parricida eſſe, ſi de toti⁹ mundi dominio quis paciſce-

retur: ego uobis cõmilitones pro fide, constantia, perseuerantia, meipsum debeo: uertamus gladios in uaginã, cõsilio pugnemus, non armis. Ingruebat nox, quę & ipsa dissuadebat pręliũ. Imperator inter suos cõperit: si ad pugnam educerẽtur, maiorẽ copiarũ partẽ ad filiũ transiturã: exterrit⁹ sugit cum paucis quo poterat, non audens ea nocte in castris cõsistere. Vbi illuxit iam sermo de Imperatoris fuga percrebuit. Tum uero dissipati, in sua quisq; se cõtulerunt.

CA. XVIIII.

Oterat rex sparsas patris copias, facile opprimere: sed cogitauit,
p esse patrem cui militassent: nec ignorabat q̃ pugnã instruentem essent destituturi parentẽ. Rex ergo uicinã Ratisponã ingressus, exturbato pontifice, quẽ pater pręfęcerat, uirum catholicũ, & qui Deũ timeret, Hartwicũ introducit. Idem in Herbipoli peręgit: Ibi uero qui destitutus est relicto Imperatore, regem deinde est sequut⁹, & in ei⁹ fide pmansit. Pater interim in latibulo suo manẽs, misit ad filium, qui publica fide interposita, saluũ illi usq; ad Renũ & incolume iter impetraret: Nec grauate indulsit, pręcipiẽs ministerialibus suis, ut saluũ & incolumẽ deducerẽt, ministrarẽtq; parenti. Quo uero securior iret, ipse rex copias suas remouit usq; ad Renũ contra Spiram: ibi trajiciens, patris thesauros in ea urbe repositos inuasit: ecclesięq; pręfęcit episcopũ religiosum abbatem. Inde Rothardus uenerabilis pater, iam octo annis absens, ecclesię suę Moguntinę redditur. Cõmissarius apostolicus, qui recõciliaret in uiam redeũtes, excipitur a ciuibus, non iam quasi reuersus ex peregrinatione: sed quasi ex inferis emergens rediuiu⁹. Tum cõpositis cis Renũ rebus, in Burgũdiam rex contendit: sed exitinere retract⁹ a suis, q̃ intelligeret patris molitiones ad disturbãdum cõuentum principũ, qui indictus erat Mogũtię in diẽ Natalis Christi, patrẽ filius Bingę reperit: eumq; ore ad os interpellans super anathemate quo premeretur, & omni regni cõpositione, cum summa modestia cõuenit: ea si pater fatageret, ut ecclesię recõciliaretur, & turbationem regno adimeret, se in eius futurũ potestate ad omnia pariturũ. Imperator omnia reiecit ad principũ cõuentum, factnrũ se, quod ex Imperij dignitate, & seniorũ cõsilio, agendũ ducerẽt. Vterq; Moguntiam cõtendit. Cũ ergo cõpertũ haberet fili⁹, patrẽ clam machinari apud eos, q̃s sibi putaret cõsentaneos, ea quę paci & instituto nõ cõgruerẽt, orauit patrẽ, idq; si reniteret cogere poterat: ut propter põtifices, qui eius euitarẽt cõmunionẽ, secederet in locũ uicinũ cõuentui arcis secrete, ubi diligẽtissime asseruareť curãte filio, ne quis pręter solitos ministros eũ inerpellaret.

XX.

Enricus ergo ei⁹ nominis. V. iam patre uelut capto, & in arce cõ-
h seruato, libera potestate regnũ administrat. Ad annum Christi sextũ post millecentũ. Moguntiæ tum tantus erat principũ conuentus, quant⁹ ab ulla unq̃ memoria. Quinquagintaduo numerabanť illustres: nec quisq̃ ex omni regno defuisse putabať, pręter unũ Magnũ Saxonię ducẽ: qui solus ætate graui adesse nõ poterat. Supueniẽtes apostolicę sedis legati, Alban⁹ & Cõstantiensis episcopi, anathematis execrationẽ, quod in seniorem Henricũ a tot sibi succedentib⁹ Romanis pontificibus

promulgatū erat, testificati renouarūt, cōmunionē eī⁹ interdicētes uniuersis catholicis uiris, & omni regno Romano: hortantes & deprecantes, ut omnes ecclesię filij matris incolumitati cōsulerēt aduersus tātū hostē: uni⁹ capitis cōtumacis superbiā frangerēt. Hic iam uariāt scriptores: Quidam cōtendunt absentē omni Imperij honore destitutū, mandatūq; Mogūtino, Colonienſi, & Wormaciēſi episcopis: ut eum adeūtes, Imperialia insignia auferrēt inuito. Cunq; in senioris uenissent cōspectū Ingelheim, quo loco palatiū instruxit Magnus Karolus, mādata cōcilij exponebant pontifices, poscētes, ut insignia uolens traderet. Illo aūt causam requirēte, tam seuerę in se inauditū a cōcilio sententię, obiecisse ei ferunt, in cōferēdis episcopatibus, & abbatijs symoniā. Tunc Imperator: Dic Mogūtine: dic Colonienſis, per nomē æterni Dei, quid a uobis acceperim? Dixerūt nihil. Et Imperator: Gloria Deo in excelsis, quia uel in hac parte fideles inuenti sumus. Certe maximę uestrę dignitates potuissent magnum camerę nostrę, si ita quęrereturquęstū prętitisse. Dñs Wormacienſis nouit, & nos non ignoramus, quęstu, an gratia interueniente illum recęperimus: Nolite patres temerare fidem uestram: Ecce iam senio laboram⁹, sustinete modicū, & nolite in cōfusione gloriam nostram terminare: Generalē curiam expectamus: Si cedendū est, proprijs manib⁹ filio coronā tradem⁹. Illis renitentib⁹, & uim ostēdentib⁹: parūper secedēs, Imperialib⁹ se uestiuit insignijs: & reuersus: Hæc, inquit, Imperialis honoris sunt insignia: Hæc mihi præstitit ętterni regis pietas, & principum electio. Potens est Deus uos in his conseruare, & manus uestras ab opere cœpto cohibere: q̄uis simus armis & militia nostra destituti: Securi enim de tali uiolentia nobis non ꝓspeximus. Sed timor Dei uos coerceat, quos pietas nō reuocat. Q; si neutrū reueremini, ecce prętentes sumus, non possum⁹ uiribus refragari. Hęsitant pontifices, sed inuicē cohortātes, accępto conamine Imperatorē adeūt, coronam capiti detrahūt & sede detractū, omnib⁹ Imperialib⁹ exuūt. Imperator ab alto ductis suspirijs, sic eos alloquitur: Deus ultionū dñs, uideat, & uindicet iniquitatē quā facitis: Ignominiā sustineo ante inauditam. Sed delicta iuuentutis apud iustū iudicem Deū luo: uos tñ immunes a crimine non eritis: quia iusiurādum pręuaricati, iusti uindicis ultionē non effugietis: Non prosperetur honor uester: Sit portio uestra cum eo qui tradidit Christū. Illi obturantes aures retrocedūt, filio eius Imperialia deferentes. Fugit aūt inde pater in Limborg. Inuenit uenantē ibi quendā ex principibus quem dudū illo priuauerat ducatu: Hic, ut audiuit rem gestā, misertus illius, fertur collegisse octingentos loricatos, & reduxit Imperatorē in Coloniā. Hęc est narratio nostror; annaliū. Alij breui⁹ rem scribūt. Cū deposceret Imperator prodire in cōspectū cōcilij Moguntię congregati, ueriti principes, ne senis cōmiseratio, quē sciebant incorrigibilē, populum in tumultū uerteret, omnes qui de cōcilio regni fuere cum legatis apostolicę sedis, Ingelheim se cōferunt, senem cōcilio circūsistunt, cū usq; ad reatus sui cōfessionem pertrahūt: Satiffactionē pollicet ex eor; cōsilio: Legati apostolici absq; generalis synodi decreto nihil facere se posse testantur.

Imperator tamē legatis & principibus, ubi cōsenserūt, annuēs Imperialia insignia: crucem, lanceā, sceptrū, globū, atq; coronā, filio ꝓmittit, prospera illi imprecās: illū primatibus multo fletu cōmendat: & extūc iuxta summi sacerdotis totiusq; ecclesię decreta, suę se cōsulturū animę, ꝓmisit.

XXI.

Hoc ordine Henricus eius nominis. V. primum a patre deinde ab uniuersis Germanię principibus in regem iam secundo electus, ab apostolicis quoq; legatis per manꝰ impositionē, catholice cōfirmatus, acceptis tam ab episcopis q̄ a laicis principibꝰ, iuxta morē regni sacramentis, cœpit anno Christi sexto post centū atq; mille regnare. Relatis ergo coram rege cūctisq; Germanię principibus & prędlibus omniq; clero & populo legationibus Ro. sedis, super ecclesiarū regni commēdatione diuersa, & erratoꝝ emēdatione ab uniuersis æquanimiter promissa, placuit tam regi q̄ primoribꝰ, ad sanctā matrē Romanā ecclesiā, tantos ac tales ex Germania mitti legatos: qui & de obiectis rite rationem reddere, & de incertis sagaciter inuestigare, ac per omnia ecclesiasticis utilitatibus possent cōsulere. Separant in hoc opus uiri sapientia pleni, spiritu, dignitate, natalibus, & eloquentia præcipui: nullaq; secūdum Deū, siue sęculum, uenerationē indigni. A Lotharingia Bruno Treuerensis: A Saxonia Henricus Magdeburgēsis: A Frācia Otto Bambergēsis: A Bauaria Eberhardus Eystitensis: Ab Alemania Gebehardus Constātiensis: A Burgūdia Curiensis episcopi. Nōnulli etiā nobiles de latere regis laici: idq; inter cętera suscipiūt in mandatis: ut si fieri possit, dñi apostolici prędentiā Cisalpinis regionibus sollicitēt exhiberi. Sic nimirū post tot annos obnubilata lux denuo cœpit oriri orthodoxa: Depublicat, & uentilatur, diiudicatur, & cōuincitur, fetet, & respuitur, cōdemnatur, & anathematisatur hæresis Wigbertina, & Hēriciana, fugatis & destitutis eius defensoribꝰ, sectatoribusq;: Catholici prędficiūtur sedibus: e quibus etiā aliqui inter ipsa festa consecrātur. Cadauera schismaticorū, in primis Wigberti, iam annis sex tumulati, proiiciūtur de sepulchris, & ab ipsis ordinati, usq; ad cōcilij generalis satisfactionē & ordinationē suspendūtur. Erat tñ in Italię marchionatu ad Aquinū quidā partiū Imperatoris prędfectus, qui abbatē de Ferraria assumptū, papam Cęsaris appellaret: sed cum nemo sequeretur absurdā nouitatē, pœnituit statim utrūq; facti: & in confusione sua uterq; usq; ad plenam cōcilio satisfactionē prędstitam permānsit. Dum aūt missi, quos diximus, oratores Romā cōtenderent, peruenissentq; ad uallē Tridentinam, eiusq; opidū: Albertꝰ illarū partiū nobilis adulescens, cum armata cohorte irruit super inermes: Cędidit, cœpit, uinxit. Sic enim Hēricus senior per epistolas, quas queruloſas iussit circūferri, agebat apud consentaneos: circumuētum se, ac ui coactū, dimisisse Imperiū, non sua sponte: proinde qui sacramentorū essent memores, iniuriā eius uindicaturi adessent. Cōstantiensis episcopus cum suo comitatu diuerso itinere ingrediens, auxilio Mathildis comitissæ peruenit ad Vrbem: Omnia pene itinera Henricꝰ senior curauit asseruari. Otto Bambergēsis episcopus, q; idem Albertus uictor eius esset miles, retro dimittitur, cuiꝰ etiā interuētu Bruno Treuerensis, &

Wigbertus comes, cum mandatis cõueniẽdi seniorẽ Henricũ, eiq; satisfa ciendi, relaxãtur. Sed Welpus dux Bauarię hęc ueritus, magna suorũ ma nu cõtendit Tridentũ, episcopũ loci, quem ciues reprobarũt, inuehens, & uiolentos illos ita cõprimẽs, ut laxatis quos tenebãt captiuis, nudis pedi bus ueniã factorꝫ precarentur. Cometes qui tum ab initio quadragesimę in dominicã luxit passionẽ, mala multa prędagiebat. In Elsatia tum se com mouere nõnulli, qui iuniori Henrico male uellent.

CA XXII.

Enric⁹ senior denuo sibi partes cõciliabat, episcopũ Leodiẽsem, h ducem Lotharingię Henricũ, Coloniã, Iuliacũ, Bunnam, quę & Verona, urbes: sed inter hęc intrepidus filius, Pascha Leodij cele brare cõstituit, ut patris molitiones rumperet: Ibiq; cõuentum principib⁹ indicit, Colonię demorantib⁹, qui hostilia sensere. Ipse rex iam Aquisgra ni agens in die Dominicę cœnæ premisit trecentos equites, qui occupato ponte transitũ pręberẽt super Mosam: Idq; presentiẽs Henricus dux Lo tharingię, premisit & ille ualidiorẽ manũ: Cõgrediũtur, de occupãdo pon te cõtendẽtes: & instituta dimicatione, regij repelluntˉ: Aditus regi prędu ditur: Cadũt multi dum pugnãt pertinaciter. Alij in profluentẽ impellun tur. Hac re permotus rex, curiã trãsfert in Bunnam: ibiq; Henricũ Lotha ringum maiestatis reum ducatu priuat, bellũq; parat Lotharingię. Hen ricus aũt pater Coloniã cõmuniuit, archiepiscopo propulso: ualla & pro pugnacula firmauit: Quib⁹ ex sententia cõstitutis, Leodium se transfert, idem ibi quoq; molitur⁹. Interim rex Coloniã medio ieiunio obsidet: sed casso labore teritur. Fiũt sub muris leuia prędia: sed ciuitas obfirmata non capitur. Senior aũt Henric⁹, literas cum nuncijs mittit principib⁹ regni in castris apud Coloniã, sub hac forma: Hẽricus Romanorꝫ Imperator Au gustus: Episcopis, ducibus, marchionibus, comitib⁹, ęteriscq; regni princi pibus: Gratiã & dilectionẽ dignantib⁹ eam recipere. Cõquerimur Deo omnipotenti, & Dominę sanctę Marię, & beato Petro apostolorꝫ princi pi patrono nostro, & uobis principib⁹ omnib⁹, q; iniuste, crudeliter, inhu mane, in illa fide, de qua dubitare non debueram⁹, tractati sumus: & tam honore regni, q̃ prędijs & omnib⁹, quę habebam⁹, cõtra diuinũ & huma num ius, ad infamiã & improperiũ regni, ita expoliati sumus: ut nihil no bis pręter solam uitã sit relictũ: Vbi cum ferme omnes essetis, magna pars uestri uisa est dolere, & tristari: sed prohdolor nihil nobis contulit uestra tristitia, quin de nobis sibi satisfaceret uolũtas inimicorꝫ nostrorũ odiosa. Et quia cum cõsilio & rogatu filij nostri, fide & securitate uitę & honoris nostri ab eo accœpta primũ fiducialiter & desyderãter in presentiã legati Romani & principũ tẽderem⁹: ut eorꝫ ordinatione agerem⁹, tam de statu ecclesię & honore regni, q̃ de salute animę nostrę: Ipse non est uerit⁹ in hac uoluntate & obedientia nos cõtra datam fidem capere, & usq; ad articu lum ferme mortis ducere: Non ausi sum⁹ illi nos ita credere, ut iniurijs & cõtumelijs nos pro uolũtate sua sicut prius afficiat. Quapropter multũ ro gamus uos, & obnixe precamur: ut pro timore Dei, & honore regni, & honestate uestra, dignemini studere, quomodo de iniuria in oculis uestris

nobis illata, per uos possumus recuperare iusticiã: Nos quoq; pro cõsilio uestro, & aliorũ, qui nos odio non habent religiosorũ uirorũ, parati sum⁹ tam filio nostro, si in aliquo eũ offendim⁹, q̃ alicui in regno libenter emen dare. Prẽterea, sicut Domino papæ in prẽsentia legati sui, & uestra, obedi re parati fuimus, ita & nũc parati sum⁹ ei omnẽ debitã reuerentiã & obe diẽtiam syncero corde & deuotione præsentialiter exhibere: & tam cõsi lio uestro, q̃ spiritualis patris nostri Hugonis abbatis Cluniacensis, alio rumq; religiosorũ uirorũ, de statu ecclesiæ, & honore regni, quãtum in no bis est disponere. Cum ergo ad hæc omnia parati simus, rogamus uos, & obnixe precamur: quatinus pro Deo, & honore regni & uestro, instanter moneatis filiũ nostrũ: ut secũdũ prẽfatã sentẽtiã, nulla ei aduersum nos re sidua sit occasio: amodo desistat nos & fideles nostros persequi, & quiete, pacificeq; uiuere permittat, ut supradicta integre cũ trãquillitate perfician tur: Quod si noluerit, rogamus uos per authoritatẽ Romanæ ecclesiæ, cui nos committimus, & per honorem regni: ne super nos & fideles nostros ueniatis: quia manifestum est eum non diuinæ legis zelo, uel Romanæ ec clesiæ dilectione: sed cõcupiscẽtia regni patre iniuste priuato, hoc incepis se: apud quẽ si interpellatio uestra, nullaq; alia interuẽtio, ad præsens pro desse poterit, appellam⁹ Ro. pontificẽ, & sanctã Romanã sedẽ & ecclesiã.

Ponendũ fuit in sua forma literarũ exemplar ad fidem. XXIII.

Post lectas coram multitudine, tam has, q̃ alias literas, parũ uerbis
p nihil aũt intentione a prioribus discrepãtes, quas ad filiũ Hẽricum regẽ dedit. Rex ex primatũ consilio, legationẽ uicariã patri remi sit: quam tñ prius promulgari, per Magdeburgẽsem archiepiscopũ Hen ricum iussit: & hoc facto, suorũ in se animos ualde cõfirmauit. Erãt autem mandata huiuscemodi: Post inueteratã circiter annos quadraginta disci sionem Imperij Romani, quæ tam diuinas, q̃ humanas iam pene leges abo leuit, & exceptis mortibus omnimodis, sacrilegijs, periurijs, rapinis, & in cendijs, ipsum regem nostrũ non tantũ in solitudinẽ, sed etiam ad apostasi am a catholica fide, siue in ipsum paganismũ propemodũ redegit. Respi ciente tandẽ ecclesiã suã diuina clementia, nos eiusdem Christi sponsæ filij, per Spiritũ sanctũ in unitatẽ fidei æquanimes, respuim⁹ ipsum incorrigibile schismatũ illorũ caput, Henricũ scilicet quõdam Imperatorẽ, zelo Dei & apostolicæ fidei obedientia abdicauim⁹, catholicũ nobis, licet ipsius de se mine natũ regem elegim⁹: cuius regni principiũ, sui finẽ esse cõspiciẽs, etiã ipse tanq̃ uoluntari⁹, sed ut eius iam fatentẽ literæ nimis inuit⁹ collaudauit, regalia reddidit: curã cum regno nostræ fidei lachrymãdo cõmisit: de reli quo nullam se regni pompam, sed animæ suæ medelã quæsiturũ spopondit. At nunc ecce pristinis se reddens tergiuersationib⁹, præiudiciũ se passum per terrarũ orbẽ cõqueritur: Gallorũ, Anglorũ, Danorũ, cæterarumq; finiti marum gentes, gladios cordib⁹ nostris infigere meditat: Super illatis in iurijs recuperare sibi iusticiã precatur: Cõsilijs quoq; nostris se promptũ de cætero obedire pollicetur: Re aũt uera solitis argumẽtis castra hæc Dñi dispergere, Christi exercitũ exarmare conat; & ut in propatulo est, uine

am Domini, quæ iam floreſcere cœpit, tam per ſe ſingularẽ utiq; ferã, de nuo depaſcere, q̃ per uulpes, homines doloſos, demoliri: ac per ſacrilegia ſacerdotum Belial anathemati recidiuo reddere: immo, quod dictu quoq; nephas eſt Chriſtũ iam in eccleſia ſua reſurgentẽ, in omniũ cordibus iterũ crucifigere contendit. Quapropter placet tam regi q̃ uniuerſis regni principibus, immo cũcto exercitui orthodoxo, q; ſenior ille, ne ulla pateat illi aduerſum nos iuſta querela, quacũq; elegerit ſecuritate, quacunq; maluerit ſtatione, coram preſente ſenatu ſimul & populo cauſam ſuã agat iuſticiam ſuſcipiat, eãq; reddat: quaten⁹ ab ortu ſchiſmatis omnib⁹ ſeditionum cauſis, ac ſi nil iam inde fuerit diffinitum undiq; diſcuſſis, tam filio q̃ patri ſua cuiq; iuſticia reſpõdeat, eccleſię uero ſtatus, non ut ipſe more ſuo proponit, poſt longas inducias, ſed in preſentiarũ his controuerſijs diremptis, deſinat uacillare.

CA. XXIIII.

Vam legationẽ probatę ſingulariſq; prudentię perſonę, abbates q uidelicet & presbyteri, una cum quibuſdã laicali ſub habitu uiris religioſis, tam a rege q̃ uniuerſis principibus, immo toto exercitu ſuſceptã, ex Imperatore ſepedicto, uix eius preſentiã, fandiq; licentiam aſſequuti, cum retuliſſent, horribile eſt memoratu, q̃ ingenti uitę ſuę periculo per dies ſex, eo q; nullo modo cõuentui malignantiũ cõmunicare uoluerint, indigne tractarent: tãdemq; ab irruente ſibi in eadem qua manebat cuſtodia, uulgo liberati, abſq; omni ducatus preſidio, caſtris circa Coloniam poſitis reddunt. Id tamen precipuum inter ſeniores reſponſum referentes: Quantũ ad preſens, regij ab armis decedãt, & in futurũ ſuper huiuſcemodi ſimultatibus inter patrẽ & filiũ, & utriq; cohęrentes cœt⁹ principum inſtituatur. Interea Henric⁹ ſenior, & adiutores partis ſuę exercitũ cõflant ingentẽ, iterũq; tentare prelio fortunã cõſtituit: Quapropter uniuerſa militia regis iunioris, qñ aliter fieri non potuit, ferro rebus finem facere deliberans, ne forte, quod erat futurũ, Colonienſes ciues eruptione facta, ubi audirent adeſſe cum exercitu ſeniorẽ ſuũ Henricũ, regi incurrerẽt. Soluit obſidionẽ mouens in Lotharingiã, & munitionẽ, quã firmauit hoſtis, regius exercitus deijcit: premittẽtes ad Henricũ ſeniorẽ ſecũdos nũcios, qui illi optionẽ proponerẽt: aut cauſa pacis pacto præſcripto cõponendæ filio Aquiſgrani occurreret, aut imminẽs preliũ expectaret, excipetq;. Quibus legatis cuſtodię traditis, ad occurrendũ occulte omnia pręparat. Iterum uariant hoc in loco ſcriptores. Nam alij tradũt ad pugnã eſſe peruenientum, uictũq; patrẽ atq; captũ: cum teneret, rogaſſe illũ Spirenſem epiſcopum alias illi familiariſſimũ, ut prębendã ſibi in eccleſia Spirenſi pmitteret: ubi ipſe Henricus glorioſum monaſteriũ beatiſſimę uirgini dudum ante fundauerat: Sed epiſcopo renuẽte, Cęſar ſuſpirãs cum lachrymis fertur exclamaſſe: Miſeremini mei ſaltem uos amici, quia manus dñi tetigit: mortuũq; hi ferunt Leodij, ſtetiſſeq; cadauer inhumatũ in deſerta capella annis quinq; : deinde apud Spirã ſepultũ. Alij tradũt ad pugnam hac uice non eſſe peruentũ: ſed dum in cuſtodia nũcij tenerẽtur Leodij, Henricum ſeniorem eſſe uita functũ: Tum dimiſſos nuncios, mortis eius famã ad fi-

lium retuliſſe. Dictu mirum, quãta cunctorꝝ exultatio, ꝙ frenũ de maxil-
lis omniũ detractũ uideretur. Miſerabile in tanto regni cõuentu, non eſſe
inuentum, uel unum, qui ſuſpiraret: ſed cuncti uelut reddita uita ex mortu
is tripudiarũt. Otbertus Leodienſis epiſcopus, cęteriꝙ ad fidẽ regis cõfu
giũt: Grauiter increpiti recipiunt. Cadauer iam Chriſtianę ſepulturę tra-
ditum in monaſterio iubet extrahi, & in locũ poni non cõſecratum: Vbi
poſt quinꝙ annos recõciliatum Spiram ꝓducitur. Mirum & incõparabi
le rerũ humanarꝝ ſpectaculũ, & exemplũ non uulgare, in quo cõtemplari
poſſunt ima atꝙ ſumma. Si laudes requiris, nobilis, doctꝰ, fortis, proceꝰ,
& rege dignꝰ uultꝰ, qui ſummã reipublicæ tenuerit annis quinquaginta:
Cęterum ſi in alterã partẽ reſpicis, incredibilia dictu flagitia, & pertinax ſu
perbia, adeo ſibi hominẽ dimidiarũt: ut potiores ſibi partes in uno uẽdica
rent: Habeãt reges ſpeculũ utriuſꝙ fortunę in homine. Qui ubi tolerabi-
liter ſe geſſit, in ſummo rerꝝ mortaliũ faſtigio efflоruit: ubi uero uerſus eſt
in reprobos mores, extremã incidit calamitatẽ: nõ in morte luctũ, non ſe-
pulturã accipiẽs. Eodẽ anno iã rebꝰ omnibꝰ cõponẽdis papa Paſchalis. II.
rogatus in Germaniã deſcendere, ad Padum fluuiũ uſꝙ ꝓgreditur, eodem
in loco conciliũ celebrauit, reformãs cõfracta, cõcilians abiecta, epiſcopos
conſecrans, archiepiſcopis ſua pallia mutans quęcũꝙ ab antipapa accępiſ-
ſent: & ſuper his omnibꝰ decretũ tale ꝓmulgauit: Per multos iam annos
regni Theutonici latitudo ab apoſtolicę ſedis unitate diuiſa eſt, in quo ni-
mirum ſchiſmate tantũ eſt factum periculũ: ut quod cum dolore dicimꝰ,
uix pauci ſacerdotes & clerici catholici in tãta terrarꝝ latitudine reperiren
tur. Totigitur filijs in hac ſtrage iacentibus, Chriſtianę pacis ęgit neceſſi
tas, ut ſuper hos materna eccleſię uiſcera panderent: Itaꝙ patrũ exẽplis &
ſcriptis inſtructi, qui diuerſis temporibus Nouatianos, Donatiſtas, & ali
os hæreticos in ſuis ordinibus ſuſcęperũt, prędicti regni epiſcopos in ſchiſ-
mate ordinatos, niſi aut inuaſores, aut ſymoniaci, aut criminoſi ſint, ꝓbati,
in officio epiſcopali ſuſcipimꝰ: idipſum de clericis cuiuſcũꝙ ordinis cõſti-
tuimus, quos uita ſentẽtiaꝙ cõmendat. His atꝙ huiuſcemodi ſuper eccle-
ſijs diuini luminis orientis aurorę diffuſis ſplendoribus, quia nimirꝝ tan-
dem uenit tempus miſerendi pariterꝙ apoſtolicis dignati benedictioni-
bus, ad ſua lęti alacreſꝙ quiꝙ reuertuntur. CA. XXV.

Hoc anno, qui fuit ſextus poſt millecentenos, Magnus dux inferi
oris Saxonię exceſſit rebus, pro quo ſurrexit Luderꝰ dono Hen
rici Cęſaris, eo ꝙ Magnꝰ maſculã prolem non reliquit: filias aũt
duas habuit: quarꝝ una Heilike nupſit Ottoni comiti de Balenſtede, geuu
itꝙ illi Albertũ marchionẽ, cognomento Vrſum: altera filiarꝝ Wulfildis
nomine, data eſt duci Bauarię Welpo (Latini dixere Catulũ) quæ peperit
ei filium Henricũ, Henrici Leonis patrẽ. Luderus aũt (quem Galli & Itali
poſtq̃ peruenit ad Imperiũ dixere Lotharĩũ, ꝙ hoc illis Imperatoriũ no-
men uideretur) obtinuit, ut diximus, concedente Henrico. V. ducatũ Sa-
xonię, gubernauitꝙ cum modeſtia Saxones cum uicinis Wãdalis: cuius
maiores a proauo erant comites de Queruorde, qui titulus cum dominio

usq; hodie manet: Sed nobiles per successionē materni generis, aut per iniam affinitatē nōnunq; mutant titulos: Vnde factum est, ut pater Luderi Gebehard⁹ comes esset de Suppelēborg, & comes de Arnsberge. Ludeus aūt cōiugē promeruit Rixā, filiā Hērici comitis de Northem, & Gertrudis matris, quæ fuit soror Egberti nouissimi marchionis de Saxonia. Cęso Henrico comite in Norden Phrisię, Gertrudis uidua manēs, rediit in Brunswicū, & propinquā arcē Dancquerode, quę tum sita erat ad mœnia nunc est inclusa urbi. Rixa eius filia ad maritū attulit dotem Brunswicum opidū cum attinentijs, ex materno sanguine. Sed & paterno genere non fuit Saxonię aliena, q̄ auus eius paternus Otto fugatus, ut diximus, ab Hērico Imperatore. IIII. Bauaria, ad Visurgū sedit, & ibi usq; ad Northem & cōtermina, omnē gubernabat ditionē, princeps Saxonici generis: quā omnem ditionē, cum hęreditariā Rixa accępisset, marito Ludero in dotem afferebat. Vnde apparet, q̄ mortuo, ut dixim⁹, per ea tempora Magno, de genere Hermāni nouissimo Saxonię duce, non sine causa Hēricus. V. dedit Ludero ducatū Saxonię, cui⁹ iam magnā teneret partē ex cōiuge in dotem. Magni aūt filias alterā Otto comes, alterā, ut diximus, Welpus, siue latine Catul⁹, dux accępit Bauarię. Operępreciū est intellige re, quis fuerit ille Otto, cui primā filiā desponderit Magn⁹ dux Saxonię. Erat is comes de Balenstede, pater comitū de Anehold, tenuitq; Soltwedel suo tempore: Qui cum locum tituli sui cōsecraret in monasteriū diui Benedicti, quod hodie seruat nomē, parū, ut fieri solet, detorto uocabulo, nam hodie uocāt Balingstede: cōcessissetq; ipse cum familia & omni domo in arcē Anehold: inde detrito & abolito priore, titulū mutuabat, quē usq; hodie tenent eius posteri. Reliquit is ex Magni filia, filiū Albertum cognomine Vrsum, qui meruit marchionatū de Brandēburgo, contenditq; cum Hērico Catulo Leonis patre de ducatu Saxonię, cū illi faueret Imperator Cōradus. Sed is Albertus plures reliquit filios, Ottonem post se marchionē, Sifridū archiepiscopū Bremēsem, Bernhardū, quē Fridericus. I. Imperator, destituto Leone, surrogauit ducem Saxonię, q̄ sanguinem traheret Magni, sicut Henricus Leo. De armis autē Saxonię hoc ferunt. Otto pater Alberti stratoria ligna in clypeo transuersa, atro, giluoq; colore uariata, ferebat. Bernhard⁹ ad pedes Imperatoris Friderici iam de ducatu Saxonię inuestit⁹ orabat: ut aliquo a fratrib⁹ discrimine arma ducatus sui insignirētur. Tum Imperator, ut erat coronat⁹ per ęstum, ruteam coronā iniecit ex obliquo supplicātis clypeo. Hoc est ergo sertū, quod paternis insignijs Bernhardus iam Imperatoris dono adięcerat: nam uetera Saxonię signa candidum prę ferebāt pullum equinū. Hæc per anticipationem dicta sint, forsan in suo tēpore breui perstringenda, ut originē ostendamus, & ducatus, & signorum.

CA. XXVI.

Vo tempore comes Holsator̄ Godfridus, occisus per latrūculos
q ex Wandalis locum fęcit comiti de Scowenborg in Holsatia.

Cum enim prędas ęgissent Wādali pro sua cōsuetudine ex Stormaria, Godfridus ei⁹ ditionis comes, audita hostiū incursione, expediuit

celerrime quos poterat, ſequut⁹ hoſtes: obuium habuit lamentantẽ, quem de hoſtibus ꝓcontaꝫ, ſi uidiſſet. Ille mœſtus, utpote rebus omnibus deſtitutus, comiti ait: Si tibi ut mihi hęreret iniuria, acri⁹ inſectareris, nũc lent⁹ incedis. Expectabat aũt maiorẽ ſuorꝫ manũ, qui, ut fit, non cadẽ celeritate arma expediũt: nec enim plures uiginti equitibus tum habebat: Ruſtico tamen cõuitio uir militaris motus properabat ad hoſtes non expectans ſequuturos: Illi ubi uiderant ſequentẽ, perpenſa paucitate, cõtempſerant: & declinante in inſidias parte, ſinebant prætereire. Inde ubi medium habere, a tergo & fronte adorti, facile tam paucos oppreſſere. Hic fuit exit⁹ comitis de Stormaria & Holſatia. Luder⁹ aũt dux Saxonię comitatũ illum dedit nobili Adolpho comiti de Scowẽborg: Fuitꝙ pax inter Adolphũ comitem & Henricũ principẽ Wãdalorꝫ, cui⁹ nomẽ celebre eſt in noſtra Wandalia. Hoc aũt in loco breuiter repetendi ſunt hui⁹ inferioris Saxonię principes in ſuũ catalogũ: Hermãnus teſtimonio uirtutis ſuę eam ſibi uendicat gloriã, ꝙ infimo militię genere natus, ducalem honorẽ prim⁹ ineueheret in domũ ac familiã ſuã: qui genuit reliquitꝙ filiũ Bennonẽ ęque uirtutis & religionis fama illuſtrẽ: qui patrẽ poſcentib⁹ exhibuit, & uſꝙ in finem Imperatorib⁹ ſuis fidus permãſit. Hic reliquit filiũ Bernhardum iam paulo paternæ humilitatis oblitũ, qui auũ potuit principẽ numerare: & ideo auſus eſt rebellionẽ oſtendere Henrico Imperatori II. cuius etiam frater duello perijt, quod expetijt. Bernhardus aũt Ordolphũ & Hermãnum filios habuit, quorꝫ prior ducatũ, alter adminiſtrauit comitatũ: ſiue ille Phriſiæ, ſiue Stadenſis, ſiue Holſatię fuerit: res enim in incerto remãſit. Sunt aũt indicia in omnẽ partẽ: Nam ꝙ Phriſię fuerit ſupra indicauimus: nunc ꝙ Holſatię comitat⁹ is fuerit inde pręſumitur, ꝙ Luderus dux in eo ſęcit ſucceſſorẽ. Ordulphus dux genuit Magnũ, qui uſꝙ in ſenectã ultimam perueniens hęc tẽpora tetigit: de quo tradũt nõnulli, ꝙ Hẽricus V. inuẽta occaſione, Magnũ ducẽ, & Ottonẽ comitẽ ei⁹ generũ captos tenuerit: Ottoni ferũt ꝓmiſſiſſe ueniã abeundi, facta ſponſione de more militari: Sed ducem ętate grauẽ in ea captiuitate finẽ tradũt fęciſſe uiuendi. Id qualecũꝙ fuerit relinquim⁹ in medio: hoc certũ habentes, ꝙ Magn⁹ dux nullam maſculã prolẽ reliquerit: ſed ex filiabus multa proceſſit nobilitas. Habuit autẽ Magnus fratrem Ottonẽ, qui duos ex uxore ſuſtulit filios, ſed ambo ante patrem bello, & ipſe pater ante Magnum morte conſumpti ſunt.

CA. XXVII.

a D Holſatiam aliqñ cõmemorandã, ipſe nos legitimus rerũ ordo perducit: ꝙ illi comitẽ prefęciſſe diximus Luderũ ducẽ Saxonię cum eam uacuatam donaret Adolpho comiti de Scowenborg: Semper aũt Saxonię cõnumeratam accępimus eam Tranſalbinã uſꝙ ad Eydoram, & Aldenburgi regionẽ: quod multis rebus, & oſtendimus, & cum tẽpus admonebit non obliuiſcemur oſtendere. Holſatia nomẽ ſuum habet mutuatũ de lingua uernacula, quia terra nemoroſa & ſaltibus occupata, ad differentiã uicinarꝫ partiũ quę paluſtres & paſcuę ſunt: incolę ei⁹ dicti ſunt inter Saxones Holtſaten, hoc eſt inter nemora ſiti: cum ediuerſo

paluſtres dicanť Merslude: Inde Holtſati, Holſatia, Latina nomina facta ſunt: ut ſolēt Galli & Itali de ſuis quoq; uernaculis uocabulis locupletare linguam Latinā. Terminos aūt habet hęc terra, ab oriēte Bilenā fluuium, ab occidente Storam, a meridie Albim, ab aquilone uero Eydorā, qui limes eſt ab olim Danicę nationis: A quo flumine orientē uerſus genus habitabat olim Wandalorę, qui Wagrij dicebanť: unde terra illa olim dicta eſt Wagria. Ab Vrbe ueteri olim populoſa, nūc rariſ habitatorib⁹ uicus eſt, ſine clauſura, ſine muro, & uallis, ędib⁹ paluſtri iunco, ruſticis, in ortum porrecta ad Trauenā fluuiū: Ea tñ huius regionis portio quæ a Bilena ad Albim tenditur in Storā fluuiū, Stormaria olim dicta ab eo flumine, parum loci reliquit ueteri Holſatię, a Stora in Eydorā. Nam Thietmarſi populus paluſtribus locis habitans, liberū ſe aſſerit, nulli unq̄ principi paruiſſe: niſi q̄ Bremēſem eccleſiā breui ac tenui cenſu recognoſcit: cęterū imperata non facit. Hoc tñ ex annalibus cōpertum eſt, eam terrā cum uicinis Holſatis & Stormaris olim paruiſſe principib⁹ Saxoniæ. Nam Magnus dux terrę hui⁹, filio Godſcalci Wandali, quē Buthue dixerūt, auxilia attribuit, ex Bardis, Stormaris, Holſatis, Thietmarſis: quod utiq; imperare non poterat, niſi eos ditione tenuiſſet. Sed & Henric⁹ dux Leo, quod dicemus, in eos duxit & ad iuga coęgit. Vrbē uero Hamburgū in Stormaria ſitā in iure fuiſſe ducū Saxonię non eſt ambiguū: q̄ Bernhardus dux illo tempore quo Bezelinus archiepiſcop⁹ Hamburgēſis prędiū ſibi faceret ad meridiem ab eccleſia, cui⁹ fundamēta nuper fodientib⁹ nobis cōperta, Bernhardus dux ad aquilonē eiuſdē eccleſiæ ſibi ſuiſq; prętoriū erexit: cuius reliquię cernūtur hodie in ſublimi colle ad Alſtriā poſt molas, inibi iactas atq; firmatas: Et quod longiſſima habet memoria, Karolus Magnus cum omnem Saxoniā fidei Chriſtianę adięciſſet, Tranſalbianos quoq; ſubdidit: & cum rebellarent, populū ferť inde in Gallias trāſtuliſſe, hoc eſt ultra Renū in Brabantiā, & Flandriā, agroſq; dediſſe uicinis Obotritis, qui eſſent Karolo fœderati. Hoc enim in Wandalia cōmemoraui-mus: cum ad annū Chriſti poſt octingentos decimo, imperante iam Romanis Karolo, Wilſię genus hoc q̄q; Wandalorę) facto agmine Hamburgum incurrebāt, Karoli prędęctū Vtonem fugauerūt, necatis Chriſtianis prędas ęgerūt, & incenſo opido in ſua redierūt. Ab illo aūt tēpore a quo regereť prouincia Trāſalbina non tenemus, prędertim, quia indomitus populus non unū ſequebať principē, ſed in ſuo quiſq; angulo uiribus & opibus potentior, pro principe erat, donec redacta terra in prouinciā epiſcopis diuidereť: & deinde reges Germanię a Karolo deſcēdētes ducatū Saxoniæ libera poteſtate permiſere primū Ludolpho, deinde Ottoni, demū Henrico, qui poſtea regnabat, Magni Ottonis patri. Cum Wedekindo tamen, qui rebellionis erat author & prędes, quiq; per annos triginta Gallos fatigarat, trās Albim prędfuiſſe traditur quidam Albion, qui poſt multos labores iam rerum pertędus cum eodem Wedekindo uenit ad Karolum, ſacrum depoſcens baptiſma & accipiēs: Hic ergo primus Tranſalbianorum prędes Albion, cui ſecundū iungemus Vtonē a Karolo prędfectum.

Ex illo autē tempore usq; ad Hermāni ętatē omnino neminē leginus qui in hac terrarum parte dominaretur. CA. XXVIII.

p Er quinq; aūt ducū tempora Hermāni, Bēnonis, Bernhardi, Ordulphi, Magni: hoc est ab Ottone. I. usq; ad Henricū. V. per annos circiter centūquinquaginta, ipsi duces per comites, qui aliqñ ipsorum essent fratres, Holsatiā cum uicina regione gubernauerunt usq; ad Magnū, qui districtū illum cōmendauerat cuidā Godfrido, incertū an de illius sanguine, a Wādalis, ut diximus, per insidias intercepto. Quo tempore Luder⁹, ut dixim⁹, dux ditionē permisit nobili Adolpho de Scowenborg, ex quo in tempora nostra per annos. CCCC. durauit successio, qđ suo loco cōmemorabimus: Habitasse tñ ea in regione uiros fortes neminī dubium sit, qui proximis Danis & lutis crebrius cōflictati sunt: Tametsi quoties a Danicis scriptorib⁹ hę res cōmemorant cum suoꝝ laude & Saxonū deterimēto res finiat. Sed erat is tum reꝝ status in Holsatia, cū eam Adolphus acciperet regendā: ut pacatis uicinis prouincijs satis ageret tēpora trāquilla: Nam ducatū Slesuickēsem tum administrabat uir singularis industrię, precipuę fidei, & integrę religionis dux Kanutus, qui pro sua uirtute & nominis sanctimonia miraculis claresćens meruit referri inter sanctos. Ab oriente uero inter Wādalos Henricus Godscalci Christiani principis Christian⁹ filius, iam cęso Critone Christiani nominis ꝑuisimo osore & persequutore, qui etiā uxorē cęsi principis sibi deuinxit, quo populo fieret cōmendatior. Administrabat tum archiepiscopatū Hāburgensem, iam uero Bremensem (perierat enim iamtūc titulus Hāburgensis omissus ab archiepiscopis, postq̄ in Dania & Suecia constitutis a summo pontifice metropolitanis, legationis honor, qui titulo Hamburgēsi inhęserat finem habuit) Adelbero, inquā, tum archiepiscop⁹ erat Bremēsis, qui prouinciā suam Transalbianā uisitās, peruenit in Meldorpe Thietmariq;, ibiq; adit⁹ & interpellat⁹ ab Holsatis, q̄ sancte rogat, ut diuini uerbi predicatorem illis immittat, locū idoneū cōmanendi præferētes in Wippendorpe, deinde Faldera, demū Nouū monasteriū uocitatū. XXVIIII.

u Icelinus erat uir Deo deuotus nat⁹ de Quernhamelen Saxonię: mansit aliq̄diu in Euersteen cum matre Cōradi comitis ad instituendos & erudiendos filios: Inuiderat illi sacerdos, ꝙ apud dominam pro humilitate & uirtute uideret multis acceptior, & ab illo interpellatur, proposito uersu ex Achilleide Statij: illoq; obmutescēte, sequut⁹ sacerdos increpauit, quid presumeret docere qui ipse nihil didicisset. Vicelinus pudore correptus, uertit illū in occasionē acrioris studij: nam profectus Padeburnā, sub magistro qui ibi literas profiteret, uigilanter impendit operā ut erudiret: Equidē pro illa ętate necdū crebrescētib⁹ per Christianum orbē uniuersalib⁹ illis literarꝝ gymnasijs, apud ecclesias cathedrales magistri habebātur: qui singulari diligētia non modo rudimentis, sed etiam altioribus doctrinis incūberent. Profecit aūt Vicelin⁹ non tam lectione q̄ oratione: Quantū enim incūbebat literis, tantū alternantib⁹ horis in religione per deuotionē crescebat: Sanctoꝝ exempla sibi uitęq; pre-

ſidio ſemper inuocabat, prẽcipue deuot⁹ diuo patri Nicolao, in cui⁹ feſti-
uitate dum ſocios ad eccleſiã inuitaſſet, audita eſt uox cõcinentiũ angelo-
rum: Beatus Nicolaus iam triũpho potitus. Vocatus aũt ad eccleſiã Bre-
menſem, ibi quod didicit docere cœpit: ut magiſtri ſui coadiutor in erudi
endis ſe minoribus fieret: Deinde in Frãciam peregrinat⁹, ibi quoq; ut do
ctior eſſet doctiores audiuit: Inde uero regreſſus Magdeburgũ ſe cõtulit
ad Nortbertũ archiepiſcopũ: a quo ad Alberonẽ redijt Bremẽſem. Non
eſt uiſum ſatis ardentiſſimo homini docere Chriſtianos: Altius miniſteri
um cogitauit in obſequio Chriſti: Nã Rodulphũ Hildeſemẽſem, & Lu-
dolphum Verdẽſem, canonicos, aſcitos ſocios deſumpſit in peregrinatio-
nem pro Chriſto: cõtuleruntq; ſe in gentẽ Wandalorũ, quę uicina Saxo-
nię ſępe quidẽ recępit uerbũ Dei, ſed ſtatim reiecit. Adierũt uero in ueteri
Lubica Henricũ eius gentis principẽ, uirũ Chriſtianũ: ſed qui nouo prin-
cipatu populũ, noua religione noluit exaſperare: rogantes, ut eius permiſ-
ſu uerbum Dei prędicarẽt: non negabat ille, quod ſua ſponte fieri ſemper
optabat. Habuit igitur eos magno & honorato apud ſe loco, permittẽs il
lis eccleſiã ſuam quã frequẽtabat. Illi ergo inſtituto operi, q̃diligenter ſer-
uierunt, & ubi miſerante Deo rem in ſuis manib⁹ creſcere cernebãt, petita
ad tempus uenia, de rebus ſuis acturi reuertũtur in Saxoniã: ut inde libe-
rius officio & ſacro inſtarent miniſterio. Redeũtes aũt in idipſum, repere-
runt Henricũ emigraſſe, filios autẽ illius aduleſcentiores minus intendere
religioni, magis aũt tutando inuigilare principatui. Sed ut dicere cœpim⁹
cum Adalbero archiepiſcopus in Meldorp prouinciã ſuã deſcenderet, &
cum eo Vicelin⁹, homines de Faldera, diuini uerbi prędicatorẽ ſibi ab epi
ſcopo donari rogabãt: ſciens archiepiſcop⁹ feruens in opere Dei Vicelini
propoſitum, illis ipſum aſſignauit, & attentius hominẽ cõmendauit: Cui-
dam aũt Marcrado uiro primario archiepũs impoſuit prẽcipuam curam
prędicatoris: Illi profecti alacres in ſua redierunt. Prędicauit aũt inſtãter,
& ad frugẽ uitę melioris iam quidẽ Chriſtianos, ſed frigeſcẽtes perduxit.
Audientes aũt ꝓfectum ei⁹ prioris legationis ſocij, adiũctis ſibi alijs, Vi-
celinũ denuo adierũt: ut eidẽ lucro animarũ uigilanti⁹ intenderẽt: Reſpe
xere aũt in Wandaliã prioris operis prouinciã ſuã, ut iactũ ſemẽ Deo fru
ctificaret: ſed ita turbida fuere tẽpora, ut nihil inde ſperareť. Nã Kanutus
unus ex Hẽrici principis filijs in Lutkenborg tum cęſus ferebatur: Vnde
omnis ꝓuincia in motũ excitata ad arma cõcurrit. Zuẽteploch frater ei⁹
cędis cõſcios perſequutus, uocatis ad arma uicinis cum Adolpho Holſa
tis, cõtendit in Obotritos: obſeditq; urbem, quę Werle dicebať. Qua in
poteſtatem redacta, auſus eſt progredi. Animos faciebat maiorũ in popu
lo fauor auitę recordationis memoria: ſed & fortiũ uirorũ qui ſecũ erãt fi-
da pectora: Adolphus enim cum Holſatis aderat: proceſſit aũt ad urbem
Kiſſin: Non ſatis explicat antiquitas, quo ſit ſita loco: an ad ripã Werno-
uię fluminis non longe ſupra Roſtockiũ in colle: Extat hodie ibi eius no
minis uilla: & eſt ueriſimile priuſq̃ in loco ſuo Roſtockium cõualeſceret,
uiguiſſe illud opidũ: quõ ſupra Wiſmariã diu floruit ingẽs ciuitas Meke

lenborg,unde principib⁹ remanſit titulus uſq; ad nos: Vrbis autē perexi-
gua ſunt ueſtigia, cum tamē eccleſias & aliquot habuerit monaſteria: q̄d
in Wandalia cōmemorauimus: Nunc quod ad Holſatiam pertinet,hanc
expeditionē attigim⁹, cui aderat primus Adolphus: ut quid illi rerū fue-
rit in prouincia cum primū intraret intelligam⁹. Vixit aūt hic Adolphus
uſq; ad ſeptimū annū Imperij ſub Lothario, hoc eſt per annos. XVII. in
Holſatia,moriēſq; filiū reliquit Adolphū: nam alter ex filijs Hartūgus in
expeditione militari ſub rege Romanorū cecidit in Bohœmia. Nūc inter-
poſita huius comitis mentione de Holſatia, ad Hēricum Romanorū regē,
a quo digreſſi ſumus reuertamur. CA. XXX.

Nnus erat poſt mille ac centū ſeptim⁹,cum Henric⁹ Natale Dñi
a Ratiſponę celebrauit,pręſentib⁹ legatis ſedis apoſtolicę dñi Pa-
ſchalis: cuius aduentū aliq̄diu apud Auguſtā Vindelicorū,nunc
Suęuorum,Henric⁹ expectauit. Ille uero ſuorū cōſilijs proteruiā,ut illi uo
cabant, Theutonicorū declinās,maxime propter ſeditioſum quendam tu-
multum,qui ſibi Veronę manēte dudū occurrerat: ſuggerētib⁹ quibuſdā,
q̄ non facile Theutonicorū natio decretū illud recipiat, q̄ quālibet eccleſi
aſticam inueſtiturā de manib⁹ laicis uetat accipere: necnon & animoſum
cor regis adoleſcentis, quod nondū per omnia dñico iugo ſit habile: Hęc
inquā multaq; id genus percepta,uir Dei cōſyderās,necdū ſibi oſtiū Ger
manicis in regionib⁹ apertū eſſe cū gemitu pronūcians, pfectionē ſuā cū
Hiſpaniarū legatis per Burgundiam in Gallias cōuertit,& Dñici Natalis
gaudium ſua pręſentia Cluniacēſibus multū ampliauit: Inde ſecedens ab
uniuerſis finiū illorū eccleſijs,ut uere Chriſti diſcipulus, & Petri ſucceſſor
Chriſtiq; uicari⁹,& apoſtolorū imitator, ingenti honore ſuſcipit̄, digna re
uerentia pertractat̄: non aliter q̄ legifer de cœlo miſſus audit̄. Sic igit̄ per
menſes aliquot ut fidelis diſpēſator & prudēs, quotidianā ſollicitudinem
omniū eccleſiarū gerens, tandē circa Aſcenſionē Dñicam cōciliū non cō-
temnendum apud Trecas celebrauit: ubi inter multa,quę pro tempore &
neceſſitate corrigenda erāt emēdauit: Sententiā de libera pręlatorū electi-
one,& de coercenda laicorū in eccleſiaſticas dignitates pręſumptione, iu-
xta ſuorū decreta pędeceſſorū promulgauit. At rex Henricus,peruagatis
Saxonię finib⁹,poſt Paſchale feſtū Mogūtię cōcilium atq; cōuentum ha
buit,eidem ſe uicinū, non tñ pręſentē exhibuit, cum nōnullis epiſcopis,&
optimatibus: cum quibus inito cōſilio, legatos honorabiles ad apoſtoli-
cum paſtorē trāſmiſit: per quos tam ipſi,q̄ uniuerſę ſynodo poteſtatē con
ſtituendorum epiſcoporū priuilegijs apoſtolicis, Karolo Imperatori,atq;
nōnullis ſucceſſorib⁹ cōceſſam,intimari curauit: ſuper qua quidem queſti
one integrū annū illi pontifex, ut ueniret, & coram ſynodo cauſam face-
ret examinari indulſit. Tunc quoq; nōnullos pontifices,qui cōcilio Mo-
guntino interfuerant,ab exequutione papa ſuſpendit: quos tñ non multo
poſt,ratione reddita,ſatiſfaciētes clemēter abſoluit. Rurſus uero necdum
humilitatē quā queſiuit in cordibus Germanorū inuenire ſe queſtus, Ale-
manos nequaq; ut propoſuit uiſitare,ſed Italicis ſe finibus cōtinere decre-

uit. Rex uero cum Bauaris Ratiſponę colloquiũ habuit, atq; expeditionẽ in Flandriã facere cum illis deliberauit.

CA. XXXI.

Vocirca Octobrẽ ingreſſus cum expeditis militib⁹, magna qui-
q dem incõmoda prouincię intulit, Roberto iniuriam propulſan-
te: ſed tamen ſine magno ſuo lucro in ꝓpria breui eſt regreſſus.
Res in curiam proximam diſcutienda eſt delata. Proximo anno, qui fuit octauus poſt centum ac mille, Moguntiæ peracta ſolennitate Dñici Natalis, tractata eſt cauſa Roberti Flandrẽſis, & redijt in gratiã regis. Pãonij aũt, hoc eſt Vngari de regno cõtendẽtes binos habuere. Colomãnus rex erat: alius frater ducatum ſub rege adminiſtrabat, nec eo contentus, regni cum fratre gubernacula depoſcit: & dum inhiat regno pariter amiſit ducatũ. Is ad Henricũ querelis plenus aſcẽdit, obteſtãs ut iniuriã ſuã armis ſecũ uindicare cõtendat: q̃ idem quoq; Colomãnus Romanor̃ finibus grauis immineret. Rex facile in ſententiã pertrahit̃: Grauẽ in eã expeditionẽ duxit exercitũ. Sed ea fuit hoſtiũ prę̃paratio, ut nihil proficeret, ſine magno fructu, non minimo detrimẽto, reduxit copias. Qui ꝓximus erat annus cõuentum habuit principũ Mogũtię: inde tñ trãſlatũ in Francfordiam. Ibi Sigefridus comes, q̃ Henrico Lotharingo iam in gratiã recepto, de rebellione noua uerbũ ſecit, in carcerẽ epiſcopo Herbipolẽſi tradit̃ cuſtodiẽdus: Inde Poloniã tributa negãtẽ, magno armor̃ ingreſſus apparatu, ſatis coęgit ad pendẽda de q̃bus addubitauerãt tributa: Sed in ea expeditione dux Bohœmię regi militãs clam occidit̃: Ditionẽ inuadũt eius necis machinatores: Pragã occupãt, Romano regno rebellionẽ mõſtrantes. Prę̃miſſo aũt expedito agmine, rex ipſe cum tota mole exercitus inſequitur: Qui preibãt, fœliciter rem gagentes, capta Praga, hoſtium ducem regi occurrẽtes pertrahũt. Inde Ratiſponę indicto principũ cõuentu, de profectione in Italiã uerbũ emittit̃: Ibi omnes parari ad eam expeditionem iubent̃: Nec ſec⁹ faciũt. Non erat qui ſe a ſocietate eius expeditionis pro regni gloria, pro cõponẽdis quę uidebant̃ ſubeſſe ſimultatib⁹, procq; deuotione quiſq; ſua, in ſanctiſſimo loco peragenda, ſubduceret. Itaq; ad principiũ Auguſti trãſitus indicit̃: nec poterat uno agmine tant⁹ exercit⁹ perduci. Rex per montẽ Iouis cum parte copiar̃: alij per Tridẽtinos montes tranſierũt: Prudentiſſime prouiſa omnia: ut non ſolum cõmeat⁹ & arma, ſed etiã uiri ſapientes adeſſent, qui rationẽ reddant omni poſcenti. Scotigena erat uir prę̃cipu⁹, qui apud Herbipolim diu docẽdis prę̃fuit eccleſiaſticis. Hũc rex aſſumptũ, iubebat omnia in ordinẽ acta redigere. Scripſit is trib⁹ libris ſatis familiari ſermone, & qui etiã laicis, uel parũ doctis erat cõſpicu⁹, hui⁹ pegrinationis curſum & expeditionis, pceſſum.

XXXII.

Iuiſo incedentes agmine, obuia quæq;, uel deditione, uel armor̃
d ui excipiunt: Apud Nouariã uires coniungunt̃. Placentię caſtra metatus rex aliquandiu quieuit. Inde Mathilda comitiſſa, quia reſiſtere nequibat, miſſis nũcijs ſe in poteſtate pollicita eſt futurã: illiq; rex liberaliter, quę eius eſſent, p̃miſit. Satis aſpero deinde itinere, cũ labore plurimo, & iumentor̃ iactura, per aſperrimã hyemẽ tandẽ applicuere Floren

tiam circa Christi Natalia: ibi nouo ingrediẽte anno, inaudito ſplendore, ſolennibus Natalis Dñici peractis, Aretiã mouit: a clero perbenigne, a ciuibus obſcure excipitur. Clerũ a ciuib⁹ preſſum libertati reſtituit: mœnia & propugnacula quę ciues pręparauerãt diruit. Inde ad Aquãpendentẽ defertur: ibi occurrẽtib⁹ ab Vrbe, quos pręmiſerat, nũcijs, cum ſupplicib⁹ a pontifice oratorib⁹: qui ut pacific⁹ ueniret, orabãt, a ſuis proſpera omnia nũciari lęt⁹ audiuit. Inde alios de ſuis cum põtificis nũcijs preire iuſſit, ipſe paulatim Sutriũ peruenit: Quo loco iterũ obuios habuit de ſuis, qui pontificem paratiſſimũ cõſecrationi eius patefacerẽt: ſi modo rex liberã eccleſijs inueſtiturã permitteret, ipſe abſtinẽs, & laicis principib⁹ interdicẽs, ne quouis ſe modo de illis intromitterẽt: Cęterũ ab eccleſijs ducat⁹, marchionat⁹, comitat⁹, aduocatias, monetas, telonea, cęteraq; quę tenẽt eccleſię regalia reciperet. Hęc pollicit⁹ papa, necdũ cum archiepiſcopis & epiſcopis & abbatibus Germanię erat interloquut⁹: Facile duxit põtifex de ſuo ſenſu ad morẽ Italicorũ pontificũ illa regi polliceri. Sed non erat ea mens ueterum Imperatorũ & regũ, qui eccleſias illuſtrantes cõtulerunt ea regalia, melius ab eccleſiaſticis q̃ laicis adminiſtranda. Rex ſi perficere poſſet quę pollicereť, pontifex prębuit aſſenſum poſtulatis: ſed eo pacto, quaten⁹ hęc tranſmutatio firma & authentica ratione, cõſilio quoq; & concordia totius eccleſię ac regni principũ aſſenſu ſtabiliretur: quod etiã uix, aut nullo modo, fieri poſſe credebať. Qua cõuentione facta, dimiſſis legatis & obſidibus utrinq; remiſſis, rex hilater properat ad Vrbem. Domin⁹ apoſtolicus cum omni clero, immo uniuerſa Roma, ſe in eius occurſum adornat. Longum eſt narrare, qua ſit exceptus honorificẽtia, & per Argenteã portam, uſq; ad mediã rotã, antiquo Romanorũ inſtituto deductus: ibiq; lectis publice priuilegijs, tumultuãtibus ad infinitũ principib⁹, pro eccleſiarum ſpoliatione, ac per hoc beneficiorũ ſuorũ ablatione, quã regi pontifex pollicit⁹ uideretť, ingẽti periculo & uaria diſceptatione, tota illa dies eſt cõſumpta: Exęgit papa iuramẽta ab rege, q̃ in apoſtolicę ac catholicæ fidei obſeruãtia integer, in apl'icę ſedis reuerẽtia, ꝓmpt⁹, in deſẽſione eccleſiarũ ſollicit⁹ exiſteret: Sed rex iurare recuſauit dicẽs: Impatorẽ cui ab omnib⁹ ſacramẽta deberent, nemini obſtringendũ per iuſiurãdũ. Ibi armat⁹ regis exercit⁹ iniecit man⁹ in clerũ. Sed nimiũ hoc breuiter noſtri trãſcũt. Opę rępreciũ eſt ex Italicis rem mutuare: ut ſeriẽ geſtorũ tenęam⁹.

XXXIII.

Xceptus a ſummo pontifice rex ad gradus Petri, ubi pedes exoſculatus eſt, leuatur ad oris oſculũ. Ibi principes bis amplexati in cõſpectu infinitę multitudinis, per Argenteã olim, nũc ęneã beati Petri portã trãſcũt in baſilicã. In proximis pauimẽti rotis, ſedes binę cõſtitutę, papę ac regi, circũſtantib⁹ cardinalibus cum epiſcopis, ac regni nobilibus, qui cum rege ueniſſent. Pontifex abrenũciari poſcit inueſtituris. Rex ad colloquiũ ſecedẽs in proximã beati Gregorij memoriã, tribus horis differt reſponſum. Papa tedio affect⁹, per nũcios orauit reſpõſum. Venerunt, nõ epiſcopi, nõ prelati, ſed ſatellites: renũciarũt, nõ eſſe quę poſcerentur indulgenda: cum ſit in euãgelio ſcriptũ: Reddite que ſunt Cæſaris

Cęsari. Replicatū est de parte Pōtificis multipliciter. Sed cū nihil ageret, aduesperascereteꝙ, res est in crastinū dilata. Nō scribūt Italici q̄d Galli & Theutones cōsona uoce prędicāt: Pōtificē regi omniū regaliū a prælatis restitutionē faciēdā pollicitū esse: Quo impetrato, nihil esset opus inuestitura ab rege, qñ prędia non tenerent ab ecclesijs, de quib⁹ per regē ecclesiastici inuestirent: & eo pacto regē abdicaturū inuestituras in promissis fuisse. In proximū diem, quę fuit prima quadragesimę Dñica, cum taciti assiderent principes, pontifex loco mouens, altare sancti Petri ad rem diuinā petijt: Celebrata missa pontifex se in cathedra cōtinēs, quid rex faceret diceretue, expectabat: Cum accedēs satelles manus iniecit pontifici, & cardinalib⁹, & ex nobilitate Romana plurimis. Cętera cleri turba ad unū spoliati omnes, nulla etiā uestę relicta. Postero die populus Roman⁹ armis coreptis in urbem Leoninā (ea est Vaticanū) proruūt, Theutonicisꝙ per hospitia inuentis occisis, pugna in scalis sancti Petri, ad quas regij milites cōuenerant, est relicta: Exercituꝙ regio, qui ad Saxonum urbis Leoninæ portam in pratis cōsederat, ut oppressis suis subueniret, se parāte, Romani in Vrbē per pontē Hadriani se recipiūt. Per biduū uero quod sequutū est: Theutonici armis retētis, id urbis Leoninę q̄d a Saxonū porta ad basilicā uinarijs hospitatorijsꝙ tabernis frequētabatur, ad libitū discurrerūt. Sed quarto abinde die cum rescissent Romanos, structis in Vrbe aciebus, ut erumperēt se parare, ilico rex, pontifice, cardinalib⁹, cęterisꝙ captiuis in castra perductis, Vrbe excessit: Primis castris rex, ad Soractis mōtis radices ripam Tiberis insedit: Eo exinde uadato amne rex, pontifice, & cardinalibus obseruatis, ad prędam & incendia, quo magis terreret, emittit exercitum: Adeūt ex Theutonicis episcopis nōnulli pontificē: Dolere se protestantes, tantā sanctitati suę irrogatā iniuriā. quę illis nolētib⁹, ac non ꝓspicientibus accidisset: Verūtn uideri illis operępreciū, ut necessitati temporis seruiatur: motū regis & principū, quib⁹ obsisti non possit qualitercūꝙ placandū: dignetur, quod necessitas mōstret, implere eōsecrationē eius ut omnia cōquiescāt. Quib⁹ ille respōdit: Quid dicitis fratres? uirū hūc iniquum, uirū sanguinū & dolosum, a nobis dicitis cōsecrādū? Bene expiauit manus suas ad percipiendā benedictionē, qui aras sacras perfudit cruore innocentū sacerdotum, & domū sanctificationis repleuit cadauerib⁹ cęsorum. Absit a nobis uerbū hoc, Cum illi dicerent, saluti suę ac multorū cōsulendum captorū: respōdit libera uoce: Occidat corpora, animas auferre nō potest: nō timem⁹ regē, uobis hoc dicim⁹, nec ꝓsperabit in uita, nec gaudebit pace, neꝙ uidebit semē suū. Ea cum renūciata essent regi, iussit captiuos in cōspectu pontificis decollari: Ille hortabatur illos fortiter mori pro iusticia, certos de ęterna salute. Illi uero flexis in pontificem oculis, uitam orabant. Emollita sunt uiscera pij patris. Euocatis notarijs scripsit quę rex uoluit: & introduct⁹ in Vrbē, a pontifice est cōsecratus, & Imperator appellat⁹. Hęc uerior narratio de multis extracta: ubi quisꝙ quod affect⁹ mōstrat scribit: Italus in cōtumeliā Germani regis: Germanus in suę gentis defensionē, pallia quę potest obtendit. Hoc certū, uix Germa-

niam tetigit Imperator: cum euocato cõcilio omnes patres non priuilegij um, ſed prauilegiũ appellarũt, & iuſto metu extortũ, nullius eſſe momenti declararunt.

CA. XXXIIII.

Euerſus in Germaniã Imperator, cum omnia ex ſentẽtia ꝓcuraſ
r ſe uideretur in Vrbe, uenerũt qui ſpargerẽt in populo, quid poſt eius abitũ eſſet innouatũ in Vrbe, de reuocatione priuilegij, de anathematiſatione in caput Imperatoris repetita, propter uim & iniuriam quam intulit pontifici & curię. Qua occaſione freti in regno nõnulli, conſpirarunt in Imperatorẽ, execrãtes impietatẽ, quã ipſe rex in ſuo patre uindicabat: immo quam ipſe maiori ſcelere cumulabat. Pater erat contumax ſummo põtifici: Iſte uiolentꝰ in Chriſtũ Dñi. Albertꝰ Mogũtinus archiepiſcopus eius in Imperatorẽ rebellionis caput habebaẽ: Saxonũ aũt principes ad ſuã cõſpirationẽ facile pertraxit, ꝙ iam aſſueti uiderẽtur Imperatoribus impijs ſe Saxones obiectare: Nouẽ enim prędijs aduerſus patrem eius pugnauerũt: nec grauabanẽ in filiũ impietatis hęredẽ & ſucceſſorem arma corripere. Imperator aũt prędeniẽs archiepiſcopũ cępit & diu captũ tenuit. Expedito aũt agmine, mouit in Saxoniã, & necdum bene paratos, necꝫ aduunatos, uiciſſim aggreſſus, aliũ poſt aliũ afflixit: & magna ſtrage ac pręda peracta reduxit exercitũ. Per quę tempora Luderꝰ dux Saxonię uxorem accępit Rixã filiã Henrici Craſſi ex Ottone Bauaro genitã, quem Henricũ, ut diximꝰ, Phriſones in Norden oppreſſerũt. Henricꝰ aũt Imperator proximo anno duxit cõiugẽ Mathildã filiã regis Anglorꝝ, celebrãs nuptias apud Moguntiã. Hoc loco cõmemorãt annales noſtri, ex Luderone duce, & Rixa cõiuge natã filiam Gertrudẽ, quæ nupſerat Hẽrico ducí Bauarię, genueritꝙ Hẽricũ illi Leonẽ: quod niſi accipiamꝰ de primo Henrico Leonis patre, cõtrouerſiã patitur: Nam dux Bauarię Welpus, Hẽrici primi pater, duxit filiã Magni, ducis nouiſſimi de genere Hermãni, quem Otto. I. ſublimauerat, quæ genuit ei filiũ Henricũ primum: cui uxor erat hęc Gertrudis filia Luderi: ex qua is Henricꝰ proceſſit, quẽ Leonẽ omnes cognominauerũt: ut duplici iure ꝓtineret ís Leo ad Saxoniã, & ab auia ſua Magni, & a matre filia Luderi, quẽ etiã Lothariũ poſtea imperantem dixere Gallici cum Italis. Quod ideo cõmemorandũ putaui, quia non attendunt plericꝙ duos per hęc tempora fuiſſe Henricos Bauarię duces, patrem, & filium, quorꝝ utercꝙ pertinebat ad Saxoniam: Pater per matrem filiam Magni: filius per matrẽ filiam Luderi ducis & Impetatoris, & auiam Magni filiam.

CA. XXXV.

Ec prętereundũ hoc loco, ꝙ Welpus iunior frater Henrici, qui
n habuere patrẽ Welpum ſenioreẽ, & matrẽ filiã Magni ducis Saxonię, reliquit Bauariã Henrico fratri, & cõcedẽs in Italiã, coniugem accępit Mathildã, illam potentẽ per Lũbardiam fœminã: non ducis Mediolani, ut ſomniant nõnulli, ſed Egberti marchionis Saxonię filiam. Gertrudis illiꝰ germanã, ex qua nata eſt Rixa, quã alij ſcribũt Ribenſam, Luderi ducis Saxoniæ cõiũx: quã Mathildã magis pro ſua uirtute & amplitudine patrimonij, ꝙd in Lũbardia tenebat, q̃ ſpe liberorꝝ duxit uxorẽ.

Ergo Welpus iunior, cum prolē non haberet, religioni se totū cōmendauit. Audiuit proauū suū immo attauū Eticonē ducē Baurię sub Ludouico Imperatore. I. mōtem cum duodecim primarijs uiris introisse, ibicp in abstinentia uixisse & finisse: Scrutat⁹ est saltus & nemora, & omnia montis latibula: inuenitcp sepulchra, e quib⁹ ossa prolata iussit in Cōstantiā urbem perduci: ibicp, cp miraculis claruerūt (mortui sunt enim in Christianissimo fugientes Gallicā seruitutē) eorp memorię dedicare uoluit ecclesiā, quod impleuit. Quo tēpore Gertrudis nobilis fœmina, filia & soror duorum Egbertorp Saxonię marchionū, patris, ac filij, relicta Henrici Crassi comitis de Northem, socrus Luderi ducis: nam mater erat Rixę cōiugis eius, de Treueri rediens, corpus sancti Authoris confessoris Treuerensis quondā archiepiscopi, Brunswicū aduehit: & cum in mœnia perduci non posset, monasteriū erigit sub titulo sancti Egidij, imponēs fratres ordinis diui Benedicti: tum prope mœuia, nunc uero prolatatis finib⁹ urbis, inclusum mœnijs, perpetuū urbis defensorē, & sanctū eius loci tutelarē: cui⁹ patrocinium sæpe experti ciues, precipue in oppugnatione urbis a Philippo, qui de Romanorum regno cum Ottone. IIII. contenderat, quod suo loco non preteribimus.

CA. XXXVI.

d Decimoquinto deinde post centum ac mille anno, cum Imperator Henricus in Saxoniā iterū duceret, Luder⁹ dux, & Reyner⁹ episcopus Halberstadēsis, ac Frideric⁹ comes de Arnsberge iustam illi aciem obiecerant, in loco qui dicit Welpeshold: impares quidē numero Saxones, sed uirtute & alacritate pares initio, & in fine etiā superiores sunt inuēti: Nam cōsertis manib⁹, uictoria penes Saxones fuit. Trophęū erexere uictores in loco pugnę, armatū claua uirū, cum dependentibus armis Saxonię. Hanc statuā rustica plębs in superstitionē, in quā sunt faciles uersa, cœpit uelut idolū uenerari: arbitrata esse antiqtatis deū, quē dixere Iodute. Eā uero quę hodie extat cōclamationē ad arma & auxiliū, nō ab idolo ductā, aut uano deo, sed esse uocē Italicā, aut Gallicā: Io adiute mi, doctiores arbitrant. Vbi intellexere uiri prudentes, statuā populo dare occasionē idololatrię deiecerūt penit⁹ reponētes in locū, qui nūc dicit Wedding stede, cōuentū fratrū prędicatorp post annos ex hoc tēpore nō min⁹ centum. Eodē uero tēpore quo Saxones exercitū regis cōtriuerant, Otto de Balenstede comes, pater, ut dixim⁹, Alberti marchionis Brādēburgensis, insignē & ipse partib⁹ Saxonū peperit uictoriā. Duo Wādalorp millia ibāt laturi suppetias Cæsarianis: Id cū resciisset Otto, copias quātas potuit perarmauit, & se Wādalis obiecit: Cōtulere man⁹, maior pars cęsa Wādalorp, trecenti capti, uix pauci fuga sunt elapsi: Ita duob⁹ in locis, uno in tēpore Saxonibus res fuere prosperę: Necignorātes quātam in se Imperatoris indignationē cōcitassent, intestinas suorp discordias placauere, & externas sibi uires cōciliabāt: ut redeūti Imperatori fortiores occurrerent. Sed Albertus archiepiscop⁹ Mogūtin⁹, iam a ciuib⁹ suis, Imperatorē in ea urbe pene obsidētibus, carcere solut⁹, & ecclesiæ restitut⁹, cum apostolicam desuper cōmissionē accepisset, Imperatorē ubicp insectatus, excōmunica-

tum,& anathematisatũ nũciabat. Erat tum legatus apostolic⁹ Dietherus in Germania,ueniẽs ex Pannonijs: Hũc literis inuocat Albert⁹,inuitatq; ut Colonię illi dignetur occurrere,cõsecrationẽq; sui diu dilatã perficeret: Erat enim toto pene triennio in carcere. Imperator aũt ista audiẽs,non frenabat indignationẽ, nec passus hominẽ, necdum plene sibi reconciliatum consecrari archiepiscopũ: tñ impedire nõ poterat, q; ciuitas quoq; Coloniensis,tum,ut ante diu,cõtra illum sentiret: Ibi publicata sunt mãdata summi pontificis in Imperatorẽ: Ibi multor⁹ ab ipso animi deflectũtur, q; paternam impietatẽ maiori pertinacia cumularet. CA. XXXVII.

Imperator dum hęc agerent Spirę Natalem Dñi diem non lętus
i celebrauit: Audiuit enim apud legatum fuisse magnã episcopor⁹ & nobiliũ manũ, qui papalib⁹ mãdatis auscultassent. Is aũt legatus rebus pro quib⁹ uenerat expletis,in itinere ad Vrbẽ deficiẽs moritur. Missus deinde ab Imperatore Herbipolensis episcop⁹ ad Vrbẽ,neq; audientiam,neq; cõmunionẽ,anteq; recõciliaretur, potuit obtinere. Expositis deinde mandatis,& accepto responso,cum ad Imperatorẽ rediisset,& quę illi in Vrbe contigerant exposuisset, subtraxit se de Imperatoris curia, & omniũ deinceps cõmunione: Coact⁹ tñ uitę periculo corã Impatore celebrauit diuinũ officiũ: sed inde cõceptã amaritudinẽ, in omni reliqua uita diluere non potuit: Cõsilio tñ prudentior⁹ adhibito,recõciliat⁹,& ecclesię cõmunioni restituit⁹. Qua cõmotione rerũ succensus Imperator in epũm, ducatũ Franciæ,qui ex antiquo ecclesię Herbipolensi deberetur, Cõrado nepoti suo cõcessit. Et cũ omnes se ab eius cõmunione retrahere cerneret, scandala declinans,ipse cum regina cõcessit in Italiã: & ad Padum sedens regni negotia pertractabat: Inde legatos mittens ad sedem apostolicam, inter sacerdotium & regnum cõtrouersiam dirimere satagebat: Cuius legationis primarius fertur extitisse, Cluniacensis abbas, Imperatori commendatissimus, apostolico etiam præsuli sanguine coniunctus: Is uero miram intendit operam reconciliandis utriq;,fidelis aproctisarius,fidelis zelator pacis, per cuius instantiam factũ est: ut eodem anno synodus Romę in Constantina basilica celebraretur: Ibi ex omni Christiano orbe,archiepiscopis,episcopis,abbatibus,& nobilibus cõgregatis, cœperunt agi primo die causę priuatę duor⁹ de Mediolanensi episcopatu cõtendẽtium: & ea contẽtio primã diem finiebat. Deinde Lucensis episcop⁹ Pisanos impetebat. Tum surgens quidã ex episcopis, libera uoce protestat⁹: Dñs noster papa ex omni orbe Christiano episcopos ac primarios uiros euocauit: illi uero parẽtes,terra mariq;,uaria picula trãseũtes aduolarũt,non ut particulares cõtrouersias dirimerẽt: Illis enim ,puincialiũ cura suffecerat: sed erat, ut arbitror,graui⁹ aliquid,q̃d de suo quẽq; exciret: dignet⁹ adapirire dñs noster, q̃d in animo habet: ut reb⁹ publicis per summã diligentiã cõstitutis,suo q̃q; gregi aduigilãs reuertat⁹ in locũ unde,pdierat. Ex hac uerbor⁹ formula intelligãt qui nouerũt,qd sequẽtia sęcula addiderint blã dimẽtor⁹: ut Sãctissim⁹ dñs noster appellet⁹ papa,qui tum simpliciter dñs noster est uocat⁹; Idẽ perpẽdes apud principes sęculares. XXXVIII.

t Vm ſumm⁹ pontifex: Poſtq̃, inquit, dñs ſeruũ ſuũ in hũc locum immeritũ puexit, fecitq; de illo quod uoluit, & pręſens tum Hẽricus rex Germanię in me uiolentiã admiſit, uidi mala quę contigerant in populo, plurimas cędes, rapinas, & ſanguinis immodicã effuſionem: quarę rerũ cõmiſeratione cõmotus, fæci quod articulus neceſſitatis uidebatur imperare: nec tamẽ factũ defendo: ſed infirmitatis meę cõtemplatione deprecatũ eſſe cupio. Illud uero quod in tentoriis factũ dicit priuilegiũ, uobiſcũ, & cum omni eccleſia condemno. Tum Bruno Siguinus epiſcop⁹: Gratias, inquit, altiſſimo Deo, q; papã audimus proprio ore damnantẽ priuilegiũ, quod prauitatẽ & hęreſim cõtinebat. Inde quidã ſatis cauillatorie: ſi ergo hęreſim continebat, qui indulſit hęreticus fuit. Quod uerbum accipiẽs Iohãnes Caietan⁹: Tu ne, inquit, Romanũ põtificem audientibus nobis de hęreſi accuſas? Scriptũ illud non rectũ erat, ſed hęreticum non fuit. Tum alius: Ne illud quidem prauum debet iudicari, quod liberandis & redimẽdis fratrũ animab⁹ fuit impẽſum, cum Dñico pręcepto etiã animas ponere pro fratrib⁹ iubeamur. Hãc uerborę alternationẽ excipiens ſumm⁹ pontifex, maxime hęretici uocabulo cõtremiſcens, exper giſcitur, & manu indicto ſilẽtio: Audite inquit fratres. Eccleſia iſta cui immeriti pręſum⁹, hęreſim nũq; defendit: nũq; in ea hęreſis ualuit: ſed omnes hęreſes hic ſunt exterminatę. Hic Arriana, Euticiana, Sabelliana, Photiniana, & quęcũq; alię caput poſuere. Sẽſit eccleſia precẽ pro ſe dñi ualidã & efficacẽ: Ego, inquit pro te rogaui Petre, ut non deficiat fides tua: Iniuriã illã a ſyncerirate ei⁹ auertite: Hęreſim, licet peccator ſim, nũq; agnoui. Hac interim ſatiſfactione, ſeſſio illa dirępta eſt: Proximo die papa audiendis priuatim Cęſaris oratorib⁹ operã impẽdit. Erãt abbas Cluniacẽn. Iohãnes Caietan⁹ & Petrus Leonis Vrbis pręfectus: Hi Cęſaris cauſam, quãtum poterant, ornauere. Proxima autẽ quę fuit Veneris dies, cum redirent in ſynodum, & Cuno Pręneſtin⁹ epiſcop⁹ excõmunicationẽ in caput Cæſaris intentatã, authoritate cõcilij cõprobandam cõtenderet, reſtiterunt illi in faciem, Iohãnes cum Petro memorati: Sed papa Paſchalis ea moderatione fuit, ut ſedatis cõtentionib⁹ ita loqueretur: Eccleſia ſpõſa Chriſti primitiuis temporib⁹, cum martyrũ ſanguine difflueret, apud Deũ floruit, inter homines cõculcata: Succeſſere tempora quib⁹ Imperatores & reges in eã uerſi, munificentia plurima cõdecorarẽt, prędia & poſſeſſiones in eã cõferentes: Quod ergo cõtulerũt, quis interim auferet? Habeat mater eccleſia dona principũ, diſpenſet, cõferat, tribuat, quib⁹ de iure poterit, & uoluerit. Ego priuilegiũ, quod in tentoriis a nobis extortũ eſt, quia papę Gregorij VII. ſcitis cõtradicit, dum omnẽ ille inueſtituram eccleſiarę de laica manu interdicit, ego quoq; cõdemno. Hanc papę ſentẽtiam excępit Cuno cardinalis epiſcop⁹ Pręneſtin⁹: Ego ſi huius ſedis uerus fuerim & a te miſſus legatus, in hac ſynodo ex te papa audire cõtendo: & ſi quæ a me legitime facta ſint rata eſſe iubeas, necne, propalã edicito. Tum põtifex: Conſueuere ante me pontifices a ſe miſſos in quaſq; prouincias legatos, & eorę legitime facta cõprobare; & ego te ab hac ſede miſſum frater epiſcope palam con-

fiteor, & quę iuris tramite ſeruato a te peracta ſunt ego confirmo: & ab hac ſancta ſynodo nil dubitandū, quin roborentur. Subſequut⁹ aūt Cuno ait: Cum in Trāſmarinis agerē pro terrę ſanctæ ſubſidio, & horribilis rumor inſonuiſſet, Hēricū regē in Romanū pontificē, ac ei⁹ ſedis cardinales, & epiſcopos, cum uniuerſo clero & populo Romano, uincula, ſpolia, prędas, uerbera, neces intendiſſe: quod erat horridū auditu, cōtremui: & in uirtute legationis mox excōmunicationis gladiū, in caput cōtumaciſſimum diſtrinxi: per Gręciam, Vngariā, Germaniā, & omnes quas ptrāſiui prouincias publicaui: ea ut rata ſint hoc ſacro cōcilio depoſco. Tum Vicnenſis epiſcopi legati, & literę, idem popoſcerunt: Vario tum aſſenſu perſtrepit aula: Minor erat cōtradicentiū molitio: Nihil tñ propter quorūdā cōtradictionē illo potuit die peragi. Poſtero die nōnullæ ſunt in concilio cauſę terminatę: Apertū deſuper decretū non legitur, ſed quo res ſtatu fuit in eo permanſit. Crediderim motū Romanorę tum a Petro Leonis uiro in Vrbe potentiſſimo formidatū, ꝙ tum Romanis non iniuſta depoſcere uideretur Imperator. Et tñ ſcire uelim, quid tum in cōtentione fuerit? Si non aliud Imperator popoſcit, q̄ ut manente eccleſijs & monaſterijs uacantibus libera electione, ſolam de prędijs inueſtiturā, quę uocat̄ regaliū conceſſio, ad illum pertineret, iuſtū poſcere uidebatur: idꝙ generalis uſꝙ hodie obſeruantia ad noſtra tēpora cōprobauit. Si uero cum regaliū collatione omnē ſibi uoluit Imperator permitti de perſona prouiſionē, uiolētum & iniuriū uidebatur quod poſcebat. Idꝙ fuiſſe credit̄, quod inter regnū & ſacerdotiū tum fuit in cōtrouerſia: Per Germaniā uero tum multiplicata ſunt mala: partibus hinc inde ferro pro iuſticia decertātibus. Cōradus in dioceſi Herbipolēſi pro ſuo, quem Imperator indulſit, dominatu ſatagebat: incendia, prędas, cędes in aduerſantes intentabat. Ex aduerſo Mogū tin⁹ pro eccleſia decertās, non minora incōmoda aduerſantib⁹ ingerebat. Nec ſatis apparet, ſi quid quiſꝙ poſceret ſatis intelligerēt. Poterat uterꝙ non iniuſtam fouere cauſam: poterāt res, ut modo fiūt, facili momento ad cōcordiam perduci: Sed tum ꝓmittente Dño, tantæ ſunt in regionib⁹ cędes peractę, tanta patrata latrocinia, incendia facta, ut incredibile dictu ſit qua uaſtitate, eccleſiarum & monaſteriorum prouentus ſint ad nihilum redacti.

CA. XXXVIIII.

Ac diuerſitate diu inualeſcente, cum pax in orbe Chriſtiano floreret, infœlix Germania quietē neſciebat: ſed partiū ſtudia in ſe exardeſcentia, inuicem multa irrogare damna non ceſſabāt. Dedit naturę arbiter Deus (incertū qua mente) ſignū iracundę cōmotionis: Nam terremot⁹ inſignis in Germania & Italia fuit: Concuſſa ędificia ſolidiſſima: Integrę ciuitates cōſciſſę: & in eccleſia Leodiēſi in uigilia Dñicę Aſcenſionis, cum decem collegiorę mēbra in unā maioris eccleſię baſilicam cōueniſſent ad ſacra ſolennia peragēda, uix primus pſalmus erat peractus, ſubito ſereno cœlo repentinę ingruebāt tenebrę noctē intentantes: Cōſternatis mox tant⁹ nubiū ſonitus inſtrepuit, ut nūq̄ par aut maior colliſio fuerit audita. Fulgur quoꝙ tam terribile alio in tempore ſe cūctis ci-

uitatibus quasi de proximo ingerebat, ut q̃uis distantissime essent urbes, quæcp̃ tamen supra suum esse caput uibratũ arbitrarẽt. Imperator tum in Italia agens, cum ad pontificis cõciliationẽ crebros misisset nuncios, nihil aliud accepit responsi: Se, qui in eum excõmunicationis sententiã non tulisset, non illam posse sustollere, nisi ex arbitrio patrũ, qui synodo interfuissent. Deinde proximo anno papa Paschalis obdormiuit, ipso die Resurrectionis Dñicæ primo mane. Ita ferunt apertũ cœlũ luce meridiana fulgentius per horam integram claruisse: ut luna quę tum plena erat omnino non uideretur. Crux interim uisa est in medio dependere, gemmis etiã interlucentibus notabilis. Imperator aũt audita morte põtificis Romã cõtendit, cõsensumq̃ Iohãni qui Gelasius. II. dict⁹ est prębuit. Electus aũt cum se Imperatoris cõmunioni subtraheret, ab ipso improbatur: & Burdinus quidã ab Hispania superueniẽs, ab Imperatore in sedẽ Petri collocat. Romani tamẽ aliquãto diuersius rem narrãt: Gelasiũ rite electum: Ciues Romanos Fregepanos appellatos, q̃rũ princeps Cincius, cõclaue irrũpentes, cũ põtificẽ ex sua familia deposcerẽt, male senẽ mulctatũ in uincula rapuisse: sed inde erutũ alioꝝ manu Romanoꝝ: pductũ in Tybrim, ut abiret aduersante uẽto, cũ amne & mari, superueniẽtes Theutonicos, fugam prohibuisse: noctu tamẽ deportatũ: Inde creatũ quendã Mauriciũ, quem Gregoriũ dixere. VIII. Aduersarij tamẽ irrisione quadã uocitasse Burdinum. Cũcp̃ Gelasius in Cãpania se cõtineret, & magna Italię pars illi accederet, Henricũ redijsse in Lumbardiã. Quo tẽpore Gelasius in Vrbem, amicoꝝ fretus auxilio, redijt: Deinde ubi cõtendit in Galliam, celebrato concilio, diem suum obijt. Calixtus illi surrogatur, Milo prius dictus, episcopus Viennensis.

CA. XL.

IMperator interea cum audisset in Germania cõtra se agi cõcilia, per Cunonẽ Prẽnestinũ apostolicę sedis legatũ, primũ Colonię, deinde Frislariæ, repetita semper Imperatoris excõmunicatione, omnia dissimulãter tulit. Vbi uero Herbipoli maiorẽ toti⁹ Germanię fieri cœtum audisset cõstitutũ, ubi etiam de illius depositione ageretur, cõfestim ex Lũbardia mouit in Germaniã, & auctus uirib⁹ aduersantiũ terras peruastabat, incendio, gladio, rapinis: Quo exemplo, omnia omnium prouinciarũ mala sunt renouata. Inde meliori mente ubi cõuentum Herbipolensem disturbauit, in Triburiã (Friburgũ nũc uocitant) iussit cœtum principũ cõuenire: Ibi de aduersantiũ questus iniuria, audiuit in faciẽ contradictiones ab illis, & factoꝝ suoꝝ reddita ratione, tum res ita inter eos est composita: ut cuicp̃ spoliato antiqua rediret possessio, principi, ecclesię, monasterio: Fisco prẽterea Imperatoris redderẽtur, quę ab olim illi⁹ fuisse cõstitisset: Ea tum uisa rerũ quies, sed nõ quiescebãt nũcij sedis apostolicę, qui circueũtes prouincias obedientiã pro Calixto deposcebant, abiurato Burdino: cõciliũ tamẽ cũctis indicitur Lateranẽse ad diẽ diui Lucę proximũ: ad q̃d etiã Imperator, suasus a Cluniacensi abbate se non defuturũ sponderet. Cõcurrerant ex omni orbe maxime Germania episcopi, pacis & trãquillitatis cupidi. Vallat⁹ papa. CCCC. ac. XX. patribus in cõcilio

prẽsedit Imperator, etsi non Vrbi aderat, non tamẽ erat longinqu⁹, ut faci
le legatis sedis apostolicę prẽberet auditũ. Vbi de inuestituris, quę sola fu
it causa dirimẽs omnia, sermo haberẽt, Imperator se cum principib⁹, quo
rum prẽiudiciũ in ea re uertebaẽ, loquuturũ spopondit, & ex eor⁹ cõsilio
cuncta acturũ. Papa in cõcilio omniũ prędeceſſor⁹ decreta cõfirmauit: &
quę pro tẽpore statuẽda uidebãtur decretis, omnes cum benedictione re-
misit in sua. Burdini deinde schisma magis ac magis euanescebat: regni tñ
cõmotio nullaten⁹ cõquieuit. Imperator inde proxima ęstate, ducente Fri
derico de Arnsberg in Saxoniã descẽdit: ibiq; episcopis ab eius se cõmu-
nione retrahẽtib⁹, trãsijt in Germanię Frãciam, nec ibi cũctis ęque grat⁹.
Tum uero terra mirabili⁹ intremuit: ut se quisq; de sua correctione puta-
ret admonitũ: Mense Iunio in dioceſi Treuerẽsi glacies tantę magnitudi
nis decidit, ut ędificia subrueret. In Halberstadẽsi aũt grando decidit illo
impetu: ut decẽ uillarũ nõ modo fruges, sed etiã pecora peręmisset. Saxo-
nes igiẽ cõponendæ paci intẽti hoc agebant: ut Imperatoris milites nusq;
grassandi locũ inuenirẽt. Quin & in Turingia oppressos plurimos ex his
eo necessitatis perpulerũt: ut incursionib⁹ temperarẽt. Apostolicis aũt li-
teris roborati, suis ecclesijs uiduatis, de pastoribus, puiderint. XLI.

Nnus erat uicesimus primus post millecentũ, cũ Monasterienses
a in Westphalia episcopo suo graues, ipsum eo perpulerũt: ut que-
rimonam Saxoniæ principib⁹ super illis deponere cogęret. Erat
uero tanta iniuria, ut dissimulandũ non putarẽt. Nam Luder⁹ dux Saxo
nię, magna ui armor⁹ contracta, duxit in eos: magnisq; malis perdomitos
coęgit episcopũ eiectũ recipere, & de iniurijs satisfacere. Sed cum iam op
pugnarentur, quędã casellę cœperũt igne cõflagare, latiusq; cœpit incen-
dium dominari, & usq; ad ecclesiã primã processit, quã cum cęteris ędifi-
cijs cõsumpsit. Ferebãt ciues hoc incendiũ diuino factũ nutu, q; Burchar
di, qui ante Hẽricũ ecclesię preerat, & in legatione Imperatoris apud Cõ-
stãtinopolim defęcit oblatio, de iniquitate, ut ferebãt, aceruata ad eccleſię
instructionẽ Deo non placuisset. ideo cõcremata esse ecclesiã. Tum tanta
fideliũ fuit facta ad instaurãdũ oblatio, ut nullũ pinde sentiret ecclesia de-
trimentũ. Audiẽ inde rumor Burdinũ, qui in Sutrio infaustũ prędebat
pontificatũ, capta a militib⁹ põtificis arce, captũ & ipsum, & a Calixto ad
peragendã perpetuo pœnitẽtiã detrusum in monasteriũ. Interea Impator
quia summã rebellionis Mogũtinis imputabat, statuit se de urbe illa uin-
dicare: Intercludit aditũ, neqd uel inuehereẽ, uel euehereẽ, adẽptis ubiq;
nauigijs: Inde ex uniuerso regno iubet milites ad ei⁹ obsidionẽ urbis cõue
nire. Albert⁹ interea archiepiscop⁹, qui tũ in Saxonia agebat, uir eloquio
clarus, legationis prefulgẽs dignitate, principes suasionib⁹, põtifices lega-
tionis Romanę officio, in causam suã inclinauit: ut statũ urbis Mogunti-
nę, primę in Germania sedis cõmiserarenẽ: causam ei⁹ esse pene omniũ, q;
pro obedientia sedis apostolicę pateret: arma omniũ auxiliaria sunt, pmis-
sa. Imperator interim in Elsatia: archiepũs in Saxonia uires comparant:
in unam utriq; respiciũt urbẽ; ille oppugnãdam, & iste tutandã. Mouent

utricꝫ Moguntiã: fulgẽt ſigna caſtris: Solus in medio Renus, & ille qui-
dem nauibus multis ante ad hoc cõparatis promptus Saxonib⁹ ad tranſi
tum. Sed erant utriſcꝫ in caſtris uiri prudẽtes, qui parcendum labori, ſan-
guiniꝫ ducerent: qui interpoſita publica fide, in utrãcꝫ ripã, ultro citroꝫ
demigrãt, multa uoluẽtes, uarie cauſas tractãtes. Demũ in id flex⁹ eſt rex
ut cauſam omnẽ ſacerdotij & regni duodecim primates utrinꝫ nominati
in diẽ & locũ ꝓtractarẽt. Placuit loc⁹ Herbipolis: tẽpus feſta diui Micha
elis: Placito utrinꝫ per ſolitas ſolennitates firmato, diſceſſere exercitus in
ſua quiſcꝫ. Ad diẽ uero prefinitũ uenerat Imperator: magna ſtipatus ma-
nu urbẽ eſt ingreſſus: Venerãt deinde cum archiepiſcopo Saxonũ princi
pes, nõ minori multitudine: & donec interponeret publica per expreſſum
fides, mille ab eo loco paſſib⁹ cõmanebãt: Iam ſecuriores facti propinqua
bant urbi: Et qm̃ tantã utriuſcꝫ exercit⁹ multitudinẽ urbs una, etiã de ma-
ximis, capere non poterat, extra portas Saxones tetenderũt: Per ſingulos
uero dies cõuenerunt, qui rebus agẽdis fuerãt prefiniti: & octo tandẽ per
dies rebus omnib⁹ reſolutis, in eã formã cõuenerũt. Primũ ut regalia uel
fiſcalia regnjs: eccleſiaſtica eccleſijs: preda depredatis: hereditates iuſtis hæ
redibus prouenirẽt: omnicꝫ perſonę, uel cõditioni, iuſticia cuicꝫ ſua reſpõ
deret: Predones, fureſcꝫ edictis Imperatorijs eijciendos, ſiue legibus anti
quit⁹ cõſtitutis coercẽdos, unanimi cõſenſu firmatũ eſt: & quicquid ſcan
dali uel ꝓturbationis uſquequaꝫ per regna Germanię, inimici ſuperſemi
nario ſuccreuerat, omnimode eradicari eſt decretũ. De uerbo aũt excom
municationis, unde ſcãdala pene cũcta, ꝓuenerãt, nihil eſt diffinitũ: Tamẽ
ad apoſtolici culminis audiẽtiã unanimiter eſt delatũ, denominatis in pre
ſenti oratorib⁹, qui hęc omnia Romã pferrẽt: quatin⁹ indicto per autho-
ritatẽ apoſtolicã generali cõcilio, quęcũcꝫ humano non poſſent, Spiritus-
ſancti iudicio terminarent. His ita reuerẽter pro honeſtate ſimul & utilita
te regni diſpoſitis, miſſi ſunt in Vrbẽ, Otto Bãbergẽſis epũs, dux Hẽricus,
comes Berẽgari⁹, qui hęc omnia Noricis principib⁹, hoc eſt Bauaris, atcꝫ
Auſtralib⁹: qui tum forte alijs reipublicę cauſis occupati nõ aderãt, apud
Ratiſponã cõgregatis, intimarẽt: quos ad hęc ratificãda non repugnãtes
inuenerunt. Vacabat anno proximo ſedes Herbipolẽſis: & Imperator de
more ſuo nobilẽ aduleſcentẽ, qui necdũ per ętatem preeſſe poterat eccleſię
introduxit. Capitulũ aũt eccleſię uirũ grauẽ, eiuſdẽ eccleſię canonicũ ele-
git. Inde orta iterũ diuiſione, qui cõtra regẽ ſenſerãt urbe excedebãt. Cõ-
mouit ea res Fridericũ Suęuię ducẽ, & Cõradũ ei⁹ fratrẽ uehemẽter: qui
in ea cauſa ab Impatore, licet cognato ſuo, diſſentiebant: De proximo aũt
per oportunitatẽ loci ac tẽporis, cum archiepiſcopo Moguntino loquuti,
electũ canonice faciunt epũm cõſecrari, contra Imperatoris uoluntatem:
& ne reluctaretur, uehementer inſtãtia temporis effęcit, ꝙ de proximo de
generali pace eſſet agendum. Ca. XLII.

Edierant ex urbe Roma, qui miſſi fuerant oratores, epũs Spiren
r ſis, & Fuldenſis abbas: cum quibus uenerãt apoſtolicę ſedis lega
ti cardinales tres: quor⁹ princeps Oſtienſis, cum duobus adiun-

ctis cõponẽdarꝫ rerũ gratia inter regnũ ſacerdotiũqꝫ. Generalis cõuent⁹ indict⁹ eſt Herbipoli ad proximã diui Petri diẽ. Cõuenerãt ex omni Germania principes, nobiles, põtifices, abbates, cũ non leui detrimẽto Frãciꝫ Germanicę. Sed ubi Imperatorẽ non affuturũ, utpote, iam rebus alijs implicitum, erat certiſſimũ, digreſſi ſunt in ſua quiſqꝫ. Interea Gebehardus iuuenis quẽ Imperator eccleſię prefecerat, cum urbicos ſibi cõciliaſſet, cõpertumqꝫ haberet aduerſariũ non inde lõge cum auxilijs manere, certior de omni ei⁹ comitiua, urbe eduxit, & imparatis ingruẽs, diſturbare ſua cõſilia contẽdit. Illi uero prœmoniti, ad arma cõcurrũt: & congreſſi, mutuis ſe uulneribus afficiũt: aliquot etiã cadentib⁹: ſub noctẽ dirimitur preliũ: Illi in caſtra, alij in urbẽ redierũt, qua potiť cum adiacentib⁹ Gebehardus occupator: Nam uerus põtifex prędijs ad Neccharũ fluuiũ fruiť. Mogũtinus interea de cõſecratione Herbipolẽſis agebat, & ſibi proſpiciẽs, antiquam arcẽ Aſciburgũ, cuius ad Renũ meminit Ptolemæ⁹, iam inueteratã & pene cõuulſam inſtaurat. Pene inceſſerat pacis deſperatio, cũ auerſum cernerẽt Imperatorẽ: Sed inſtãtia legatorꝫ ſedis apoſtolicę, immo Dei miſeratio deſuper aſpiciẽs effęcit: ut in Vangiono, quę nũc Wormacia, conuẽtus alius indiceret: Quo loco, quia uenerat tẽpus miſerendi Syon, cor regis, quod in manu Dei eſt, ita inflexit Deus ipſe ut ad cõmunionẽ eccleſię & ad pacis formã ſubſcriptã rex, quod nunq̃ factur⁹ credebať, quodqꝫ nemo de illo preſumere aut ſperare poterat, cõſenſit. Erat aũt ea quę nunc uſqꝫ ſeruať pacis inſtituta concordia. Profuerit aũt ipſarũ literarũ ſeriem utrinqꝫ ponere. EGO HENRICVS Dei gratia Romanorꝫ Imperator Auguſt⁹, Pro amore Dei & ſanctę Romanę eccleſię, & dñi papę Calixti, & pro remedio animę meę, dimitto Deo & ſanctis eius apoſtolis Petro & Paulo, ſanctęqꝫ catholicæ eccleſiæ omnẽ inueſtiturã, per anulum & baculũ, & cõcedo in omnib⁹ eccleſijs fieri electionẽ, & liberã conſecrationẽ, poſſeſſiones & regalia beati Petri, quę a principio hui⁹ diſcordię uſqꝫ in hodiernũ diem, ſiue tẽpore patris mei, ſiue etiã meo ablata ſunt, quæ habeo, eidẽ ſanctę Romanę eccleſię reſtituo: quę aũt non habeo, ut reſtituantur, fideliter adiuuabo: Poſſeſſiones etiã omniũ aliarꝫ eccleſiarꝫ, & principum, & aliorꝫ, tam clericorũ, q̃ laicorꝫ, cõſilio principũ, & iuſticia dictante quę habeo reddã, quę nõ habeo ut reddant fideliter iuuabo: & do ueram pacẽ Calixto, ſanctęqꝫ Romanę eccleſię, & omnib⁹ qui in parte ipſi⁹ ſunt, uel fuerũt, in quib⁹ ſancta Romana eccleſia auxiliũ poſtulauerit fideliter iuuabo. EGO CALIXTVS ſeruus ſeruorꝫ Dei: Dilecto filio Henrico Dei gratia Romanorũ Imperatori ſemper Auguſto. Concedo electiones epiſcoporꝫ & abbatũ Theutonici regni, qui ad regnũ ptinẽt, in preſentia tua fieri, abſqꝫ ſymonia, & aliqua uiolentia: ut ſi qua inter partes diſcordia emerſerit, metropolitani & cõprouincialiũ cõſilio & iudicio ſaniori parti aſſenſum & auxiliũ prębeas. Electus aũt regalia per ſceptrum a te recipiat: exceptis omnib⁹ quę ad Romanã eccleſiã pertinere noſcũtur, & quę ex his tibi iure debet faciat. Ex alijs uero partib⁹ Imperij, cõſecrandus infra ſex menſes, regalia per ſceptrum a te recipiat: De quibus uero

mihi querimoniã fęceris, ſecundũ officij mei debitũ auxiliũ pręſtabo: Do tibi uerã pacẽ, & omnibus, qui in parte tua ſunt uel fuerũt tempore huiꝰ diſcordię. Datũ anno XXII. VIIII. calendas Octobris. XLIII.

h Viuſcemodi ſcripta atq; reſcripta, propter infinitæ multitudinis cõuentum, loco campeſtri iuxta Renũ lecta ſunt, data & accępta, poſtq̃ multimodas laudes, rerũ gubernatori Deo redditas, celebratis a dño Oſtienſi diuinis ſacramentis, inter quę dñm Imperatorẽ cum pacis oſculo, ſanctaq; cõmunione pleniſſime recõciliauit, diſceſſum eſt ab omnibus cum lętitia infinita: Alterum quoq; non multo poſt feſtũ ſancti Martini Imperator colloquiũ cum principibꝰ habuit Bãbergę: illis ſcilicet, qui huic cõuentui non aderãt: ubi cunctis in ſua uota cõcordantibus, multis, quę tam ad regni q̃ ſacerdotij cõgruebãt honorẽ, more maiorum cõpoſitis, oratores proprios cum Romanis deſtinauit: & utroſq;, nũcia ſimul & munera ferẽtes honorifica dño Calixto papę cõſanguineo, iam ſibi cõiunctiſſimo direxit: Deinde proximũ Chriſti Natalem, qui fuit incipiente uiceſimtertio poſt centũ ac mille annos, Traiecti celebrãt: ubi orta primũ ſimultate ex iurgio inter milites Imperatoris & miniſteriales epiſcopi, poſt peruentũ eſt ad arma. Milites ex ſua cõſuetudine ſuperbe agebant, miniſteriales autẽ ſuperati multitudine, ciues ad arma uocant, latius ſerpit indignatio. Imperatorij proditionẽ & cõiurationẽ in Cęſarẽ factam proclamãt: Ciues libertati ſuę aderãt, cũ ſe in ſeruitutẽ adduci arbitrarentur. Ita paſſim creſcente malo multi cędunt, maior pars ex opidanis: alij capiũtur, & in uincula cõięcti, pœnas luũt temeritatis: cũ magna pars quid ageretur, ut in talibus fieri ſolet, ignoraret. Captus & ipſe epũs in ferrũ ponitur, nec inde relaxatur, niſi magnis archiepiſcopi Coloniẽſis precibus, & immenſa inſuper ęris ſumma perſoluta: q̃ aut conſpirationis conſcius, aut non comprimendę reus diceretur. CA. XLIIII.

e Merſit deinde rebellio in ſequẽtẽ annũ, inter Imperatorẽ & Hollandię dominã, quæ Lotharij ducis Saxoniæ ſoror erat. Interim per Germaniã latrocinia nimis multa, pręſertim per Saxoniã creuerunt. Stipẽdiarij qui publicis hactenꝰ malis paſti erãt, reddita pace, uitę cõſuetudinẽ non mutabãt: quod didicerãt in bello, pace dediſcere difficile fuit: ęque ſumptibus faciendis inſiſtere, crapulis indulgere uolebant: & cũ, aut hoſtilis pręda, aut inducię ſtipẽdiũ nullũ eſſet, ex proximis accępere quę uolebãt. Imperator aũt in ſequẽti anno duxit in Hollandiã: Cõtumacem fœminã imperata facere, & regnũ agnoſcere, cõpellebat. Magna erat ea Imperatoris expeditio, nec minimo labore cõſtabat: ſed illũ habebat exitũ, quẽ diximus, ut parentẽ fęcerit ex cõtumace. Deinde in ſuperiora regni cõtendẽs, Wormacię cum optimatibꝰ colloquiũ habuit, aduerſus Lotharĩũ Saxoniæ ducẽ: qui propter germanã ſororẽ, quã Imperator ad iuga cõpuliſſet, ſe cõmouiſſe uidebat. Mordebat eum uetus in Saxoniam odiũ: q̃ eam proninciã ſemper compertũ ſit ſibi aduerſantẽ, quoties ipſe Italiã impugnaret. Otto interim Bambergẽſis epũs, uir per omnia religioſus, cum inſtruendis monaſterijs, alendis pauperibus, & alijs pietatis

operibus instaret, annotat⁹ est minus esse frequens in cõuentibus Imperij q̃d a maleuolis non recte acceptũ etiã Imperatori suggereret: quæ in usus alios impenderet, magis Imperij deferri honori, a quo illi cuncta prouenissent: Hęc passim mussitãt, & aurib⁹ Augusti ingerũt: Sed tãta fuit pontificis grauitas: ut omnia obloqa præsens ipse discuteret: nemine garriẽte dum adesset. Rebus aũt Imperij solerter cõstitutis, adijt regẽ põtifex, insinuãs se literis Polonorꝝ ducis Boleslai euocatũ, animo perpẽdere in sanctam expeditionẽ, pro Christi honore in Pomeranos gentẽ Wandalorꝝ: quam nuper dux gladio sibi subactã, ad iuga Christi coęgisset: sed deesse prędicatores, qui per authoritatẽ uerbũ uitę nouicijs ad fidẽ Christi gentibus prędicarent, bona sibi Imperatoris uenia abesse liceat ecclesię: nam summi põtificis gratia Calixti dudũ sibi ꝑmissam prędicãdi in gentib⁹ licentiam. Non erat in omni curia Imperatoris, qui sancto põtificis uoto auderet refragari, ne rex ipse quidẽ: sed cũctis sanctũ eius propositũ laudantibus, erant, qui prospera illi imprecarent eũti ad gentẽ incredulã, magno sui sanguinis periculo: Soli Bambergẽses sui patris absentiã lamentari, se pastore destitutos lupis exponi, extrema pati malle, q̃ eo se pontifice destitui. Sed non erat, qui se diuinæ uolũtati ausit obijcere. Et illo in Pomeranos ꝑficiscẽte, rex in Saxones, ut sermo loquebat, se apparabat.

XLV.

c Operat iam inter reges Anglię & Frãcię hoc diuturnũ de Normãdia bellũ: cui se Imperator pro socero Anglię rege immiscere constituens, uerbũ emisit de expeditione in Saxones, re aũt uera in Ludouicũ Frãcię regem. Mouit ergo in Gallias Henric⁹, & ad Remos cõsederat, cum iam Ludouic⁹ Francię rex, ne hostiles exercitus iungerent Imperatorẽ omnib⁹ copijs cõstituit adoriri, leui⁹ ducens, uni q̃ duob⁹ occurrere. Toti⁹ igitur regni uirib⁹ coactis Imperatori fit obui⁹. Ille aũt ubi tantis Francorꝝ copijs imparẽ se uidit, paulatim retro pedẽ tulit: nec carebat res idoneo colore, ꝙ properãter in Wormaciẽses ducere cõstituisset, qui pontificẽ eięcissent a Cęsare institutũ, suũqꝫ, quẽ uolebant reposuissent in quos prędicti ducẽs expeditione, urbẽ obsidione cinxit, Renũqꝫ supra & infra cõmuniuit, ne quid importaret. Crebrę sub mœnib⁹ pugnę: multis utrinqꝫ cędis captisqꝫ: sed fames effęcit, ut post aliq̃t dies urbici quinqꝫ millibus talentorꝝ mulctati, ad arbitriũ Imperatoris de episcopo fieri paterent. Quo tẽpore Otto Bãbergẽn. epũs ex sua peregrinatione reuersus gaudiũ Paschale duplicauit: ꝙ & suã prędentiã desyderãtissimis ciuib⁹ pastor bonus exhiberet, & magno cum fœnore lucratis tot Christo animabus, fœlix pater de tot filijs tripudiabat: Vrbiũ nomina in quibus prędicauerat, fidemqꝫ seminauerat, populo baptisato, & Dñicis prędceptis instituto, hæc sunt: Poritz, Stetin, Wolin, Camin, Colberg, Belgrat, Lubin, Gresh. Proxim⁹ aũt annus qui fuit uicesimusquintus post centũ mille ad X. calendas Iunij, Imperatori fatalis fuit: Nam cũ ageret Traiecti, diu cęlatam infirmitatẽ corporis cum iam inualesceret, diutius tegere nõ ualẽs, morbum uocãt Dracũculi, qui illi natiu⁹ erat, reginę ac proximis detexit. Fridericus Sueuię dux illi, & sanguine, & cõsilijs proximus aderat, illius

curę Imperij insignia in arce designata ꝓmisit, ut principũ illa cõuentui re-
seruaret: Ille munit⁹ ecclesię sacramẽtis, spiritũ Deo reddidit, Anno. XX.
regni. XIIII. Imperij, in dimidio dierũ suoꝝ: ꝙd illi fertur papa Paschalis
prędixisse: Nam neqꝫ prolẽ uidit, neqꝫ seniũ attigit, neqꝫ tempoꝝ meruit
tranquillitatẽ. Eiectis uiscerib⁹, corpus Spirã ꝓducitur, & cum patre, atqꝫ
auo, simul & proauo tumulatur: prodẽte uersiculo, qui per tumulos diui-
sus ostẽdit loculos singulorũ: Hoc modo: Fili⁹ hic, pater is, auus hic, pa-
tuus iacet illic: Henrici tres, quint⁹, quartus, tertius, filius, pater, auus. Cęte
rum Cõradus. II. ei⁹ nominis erat Henrici. V. proau⁹; stirps, ac radix ge-
neris: Truncum uocant Iuristę non recte.

FINIT LIBER QVINTVS.

INCIPIT LIBER SEXTVS.

I VDERVS DVX SAXONIAE PRO-
nepos Gebehardi ei⁹, qui fratrẽ habuit Brunonẽ religi
osum uirum, qui in Prussia prædicans, pro Christo fę-
cit martyrium, sub Imperio Henrici. II. annis octo post
mille. Erat is proauus comes de Queruorde, filiũ habẽs
Burchardũ, qui genuit Gebehardũ hui⁹ Luderi patrẽ.
Solent aũt nobiles titulũ mutare, uel ex successione ma-
terni generis, uel ex dote quã accipiũt, uel ex principũ collatione: Vnde fa
ctum est, ut hic nouissimus Gerhardus, & eius filius Luderus, dicerentur
comites, non de Queruorde: qui hodie extat titulus comitũ in Hercinia:
sed de Suppelenborg, qui ante nos titulus euanuit, patri tum erat Gebe-
hardo, & Ludero filio, priusq̃ ille ducatũ Saxonię ex causis supra memo-
ratis assequeret. Luderũ aũt propter nominis cõsonantiã Gallici atqꝫ Ita-
lici scriptores dixere Lotharĩ, ꝙ hoc illis Imperatoriũ nomen uideretur.
Peruenit aũt ad Imperiũ hoc ordine. Fridericus Suęuię dux uir moderati
animi, religiosus, prudẽs, & fortis, Henrici proximi ex sorore nepos, com-
mẽdata habuit ab auũculo insignia Imperij: & ideo multi pręsumptione
decessoris hunc eligendum regem, & dixerunt, & senserunt. Manauit hic
rumor per ora multorum. Audiebatur etiam ab alijs, qui aduersaturi Fri-
derico uidebant. Nõnulli tñ ex principib⁹ graue etiã onus Imperij loque
bantur: ꝙ eius imminuta nimis iura uiderent, fortẽ, & acrem principẽ esse
requirendũ, cui iugũ imponat. Ita pro se quisqꝫ recusare, & ad aliũ potius
deriuare cõtendit. Id cũ ex cõposito inter principes fieret, procurãte Alber
to Mogũtino archiepiscopo, qui domũ Hẽrici non amaret, Saxones autẽ
a quibus diu defensus esset, haberet in precio: Fridericꝰ & ipse nihil sub-
esse doli ueritus, iam pene certus de se eligendo, ut moderationis suæ ille
quoqꝫ pręferret indicia, & insignia Imperij principibus restituit, & ut cæ-
teri, imparẽ se illi negotio, etiam abhorrẽtem oneri demonstrabat. Rapue
re occasionẽ, qui cum Moguntino senserãt: Quandoquidẽ, inquiũt, recu-

sant Imperiũ, quibus uidebatur deferendũ, Luderus Saxonię dux implorandus, ne patiatur Imperij dignitatẽ iacere cõtemptã. Itaq; unanimi cõsensu illũ eligunt, nihil recusantẽ. Fridericꝰ ut dolos p̃sensit, iam rem uertere, nec poterat, nec tentare modestũ putabat: sed tñ Ludero, quẽ deinceps Lothariũ, propter crebriorẽ eius nominis in annalibꝰ mentionẽ appellabimus, infensus diu permãsit. Frãci quoq; indignati, q̃ uir Saxo, & Sueuis, & Frãcis p̃ferretur, cõsobrinũ Hẽrici Imperatoris Cõradũ dixere regẽ. Sed Lotharij fortuna p̃ponderauit.

CA. II.

Rat annus uicesimussextus post mille atq; centũ, cum prima re-
e gis expeditio in Bohœmiã fieret: Sed cum inexplorato ꝓcederet
interceptus est insidijs Bohœmorũ: Cęsi plurimi, capti non pau-
ciores. Inter cęsos erat Hartũgus filiorũ Adolphi comitis Holsatię maior natu: Inter captos aũt Albertus marchio de Brandẽburgo, cognomento Vrsus. Sed tum interuẽtu cõmunium amicorũ est intercepta, pacataq; prius q̃ rex in sua regrederet. Quo tẽpore Otto Halberstadẽsis epũs ab Honorio papa deponitur ob labem symonię: sed intra trienniũ ab illius successore Innocẽtio. II. cõcilio Leodij habito restituit. Rex uero anno regni VII. Italicã expeditionẽ pro corona Imperij assequẽda instituit: Peruenit Augustam: ibiq; exorto inter milites & ciues tumultu, ciuitas pro magna parte conflagrauit: cũ etiã multi in ipso tumultu pugnãtes, cecidissent: sed ut fieri solet, maior pars ciuiũ. Per Lũbardiã quoq; & Hetruriã eũti non parum erat laboris: sed tñ cum illi cessissent, uel fracti, uel spõte dediti qui restiterãt, iter suũ tenuit incolume: coronamq; Romę accœpit ab Innocẽtio, cum Rixa contorali. Reuersus in Germaniã, cum prius graui bello in Sueuos Fridericũ Conradũq; laborasset, interuẽtu summi põtificis res cõponunt: fitq; Cõradꝰ pridẽ regnũ p̃sumẽs ex hoste amicissimꝰ. Reddidit Imperatori pontifex uicẽ, q̃ ille pridẽ in Vrbe sedasset cõtrouersiam, quę illi fuerat cum cõpetitore. Venerat per hęc tempora Kanutꝰ Sleswici dux ad Imperatoris p̃sentiã, Obotritorũ ꝓuinciã, & omnẽ ditionẽ, quã ante illũ tenuisset Henricꝰ Godscalci Wãdalorũ principis filius in feudum ab Imperio poscens: Sic enim conuenerat inter Hẽricum dum uiueret, & hũc Kanutũ. Imperator non ignarus pacti q̃d interceſſerat, Kanutũ non solum inuestit, sed etiã corona donat: decus esse Imperij reputãs, si regibꝰ imperaret. Ea tñ res necẽ peperit optimo uiro. Nam insimulatꝰ fuit a Danię regibꝰ, q̃ coronã Daniæ Imperio submisisset, eãq; ab Imperatore impetrasset. Iniuriã uero maximã emuli Kanuto uiro iustissimo irrogauere. Talis enim & uixit & mortuꝰ est Kanutꝰ, ut miraculis in morte choruscãs inter sanctos referret: q̃d in Dania diximꝰ, & attigimꝰ in Wãdalia. III.

Olsatię per ea tempora moriẽte primo Adolpho, adulescẽtior eiꝰ
h filius, itidem Adolphus cœpit preesse: Nam, quod p̃diximus,
Hartũgꝰ maior filiꝰ cecidit sub rege in expeditione Bohœmica. Erat aũt is tum rerũ status: Wagriã & omnẽ terrã Obotritorũ, quę nunc dicitur Magnopolensiũ, tunc, ut diximꝰ, tenuit Kanutꝰ, uir regij sanguinis, patre natus Erico, qui in peregrinatione ad terrã sanctã Cypro moriꝰ:

quod in Dania diximus. Eam uero Wagriã illustrabat prędicatione uiri Deo acceptissimi Vicelinus, habitãs cũ fratribꝰ in Faldera. Misit aũt prędicatores ex suis in ueterẽ urbẽ Lubicã, in loco qui nũc dicit Zwartow: Ibi Hẽricꝰ Godscalci filius ecclesiã extruxit in monte trãs flumẽ Trauenã. Vicelinus aũt cum Hẽrico perharꝰ extitisset, adijt filiũ eiꝰ Zwenteloch redeuntẽ ex lõginquis, fœderiscꝫ paterni illũ admonẽs, impetrauit, ut prędicatores excipere dignaret in sua Lubica. Annuit ille perbenigne: Missiscꝫ fratres Ludolphus, & Volcquardus, prędicationi institere, & a mercatoribus humanissime sunt foti: Cum interea Rugiani hostes posteros Henrici propter Imperiũ, quod in illos quocꝫ propagare cõtenderat, & nomen Christi, quod gentiles oderãt, in Lubicã ueterẽ per mare duxerũt occisis omnibꝰ quos repererãt, sacerdotes effugabãt. Wãdalorũ aũt principem, unũ ex Henrici filijs Holsatos quidã peręmit: nec diu superfuit illi filius, simili morte peręmptꝰ: & quenit principatꝰ, quod diximꝰ, ad Kanutum: qui ecclesiã Lubicę iussit adornari: Sępiuscꝫ inter Lubicã & Sleswicum diuersatꝰ, apud Falderã contubernio usus est beati Vicelini. Sed non est datũ illi terrę, ut diu tam bono principe frueret. Interceptus enim insidijs Magni fratris patruelis occiditur, & mala multa consurgũt. Sed tamen ea fuit prestãtissimi uiri ducis Kanuti, immo regis memoria: ut inter sanctos Dei illum referret ecclesia. Imperator audita eius uiri morte indoluit, cꝫ Romano Imperio ille & manu & cõsilio prõptissimꝰ uideretur. Ericus Kanuti frater, sciens quo in illũ fuisset animo Imperator, misso nũcio auxilia rogauit, ad uindicandũ necem fratris: Nec distulit Imperator ducens in Sleswicũ per Holsatiã, Adolphũ secundũ habens expeditionis cõmilitonem. Sed Nicolaꝰ rex, Magnuscꝫ filiꝰ, cõtractis & illi copijs obstiterũt, quo minus Imperator & Ericus exercitꝰ suos cõiungerent. Pręuenerunt etiã Imperatorẽ, pacisceẽtes, ut Magnꝰ Imperatoris esset satelles, & condigna nihilominꝰ cędi impẽderet satisFactio: magni enim ęris summa expromissa est. Sed quanta fuerit pactorũ fides inde emicuit, cꝫ abeuntes Imperatoris extrema agmina Magnus lacessiuit, quę Adolphus Holsatię comes duxit. Abeuntẽ Imperatorẽ Ericus execrat, & quibꝰ potuit uiribꝰ regi Danię colluctat: Exclusus regno Sleswicũ se cõtulit, mittẽs ad Adolphum Holsatum, ut armis expeditis illi occurreret, tuereturcꝫ a premente & obsidente Magno.

CA. IIII.

On moratur Adolphus, & tam propere mouit in hostẽ, ut trãsn gressus Eydorã prius cõtingeret cõfinia hostilis exercitus, q̃ extremũ agmẽ suũ fluuiũ trãsiret. Quo factũ est, ut expeditis suis Magnus occurrẽs Adolpho, ne obsessum Ericũ liberaret de manibꝰ, quẽ iam reti cõclusum arbitrabat. Sed tum Adolphus fugã capessere cõpellitur. Tantũ interest in hostẽ, raptim, an quadrato agmine ducere: ut qui cõtractis in unũ uiribus hosti par esse potuisset, sparso agmine suo, repellerentur. Magnꝰ ad obsidionẽ Slesuici reuersus, frustra tempus terebat. Tanta enim erat urbis illius munitio, ut ociosa ibi diu sederet omnis uis Danici regni. Non longũ tempus in medio, cum Magnus Imperatoris curiam

adiret in Halberstadio, reuersusq; in regnũ cum sacro Pentecostes die ho
stes urgeret, infœlicis pugnę talẽ inuenit exitũ, ut periret cum quatuor epi
scopis, superante Erico memorato. Sed ut Holsatiæ res exequamur: Per
mortem Kanuti redijt dominiũ Wagrię atq; Polaborũ Obotritorũq; ad
fratrueles Hẽrici Wandalos, religionis Christianę adhuc hostes acerri
mos: qui adhuc conabant, ut plãtaria nouellę religionis in Lubica dissipa
rent. Eo tempore in uico Bardorũ (insigne tum opidũ erat, quod nũc ob
soletum Bardewicũ uocãt) mansit Imperator Lotharius: quẽ adiens Vice
linus, mõstrauit esse in Wagria insignẽ montẽ, arci imponẽdę idoneũ un
de omnis prouincia & religioni recipiẽdę & soluendis tributis facile adi
geret. Mouerunt Imperatorẽ uerba sacerdotis: uisendi loci gratia eo con
tendit: Euocatis pręfectis regionum, ubi uidit omnia ex cõmodo cõstare,
mandauit proximis, ut fodiendo, importãdo, instaret eo loco arcẽ cõmu
nire: appellauitq; Montẽ uictoriæ, lingua Saxonũ Zegeberg. Wandali,
qui astitere inter se colloquuti: quis, inquiũt, Impatori prodidit hunc locũ
unde in omnẽ regionẽ nostrã fulgura & tonitrua prosilient. Tum unus qui
propius rem nosse uidebat: Vides, inquit, caluũ istũ homuncionẽ (Vice
linum demõstrabat) proxime Imperatori assistentẽ: Is est acerrimus hostis
prouincię nostrę: Nam ex hoc mõte in Plone, Oldenborg, Lubeke, & ul
tra Trauenã in omnẽ Obotritorũ terrã, flagella, atq; arma nobis immine
bunt. Arci iam munitę prefecit Imperator ex suis Hermannũ quendam,
iussitq; ad radicẽ mõtis ecclesiã firmari, quã beato patri Vicelino cõmen
dauit. Quo etiã tempore Lotharius Imperator solennẽ curiã celebrauit in
Halberstadio, magno principum utriusq; ordinis conuentu. Aderat Ma
gnus Nicolai Danorũ regis filius, cui exitũ anticipãtes ostendimus: qui ad
placandum Imperatorẽ super morte Kanuti regis Obotritorũ ducis Slesi
wickcensis fratruelis sui, quẽ ipse oppresserat, persoluit ingentẽ auri sum
mam Imperatori: & ipse die solenni Paschę Imperatori pręferebat auratũ
gladium, ut subiectionẽ cõfiteret: Erat enim, ut ante diximus, Imperatori
factus uasallus, ab eo feudũ recognoscens. Proxima solennitate Pentecos
stes in Mersburgo curiã habuit: Ibi nuptias peręgit filię Gertrudis, quã
collocauit Henrico Bauarię duci, qui natus erat ex filia Magni Saxonię du
cis: Dos erat Brũswicũ cum attinentijs, comitatus Northemẽsis, & omnis
ad Visurgũ ditio: quę terra, puenerat Imperatori ex sua ꝗq; cõiuge dota
lis: fuitq; illi primus ad ducatũ Saxoniæ ingressus: Qua occasione iste ꝗq;
Hẽricus ducatũ presumebat, & filio Henrico Leoni reliquerat, licet pluri
mus inde labor nascerẽt: ꝗd posteri suis locis dicemus. Per hęc quoq; tem
pora, obijt Fridericus comes Stadensis, de quo in Metropoli nostra dixi
mus, in primo archiepiscopo Friderico.

CA. V.

Tadensis comitatus, quia uarie in annalibus memoratur, uidendum
s quid iuris habuerit ab olim: an & terrã Thietmarsię Trãsalbinã
tenuerit inclusam? Et quidẽ a memoria Karoli Magni id opidũ
in terminis & limitibus cõprehẽsum, quos Imperator ille donauit eccle-
się Bremẽsi, ad ius ei⁹ ecclesię diu ptinebat. Inde uero, quia incursiones a ma-

rũ Danorꝝ & Normãnorꝝ erãt grauissimę, nec poterat Bremẽsis antistes spiritualibus armis littora tueri, & carnalia quæ tenebat non suffecerant, q̃q̃ hoc annales non dicãt, crediderim ego ab Imperatoribꝰ & regibꝰ esse permissum ducibꝰ Saxonię, & uicinis principibꝰ: ut cõmunita Albis fluminis ripa, hostibꝰ crebro digrassantibꝰ opponerent. Sed hoc habẽt annales: Tempore Henrici. I. qui pater erat. I. Ottonis Imperatoris, nobilẽ uirum Henricũ Caluũ arcem habuisse illo in loco, quo nũc est Hertzeueldensis comitatus, filiũqꝫ genuisse ęque Henricũ, qui cum fratres cerneret generis, ut sperabat propagatores: ipse clericatũ sequutꝰ, cœpit Deo militare in ecclesia Hildesemensi. Cum aũt parentibꝰ solus supereſſet, ne stirps tantę nobilitatis extingueret, monuerũt, hortaticqꝫ sunt, pene perurgentes amici: ut generis successionẽ cogitãs duceret uxorẽ: Nec destitit, siue apostolica fretus dispensatione, si erat in maioribꝰ, siue in minoribꝰ, suapte uoluntate ducens uxorẽ, genuit filios Sifridũ, & Tyadericũ, uocabulo comites, aliqñ dictos marchiones. Arcem paternã Libentij primi archiepiscopi temporibus annuẽte Bernhardo duce Saxonię, iussit in prępositurã cõsecrari: & se ecclesię captiuũ cõstituẽs, ter se redemit, donatis in auro, serico, gemmis, & alijs ecclesię ornamẽtis: ut ditissimũ statim cœnobiũ efficeret. Pro uirtute aũt hic Henricꝰ cognominatꝰ est Bonus. Filius eius Sifridus Stadiũ cõmuniuit: Annales tradũt ędificasse: Potuit quidẽ renouare collapsum. Sed est lõge uetustius opidũ illa Sifridi memoria, quę uix ad Hẽricum. II. peruenit, hoc est, parũ supra Christi annos mille. Translatũ ferunt de alio loco, ubi Dorstadiũ priꝰ uocaret: Sed an hoc tẽpore, uel quo alio, per incuriã, sicut multa, ueteres trãsiere. Sifridus ergo tũc cõmuniuit: arcem extruxit, ut prędidiũ esset aduersus Danorꝝ & Normannorꝝ incursiones: qui uetus sibi dominiũ in omnẽ Saxoniã cõtenderãt uẽdicare. Parum aũt profuit illa munitio: Nam hostes per Albim ascendentes, opidũ cum arce cæperũt: principes traxere captiuos, & tenebãt: si forte magno gre pſoluto redimerent. Quo tẽpore piscatoria adducta scapha alter elabit: Variãt enim scriptores. Nã alij elapsum cõtendunt Sifridũ, alij fratrẽ Tyadericum: Qui remãsit, ira Danorꝝ male mulctat, truncatis, ut ferunt, manibus. Qui uero elabit, euocato duce Saxonię, cum armatis plurimis hostes aggredit: quibꝰ partim fusis, partim captis, partim fugatis, fratrem liberat: captos agit in crucem. Diu manebat inde loco nomẽ ut Worgebuer diceretur.

CA. VI.

Ifridus ducta uxore genuit Sifridũ filiũ: Frater sine hærede decessit. Sifridus iunior genuit comitẽ Luderũ: Hic ex amita Rodulphi Suęui, quẽ Saxones regẽ creatũ oppoſuere Henrico. IIII. genuit Vdonẽ primũ, qui factus est, ut aiũt annales, marchio: Cuiꝰ etiam tẽpore comitatꝰ Stadẽsis redijt ad ecclesiã Bremẽsem, & datur in feudum Vdoni: Nam usqꝫ in illũ diem uidẽt Imperatores in eo suũ ius cõstituisse. Vdo primus genuit secũdum, cum aliquot fratribꝰ Rudolpho, Henrico Longo. Vdo secũdus genuit Henricũ sine prole defunctũ. Rudolphꝰ genuit Rudolphũ in Thietmarsia cæsum; genuitqꝫ Hartwicũ maiorẽ ec-

clesię Bremensis prępositū: qui patrimoniū suū, hoc est terrā Thietmarsię donauit ecclesię Bremensi, & recępit comitatū Stadēsem, qui iam per Hērici nouissimi de sanguine Sifridi, & Friderici aduenę mortem redibat ad ecclesiā: Vnde trahitur comitatū Stadensem cum uicina terra palustri, & Thietmarsiam ultra fluuiū Albim fuisse in patrimonio Vdonis primi: qui sic inter filios diuisisse creditur, ut haberet Vdo minor comitatū Stadensem, & frater eius Rudolphus Thietmarsiā, in qua filius eius incūctanter eius loci comes, ut testant annales, cęsus occubuit. Nec erat is primꝰ comes in illo suo comitatu cæsus: Nam & ante Vdonē primū Thietmarsiæ dūm Ida nobilis ex Sucuia mulier, quę patruū habuit Henricū Impatorē III. & auūculū Leonē papā. VIIII. priꝰ Brunonē dictū, cū esset epūs Tullensis, post Lippoldū primū maritū iam fato functum, nupsit Dedoni comiti, & deinde Etelero Albo, in Thietmarsia post inuicē cęsis. Ita populus ab initio infrenis, & si ducibus primū Saxonię, deinde comitibꝰ subesset, toties tñ cęsis dñis, se in libertatē uendicauit: Aliquoties tñ coactus a principibus parere, iugū accępit, sed q̄primū potuit reiecit: Nūc aūt permutatione Hartwici, primū prępositi deinde archiepiscopi Bremensis, cōcessit, immo rediit ea terra in ius ecclesię: cū ille comitatū Stadēsem accępisset cō pensatū: qui etiā morte eiꝰ cōglutinatꝰ est ecclesiæ. Et hoc quidē nō inutili digressione, auersi proposito, reuertamur in id unde exiuimus.

VII.

Mperator Lotharꝰ non lōge ante nouissimā expeditionē Italicam, in qua defecit, descendit in Hertzeuelde Bremēsis diocesis.

i

Nā est & aliud eius nominis & religionis monasteriū in dioceſi Moguntina, & pecuniā sexcentarū argenti marcharū, quā Fridericus Stadensis comes pro anima sua reliquit monasterio, abstulit altari, astruēs intestati bona fisco deberi: Ducatū autē Saxonię, quē ipse Imperator hactenus tenuit, dedit genero suo Bauarię duci: qui patrē habuit Welpum, & matrem filiā Magni nouissimi ducis ex linea Hermāni. Quo tempore monasterium uirginū de Heslinge, ubi nouē per successionē temporū habuit abbatissas, per Luthmundū prępositū Vicelini discipulū, trāsfert in Tzeuenā, ubi manet usq; hodie in magna rerū tenuitate, dum religionē habet in postremis. Sed Imperator Luderus interim uocatꝰ a pontifice in Italiā transit cum expeditis copijs: cum gener eius agmina iungeret, magnā Bauarorum manum. Coactus per Imperatorē Rogeriꝰ Normānꝰ in quem ducebatur, imperata facere per pontificē & Imperatorē, ilico manꝰ dedit. Iam uero dudū ante in Saxonia monasteriū dominarū, quod fundauerat comes de Haldesleue, mutauit Lotharꝰ in cōuentum uirorū ordinis diui Benedicti, translato abbate, & quibusdā fratribꝰ de monte iuxta Magdeburgum in eum locū: iussitq; cōsecrari basilicā in honorē apostolorū Petri atq; Pauli. Cunq; Imperator in hac expeditione pontifici gratificasset aduersum Rogeriū Normānum, quē fecit ecclesię obsequentē, expugnasset q; arcē ipsdē in partibus, quā nocētes quidā habebāt recęptaculum: ipse Imperator capto prędio, quingentos ibi repertos latrones supplicio iussit ultimo plecti. Pontifex remunerare uolens spiritalibus donis arma car-

nalia dedit indulgẽtias in locũ monasterij memorati uberrimas: quę usq; in hodiernũ uigẽt in eo loco: appellãtq; de regis nomine cœnobiũ usq; hodie Koningeslutter, hoc est, regis Lotharij opus. Pacatis aũt in Italia rebꝰ ubi Imperator redire cõstituit, orta maxima in castris mortalitate, Imperatorẽ & ipsum pestis uulgata corripuit. Vita igitur functus in Italia, exemptis uisceribꝰ, in Saxoniã est relatꝰ, & in monasteriũ ab illo illustratũ nominatumq; trãsfertur, ibiq; magnifice tumulat̃: Quo mortuo, non tanta erat de impij successore, q̃ duorũ de Saxonia dissentientiũ cõtentio, quorũ uterq; natus erat filia Magni ducis: Albertũ uidelicet marchionẽ, & Henricum de Bauaria: habuitq; utraq; pars suos defensores. Pendebat autem res incerta ad nutũ noui regis, qui cui parti inclinaret eam uidebatur habiturã: Fauorabilior quidẽ causa uidebat̃ Alberti, q̃ is fortunę uideretur tenuioris: Nã cõpetitor eiꝰ potẽtissimꝰ erat dux Bauarię. Sed pendebãt, ut diximꝰ, incerta omnia usq; ad quęstionẽ noui regis. Interim q̃s quisq; poterat sibi cõciliabat amicos, q̃ sine magna digladiatione res trãisgenda nõ uidereť: Possessiones q̃q;, quas apprehẽdere q̃sq; poterat, occupabat. nã Albertꝰ arcẽ Luneburgi, urbẽ Bardewicũ, & Bremã occupauit: q̃ aduocatia eius urbis, ut diximus, data esset Ludero tum Saxonię duci in redemptionem Liemari quondã archiepiscopi, quem Luderus in cõgressu bellico cępit.

CA. VIII.

Onradus eius nominis. III. uir genere Sueuus, Friderici, de quo
c ante diximus, germanꝰ, & uterq; Cõradi filius: qui sororẽ duxit Henrici. V. Imperatoris, ex qua sustulit filios Fridericũ & Conradum antedictos: Numeraťistequoq; Cõradus in stirpe Saxonici generis ex matre, quę, ut diximꝰ, fuit Henrici. IIII. filia, & pinde ex Ottonis. I. stirpe, quõ tres Henrici tertiꝰ quartꝰ quintꝰ: & ideo res ab illo gestas hic prosequemur. Albertũ marchionẽ hic rex in ducatu Saxonię cõfirmauit, q̃ iniquũ esse cẽseret cũdẽ in regno duobꝰ insigniri ducatibꝰ: q̃ Hẽricꝰ iã teneret Bauariã, decꝰ esse regni, in duobꝰ ducatibꝰ duos esse duces. Turbauit ea res multos principes & auertit Cõrado: Vixit in corde eiꝰ obliquꝰ, ut putabat̃, liuor in Lotharium ante se imperantẽ, cuiꝰ facta putauit antiquanda, q̃ ille Hẽrico genero ducatũ Saxonię cõtulisset. Cunq; Albertꝰ apprehẽdisset inferioris Saxonię presidia, exclusit facile Henricum. Tum Adolphus secũdus Holsatię comes, q̃ aduersareť Alberto, fidem seruans quam prestitisset Lothario & genero eius, ditione Holsatię cõcessit dono Alberti marchionis, Hẽricus de Badewide comes est illã assequutꝰ. Magno exinde bello de Saxonię ducatu cõflictantur. Albertus marchio, cui studebat Cõradus, & Henricus Catulus dux Bauarię, quẽ nõnulli per errorem appellãt Leonẽ (fuit aũt Henrici Leonis pater) Siue ergo uterq; & pater & filius cognomẽ habuere Leonis, siue solus filius, rem non uariat: dummodo sciamꝰ Hẽrici Leonis fuisse patrẽ, qui de Saxonia cum Alberto luctaretur. Preoccupauit Albertꝰ ea quę sunt citeriora Saxonię, Luneburgi arcem, Bardewicũ, Bremã: Sed Henricꝰ de Bauaria descendẽs cum ualido exercitu, superiora prouincię uastauit, aliquot arces ui cępit. Duce-

bat ille in belli ſocietatē comites palatinos Reni, natos ſorore Rixæ Impe
ratricis, & uidebant omnia in deterius prolapſura ad uaſtitatē prouincię:
Sed interuenere principes qui rem ponerent in treugas. Cōſtitutus a rege
dies in Quedelenborg ad cōuentū principū, ut cauſa tractaret. Per quæ
tempora moriēs ſine hęrede Henricus marchio Brādenburgenſis, locum
fęcit nouo beneficio: cum feudū uacaret Imperatori. Cōtulit ergo Conra
dus rex Alberto comiti de Balenſtede, ſiue de Anehold marchionatū an
tedictum. Ita auctus Albertus a rege nouo principatu, facile dimiſit Hen
rico Saxoniā in eodem cōuentu principū habito in Quedelenborg. Sed
tum Henricus Bauarus cœpit ęgrotare, non ſine ſuſpicione dati ueneni, &
mortuus ſepelit in Lutter, ad latus Imperatoris ſoceri ſui. Rex aūt Hērici
relictā, matrē Leonis, filiā Lotharij Imperatoris dedit cōiugē Hērico fra
tri ſuo: cui etiā cōtulit ducatū Auſtrię, qui ante erat principat⁹ Noricor⁹.
Iſte ergo eſt in meridionalibus Germanię ducat⁹ nouiſſim⁹, qui iam uſur
pat (incertū quo iure) appellationē, ꝙ ſe nominat archiducē. Iſte uero Hē
ricus in Auſtria nouo ducatu, nullos reliquit hęredes: Vnde iterū fit loc⁹
nouo beneficio. Sed hęc ad tempora ſequentis Friderici. VIIII.

h Olſatia interim, ſicut uniuerſa Saxonia, nouis quatitur motibus,
dum expulſo Adolpho, qui Imperatrici Lotharij relictę fidē ſer
uans ceſſit comitatu. Interim Henric⁹ de Badewide repoſitus in
eā ditionē, arcē Zegeberge, iam defuncto Hermāno, quē Lothari⁹ ibi cō
ſtituit, occupauit: nec tñ proſperat⁹ eſt uehemēter. Nam Wandali ad no
ui principat⁹ initia ſe erexere. Pribiſlaus qui ueterē Lubicā tenuit, collecta
magna ſuor⁹ manu, Zegeberge inuadit: Monaſteriū cum eccleſia tradit
incendio: Vnū ex fratribus qui ſe defenſioni ſacror⁹ obtulerat ꝙbtrūcaue
re; reliqui uix fuga elapſi, redierūt in Falderā: Cęteri qui Lubicā incolue
re, ſatis difficili & ancipiti laborauere periculo: ꝙ Pribiſlaus, & ſi necdum
fidelis Chriſtian⁹, fratribus tñ ibi prędicātibus ſatis erat benignus. Nec
tam ſua mouerūt pios pericula, q̄ alior⁹ Chriſtianor⁹ cōſpecta uincula &
ludibria. Nec longū tempus in medio, & ecce alij de mari Wādali aſcen
derunt, Pribiſlaū hoſtem inſequētes: Diu enim nobiliū familię Critonis
atꝙ Henrici de principatu diſſidebāt, & Lubicā applicātes qui ſuperuene
re, diripuerūt omnia quę repererūt: Arcē incendūt: & cum hoſtē non ad
eſſe cernerent, cum pręda reuertūtur. Sacedotes aūt uix manibus eor⁹ ela
pſi, ad patrē ſuū Vicelinū ſe cōtulerunt. Ita fruſtrato iterum labore, uinea
nouella depaſta eſt. Quid facerēt optimi patres? Quando prędicatio ne
gabatur orationi inſtitere, humiliter deprecantes Dñm Ieſum: ut ad glo
riam ſui nominis & animar⁹ ſalutē, fidei ianuā miſeris aperire dignet. Inte
rim Henricus terrę tum Holſatię adminiſtrator, collecta ſuor⁹ quanta po
tuit maxima manu, cōtendit in hoſtes, Wādalor⁹ terrā peruaſtās: & prę
da inde abacta non minima, gladio & igne uaſtauit omnia obuia, par pari
referens. Quo tēpore Holſati nullo comitis ductu, ſed ſuis auſpicijs, prę
dium Wādalor⁹ fortiſſimū Plone aggreſſi, ualida manu cęperūt: cōmu
nierant, & ex inde ſemper in ditione tenuerūt. Nec longū tempus in me

dio cũ Henric⁹ Bauarię dux, q̃d diximus, auxilio ſocrus ſuę & primatũ in Saxonia, arcẽ Luneburgi primariã obſedit, inq; ſuã accępit ditionẽ, pulſis quos Albertus marchio cuſtodes prefęcit: Inde ab reliquis q̃q; terrę prę-ſidijs, breui cõſobrinũ ſuũ Albertũ expulit: q; multũ armis & auxilijs Al berto pręualeret Hẽricus dux Bauarię potentiſſimus. Quo etiã tempore, eiſdem armis adiutus Adolph⁹ comes recuperauit Holſatiã ſuã, anno uix exacto, poſtq̃ illã amiſerat. Videns aũt Henricus de Badewide, quia ſub-ſiſtere in terra non poſſet, incendit arcẽ Zegeberge, & munitiſſimũ prę-ſidium, quod Adolphi mater Hãburgi firmauerat: Omnia quoq;, quæ ſe-nior Adolphus in ea terra cõmunierat, quia ille ſuſtinere non poſſet abi-turus incendit atq; demoliť. Cõradus aũt rex hęc audiẽs, cum de collato beneficio tueri curaret Albertũ, exercitũ duxit in Saxoniã, habens in mul to comitatu etiã ducem Bohœmię. Sed & Saxones duce Henrico alacres illi occurrũt, caſtris utrinq; iuxta Cruceborg firmatis: Ibi priuſq̃ pugna iniret, intercœptũ eſt negotiũ, & indicta eſt curia principibus proxime in Wormacia, ubi ſine armis res omnis dirimeret, ad pximũ Purificationis Marię diẽ: & inde trãſlata cõuẽtio in Quedelẽborg, ubi in eã formã, quã dixim⁹, res eſt cõpoſita: ut haberet utercq; in Saxonia principatũ. X.

Elapſis in ſua exercitib⁹, diuiſiſq; copijs, Rodulph⁹ comes Thiet
d marſię, & Fridericus Palatinus ex eodem agmine Bremã ducũt:
Nihil tale opinanti ciuitati, ſuperueniũt & diripiũt: cum Adalbe ro Romã abijſſet. Diu ea ualuit cõtrouerſia, ut principes Saxonię tempo rale dominiũ illi⁹ urbis ſibi uendicarent: iamtũc a memoria Bernhardi du cis: q̃d in Adalberone dixim⁹ in Metropoli. Reclamauere pontifices, ſed pręualuerũt arma, qua adhuc iuris occaſione nobiles memorati ciuitatem in prędã uertũt. Iam tñ duplici iure freti uidentur, q; Albert⁹ pridẽ eã oc-cupaſſet, nũc pro Hẽrico illã recęperint: deinde q; aduocatia ei⁹ urbis a Li emaro capto, permiſſa fuit, ut dixim⁹ duci Saxonię Ludero, & perinde po ſteris eius. Erat aũt poſt millecentũ annus triceſimuſnon⁹, cum Henricus dux Bauarię & Saxonię in fata cõceſſit, relicto paruulo filio ſibi cognomi ne Henrico, cui cognomen Leonis acceſſerat. Mater aũt pueri Gertrudis filia Lotharij Cęſaris miſerata ſortẽ Henrici de Badewide, egit cum prin-cipib⁹, ut illi Wagria pmitteret Holſatię cõtermina, nuper a Wãdalis ca pta: Adolphus aũt retineret Holſatiã. Sed non quieuit Adolphus, donec Henric⁹ puer, iunctis principibus, ita rem dirimeret: ut Holſatiã cum Wa gria teneret Adolphus, Henrico aũt memorato proueniret terra Polabo-rum cũ opido Raceburgo, quę & ipſa pars erat Wãdaliæ nuper in ditio-nem & ius Saxonũ accępta, licet antiquus adhuc populus cõſumptis, aut retro pulſis nobilib⁹, illã inſideret. Adolphus aũt ſic cõpoſitis rebus, iterũ cõmuniuit arcẽ Zegeberge in loco quẽ dixere Wãdali Bucu, inter fluuiũ Trauenã, & lacũ Wockeniſſe urbẽ firmauit pridẽ a Critone ante annos quadraginta inchoatã: nomẽ aũt cum populo tranſtulit a ueteri Lubica, quã paulo infer⁹ ad mare cõſtruxit Hẽricus in loco Zuartow. Cœpit er-go ex hoc die noua Lubica in monte firmari, quo loco permãſit in hũc di

em breui miris incrementis adaucta. Adolphus cum Nicloto Obotritorum principe pacem fecit: coeperūtq; inhabitari deserta Wagriæ: nam magna pars uulgi aut cōsumpta est bello, aut introrsus orientē uersus emigrauit, habitatura inter cōgentiles potius q̄ seruiret Saxonib⁹. Vocantur ex alijs regionib⁹, qui in ea parte colēdos agros acceperāt. Interim Vicelinus spiritualibus q̄q; incremētis intētus, prædia recuperauit ab Adolpho quę Lotharius Imperator monasterio Zegebergēsi cōtulisset. Sed uisum est tum patrib⁹ monasteriū in Hagerestorpe uilla erigere, propter fori tumultus, & ab arce militaria incōmoda, quę Zegeberge uidebant. Permisit facile comes, in loco pristino ad radicē montis parrochialis ecclesia remanebat: tantūq; ualuit nouę molitionis fama, ut Thietmarus Bremēsis chori decanus, relicto loco suo Falderā petierit, & a Vicelino nouæ plantationi in Hagerestorpe preesse iuberetur.

CA. XI.

Onradus rex ad indictū Wormacię cōuentum properauit, uenerantq; multi eo principes, sed Henrici pueri defensores Saxones non aderant, q̄ fides illis publica ad eor̄ præscriptum non interponeretur. Deinde post Paschalia nouū indixit cōuentū in Frācfordia: sed neq; tūc ob eādē causam uenerāt: Inualuitq; cōtrouersia, ut principes Albertū etiā natiua ditione pene expellerēt, urbes eius occupante Rodulpho comite Thietmarsor̄. Sed tn̄ non diu res in eo statu p̄māsit, rege descendente in Saxoniā: Nam tum Alberto restituta est marchia: & Henricus puer in Saxonia est cōfirmat⁹. Nec diu superfuit Rodulphus comes memoratus, cęsus in Thietmarsia sua, sicut multi prędecessores eius. Infrenis enim populus semper excussit iugū dn̄ationis. Sed tum Hartwic⁹ frater Rodulphi, facta cōmutatione, ecclesię dedit Thietmarsiā, & recipit comitatum Stadensem: quod supra attigimus, & pleni⁹ in Metropoli cōmorauim⁹. Per quod etiā temp⁹ fundatū est monasteriū Beatę Marię ad opidum Stadense: quod isto anno post mille quingētesimo, quo hęc scribuntur. propter metū pedestriū copiar̄, quę tum diocesim uastabāt, & Guardiā cognominauere, euersum est a Stadēsib⁹, reddito intra opidum loco: euersa pri⁹ religione a fratrib⁹, qui pauci iā cōmanebāt. Sed hoc suo tēpore cōmemorabit̄. Tum uero Hēric⁹ puer per curatores instituit querimoniā apud regē, sup̄ nomine Adalberonis archiepiscopi, q̄ ille matri suę pollicit⁹ dicerēt, omnē comitatū Stadēsem post mortē Rodulphi ipsi Hērico, puenturū: nūc aūt ecclesia haberet Thietmarsiā, & Hartwic⁹ Stadensem comitatū. Audiuit rex querimoniā, & ad tollendā cōtrouersiā, indixit partibus cōuentum in Rameslo: Prefecit aūt suo loco tractatib⁹ habēdis, Thietmarū Verdensem episcopū, Albertū marchionē, Hermānum de Wintzenborg, germanū ei⁹, & Hēricū de Dasle comites: Aderant ex nobilitate q̄plurimi. Archiepiscop⁹ factū suū defendit: Dux per suos grauissime impugnauit. Et ubi nihil placitū inter dissidentes cōponitur, ducis satellites ad arma cōcurrunt: uenerāt enim fortiores, facturi quod fecerant: Archiepiscopū capiunt, ac in arcē Luneburgi pertrahūt, si forte minis extorqueāt, quod placito non poterāt; Sed ille inuictus permānsit, neq; prece

nec̄ precio, nec cōminationib⁹ ſuperat⁹: Vbi nihil proficiūt, abire ſinunt. Hartwicus prę̄poſit⁹ in manu erat Hermāni de Luchow, unde illū ſperabant ducales ad ſe trāſferendū: Quo facto, ſi ille fuiſſet ſublat⁹, iam dirę̄m pta quę̄ſtio uidebatur: ut ad ducē peruenire, quod petebat. Sed uir nobilis proſpiciēs periculo Hartwici & capiti eius, eū tradidit in man⁹ Alberti marchionis, qui illum liberū in ſua remiſit. Comes erat per hęc tēpora de Wintzenborg Hermānus, qui militaris de Sueuia uiri, ſpecioſam cōiugē abſente marito oppreſſam cōſtupraret: Redeūti marito flēs mulier occurrit, uim ſibi illatā queſta. Ingemuit maritus, & obſeruato tempore, arcem primo mane cōſcendit: & ut erat comiti cōiunctiſſim⁹, aditū habuit in cubiculum: ibi dormientē comitē ad latus cōiugis cōfodit. Mulier eiulabat minata uindictā, geſtare ſe utero exclamās qui ulciſceret. Ille furens minātem iunxit marito, & cōfeſtim equū iam ſtratū cōſcendens, uxore poſt ſe ducta, terrā reliquit, abiēs in Sueuiā ſuā. Erat in arce ſpirit⁹ (incertū qualis) qui uaria ſpecie ſe plerūq; oſtenderat: Is cōcito monebat epiſcopū Hildeſemenſem in ſtrato ſuo quieſcentē: Surge inquit, corraſe, & uacantē occupa Wintzenborg arcē. Nō cōtempſit ille monitorē: Exurgēs cum expeditis eo properans cōtendit, & ut audijt, inuenit: cōſenſuq; Imperatoris cōiunxit eccleſię comitatū, arcē, cum opido Aluelde.

CA. XII.

Nde Cōradus in Saxoniā deſcendēs, ęgit cum principib⁹ de uicinis Wādalis ad iuga Chriſti cogēdis: Erat ann⁹ poſt millecentum quadrageſimumſeptim⁹, & in hanc ſacrā pro Chriſto militiā ſeſe perarmarūt, Adalbero archiepūs Bremēſis, Henric⁹ dux aduleſcēs prima pene arma portās, Cōradus dux de Saringia, Albert⁹ marchio, Cōradus comes in Witin. Cōfluxerāt ex omni Saxonia, quę nūc Weſtphalia, uoluntarij multi, qui in ſacrā militiā nomina dederūt. Sumpſere aūt ſacrū ueſtibus & armis tale ſignū ☩ hoc inſinuantes, quia crucifixus Dñs rex eſt ſuper omnē terrā. Niclot⁹ Obotritorū princeps, cum intelligeret expeditionem in ſe ſuoſq; cōtribules dirigi, quantū potuit, exercitū adunauit, pro libertate pugnatur⁹. Sed q̄ magnus fuit utrinq; apparat⁹, tam futilis exitus: Nullo enim inſigni prę̄lio cōmiſſo, cum intelligerēt Wādali ſe uiribus impares, ſuſcæpere facere imperata: Ea fuerunt, ut accæpta Chriſti religione, Danos, quos ob eā rem crebro in ſe pugnātes habuere, uinctos relaxarent: Sed q̄uis pollicitarent, nihil impleuere: Si ſuſcępti promiſſorū obſides, ſi impoſiti qui prędicarēt ſacerdotes, nihil horū cōmemorant annales: Veriſimile fuerit, tantos principes, tam ualidū exercitū non abiſſe, niſi omnibus legitime cōſtitutis, etiā ſi non cōmemoret. Id tñ effectū eſt: ut res deinde pacatiores eſſent inter Obotritos & uicinos Saxonię Wandalos. Nam Hartwic⁹, qui Adalberoni in archiepiſcopatu ſucceſſit, cū diu apud ſummū pontificē & Cęſarē inſtitiſſet, recuperādo honori ſuę legationis in regiones aquilonis, qui ſub titulo Hamburgēſis eccleſię debebat, nec peruias haberet aures eorū, nec̄ munerib⁹ profęciſſet: q; iam in regna aquilonis cōſtituti eſſent metropolitani, quib⁹ parerēt epiſcopi regionū. Fruſtratus ergo hoc propoſito Hartwic⁹, ad magis piam cauſam reſpexit:

Episcopos in proximã ordinans Wãdaliam, quos haberet suffraganeos. Nam accitũ Vicelinũ, iam annis triginta immorantẽ Holsatię, uirũ Deo acceptissimũ, post annos. LXXXIIII. quibus exturbata fide uacabat religione Wandalia, ecclesię cõsecrat Aldenburgẽsi episcopũ: Euerhardũ in Meklenborg, qui est hodie Zwerinẽsis episcopat⁹: quę ditio olim pertinebat Ottonis. I. iudicio ad Aldenburgẽsem: nunc uero in tres dioceses secta, Lubicẽsem, Zwerinẽsem, Raceburgẽsem, perseuerat. Ea quia in Metropoli cõmemorauimus, hic attigisse sufficiat. CA. XIII.

r Ex deinde Cõradus cõuentũ indixit principib⁹ in Wirtzburg: quã urbẽ nũc cõflato ex Greco & Latino uocabulo Herbipolim uocãt: Sed Hẽric⁹ Saxonię dux aberat. Incessit aũt noua simultas regi atq; duci: q; Hẽric⁹ Bauarię, atq; Saxonię Suęuiã q̃q; uoluit auito iure sociare: Nam auus patern⁹ ex Suęuia duxit originẽ. Quã rem iniquo ut debebat, animo rex perferebat: q; regis frater Frideric⁹ ducatũ in Suęuia administraret. Cum aũt Henric⁹ Leo in Suęuia Fridericũ oppugnaret, rex alia ratione oppugnandum ducẽ Saxonię putauit. Nam propere mouit in Goslariã, inde trãsitur⁹, ut acciperet in ditionẽ Brunswicũ, clarissimum Saxonię opidum. Sed non potuit tam accelerare rex iter, neq; tam abscondere cõsilium, quin ad Henricũ permanaret: qui ueste mutata, magnis per dies & noctes cõtendens itinerib⁹, solis tribus comitat⁹ Brunswi cum ingredit, regẽ pręueniens, & perinde frustrans eius in hac parte molitionem. Sed inerat uiro infinita, & nũq; exaturãda ambitio: ut non contentus parto, anhelaret semper ad plura cõparanda. Tum uero Bernhard⁹ Clareuallensis cruciatã prędicabat in terrã sanctã: Quapropter e Burgundia sua, missus a summo pontifice in cõuentum principũ, qui tum Francofordię ob eam rem fuerat indict⁹: Ille uero & miraculor⁹ signis, & instantissime prędicationis uerbis permouit corda pręsentiũ ad eam sumendam expeditionẽ: Conradũ Imperatorẽ cum multis principibus animauit. Incredibile est memoratu, qua deuotione cõcursum sit ab omni ordine, principum, militariũ, ciuitatũ. Vnum habuit ea res optatũ exitum: ut Germania tum latrocinijs frequens, purgaret eo genere hominũ, qui rapinis consueuerant uictitare: Nam tũc deuotione qualicũq;, omnes id genus homines pro remedio peccator⁹ sacram amplexi militiam, in eam nomina dedere, uolẽtes expeditionẽ: Quę si ut erat maximo feruore inchoata, tã optatos exitus habuisset, non res Christianę tum in Asia periclitari cœptę, ad eã desperationẽ, in qua iãdudũ iacuerũt, peruenissent. CA. XIIII.

e Vm ergo rex, audita Bernhardi cohortatione expeditionẽ pararet, pueniț cũ exercitu Cõstãtinopolim, & dolo Impatoris orientalis, qui eã rem liuẽtib⁹ semper oculis intuit⁹ est ludificat⁹ est: Adiconium, gipsa, uel terra cretosa immixta farinæ, quã ex pollicitatione idẽ Imperator mitteret in agmen Christianũ. Peruenit tñ Conradus in terrã sanctã, & magnis rebus agẽdis, uel interfuit, uel pręfuit: Cum etiã Ludouicus Francor⁹ rex per mare aduentasset, magnis copijs aductis. Sed ea res suam deposcit iustã historiã. Is tñ tum erat rerũ exitus, ut magnis, licet

conatib⁹ inſtitiſſent amplificãdæ in Aſia rei Chriſtianę, in Europã ambo reges laceros ſuos reducerẽt exercitus, infinita multitudine cõſumpta, uel bello, uel pane uenenato. Frẽgit animos fortiſſimorum regum dolus, quo apud Damaſcũ irretiti ludificabant̃: Obſederant eã urbẽ tres reges (nam Balduin⁹ Ieroſolymę quart⁹ rex Europę duobus regib⁹ acceſſit) fontibus qui per cuniculos urbi inuehebant̃ facile intercluſis, prope erat ut fame & ſiti caperent̃ obſeſſi: nam altiſſimi & ſpiſſi ſupra modũ muri oppugnationem fęcere irritã. Vnic⁹ erat lacus quẽ foris tenuere Chriſtiani, unde etiã non magno labore inciſos aquęductus in urbẽ poterãt rumpere: Id ueriti opidani, hominẽ Aſſyriũ ad eũ uſq; diem Balduino fidũ pecunia corrumpunt ingẽti: ut ſuaderet regib⁹ in altera ciuitatis parte oppugnationẽ intẽtare, q̃bi captu facilior urbs ſuaſu illi⁹ uideret̃. Auſcultarũt perfido homini tres reges, & exercitu in aliam urbis partẽ traducto, egreſſi opidani Chriſtianos aquatione intercluſerũt, & periculũ urbi iutentatũ, uertũt in oppugnatores. Ea re fruſtrat⁹ eſt tant⁹ regũ ex Europa magnor̃ conat⁹, & in regionẽ quiſq; ſuã exercit⁹ cõſciſſos reduxere. Reuerſus autẽ in Germaniam Cõradus, non diu poſt ex labore peregrinationis cui acceſſit meſtitia fruſtrationis, cõcepto morbo, finẽ uiuendi fęcit, priuſq̃ Imperialẽ benedictionẽ acciperet. Miſit quidẽ Eugenius pontifex cardinales duos ad regem pro quibuſdã non ſatis explicitis cauſis, Octauianũ atq; Iotdanẽ: Sed hi regi indixere diem, ut Romã properaret, non alibi acceptur⁹ Imperij coronã. Dum aũt appararet, quę Italici expeditioni neceſſaria uiderentur; neq; enim leui manu penetrare potuit prouincias: & erãt quę in Italiæ pro ſtatu eccleſię recuperando uiderent̃ agenda, in ipſo rerũ apparatu rex ipſe defęcit, tumulat⁹ in Bãberga. Reliquit autẽ filiũ Hẽricũ cognominatum de Rodenburg, apud quẽ cũ Imperialia inſignia ſeruarent̃, ab omnibus illi regnũ putabatur deferendũ. Sed tum Frideric⁹ Sueu⁹ illi preferẽt. Tãtũ uero ualuit timor Hẽrici apud magnates: ut iam regnãte Friderico, non ſecur⁹ uideret̃ rex, niſi iſte ueneno tolleret̃ de medio. XV.

Fridericus eius nominis. I. genere Sueuus, Cõradi regis ex fratre nepos, Friderico patre natus, eo quẽ Hẽrico. V. ſufficiendũ multi ducebãt, regno ſubſtituit̃ a principibus. Hunc Italici ob cõtumeliam, q̃ grauis illis incubuerat, Barbaroſſam cognominauere. Erat aũt annus poſt millecentũ quinquageſimuſſecũdus. Numerat̃ & iſte in gente Saxonũ, q̃uis Sueuiã habuerit patriã: nam Ottonũ triũ ſanguis diu inter principes claruit: ut ex illa ſe ſtirpe prodiſſe gloriarẽtur, Primã curiam in ſacro Pentecoſtes feſto Mersburgi celebrauit: Ibi Zueno atq; Kanut⁹ de corona Danię cõtendentes, Romanor̃ regem cauſę ſuę arbitrũ fęcere. Zuenonẽ ille in regno cõfirmauit, & Kanutũ Magni filiũ, parte regni deputata, inter duces iuſſit haberi: Deinde in Herbipolim indixit cõuentũ: Ibi Henricũ Bauarię & Saxonię ducẽ Alberto marchioni iterũ cõpoſuit: Viuebat antiquũ in pectore uulnus, amor uidelicet Saxonię in corde Alberti: Sed duplici ſtẽmate Henrici excludit̃: Nam & auia ei⁹ paterna Magni ducis fuit filia, quõ & Alberti mater; Inſuper Henrici mater erat Lo-

charissfilia,quę alio iure traxit ad illū Saxonię ducatū.Quo tempore idem Hēric⁹ grauiter instituit Vicelino,ut ferulā pastoralē,hoc est inuestituā tē poralis dominij, ab ipso acciperet: Sed uetuere Bremenses, regale munus asserētes, inuestiri episcopos ad formā inter Calixtū papā & Henricū.V. Imperatorē cōstitutam. Venit rex in Saxoniā incunabula patrū uisurus. Vxorem aūt quā tenebat Henricus, quia ob propinquitatē legitime habere non poterat, interueniētibus apostolicis legatis, cū gratia dimisit, separatus ab illa per sententiā,quā uocāt diuortij. Nec diu superfuit uir sanctissimus Vicelinus, anno.V. sui pōtificatus decedēs apud fratres suos in Faldera,hoc est Nouo monasterio tumulatus.Quo mortuo fratres ei⁹ se retraxerūt ab unione Aldēburgensis episcopatus: quippe qui Bremēsi ab antiquo ptinerēt. Successit illi in episcopatu Gerold⁹ ex ministerialib⁹ Hērici ducis.Rex aūt Fridric⁹ in Magdeburgo Pascha celebrauit: inde instituēns profectionē primā in Italiā: Iurare fęcit principes eandē expeditionem: Nouerat enim tergiuersationes multoꝝ: Non ignorabat q̄ difficulter inibāt longā & sumptuosam peregrinationē: Ideo simplici promissione in tanta re contentus non erat.

CA. XVI.

Nnus erat post millecentū quinquagesimusquint⁹, cum rex iter
a ingressus, magno principum cōcursu mouebat in Italiā: Aderat Henricus dux Leo cum Geroldo suo Aldēburgensi electo: quē cum Bremēsis archiepiscop⁹ cōsecrare recusaret, q̄ non legitime electus, sed sola ducis assumptione prouectus esset,Romā secū duxit ibi cōsecrandum: Erāt simultates alię inter ducē & archiepiscopū: q̄ dux prędia eccle się uelut sua haberet,& pro capellano uti constitueret antistite: quę uetus prędecessoꝝ quoq̄ suorū iniuria fuit.Sed Hēricus satis pro sua, atq̄ eccle się dignitate agebat. Ergo quē archiepiscopus cōsecrare noluit, Romam eius rei gratia perduxit,non cōfirmationis,ut nūc agitur(necdū enim Romana ecclesia tantū sibi iuris in omnes omniū prouinciaꝝ ecclesias uendicabat)ut nisi cōfirmatione apostolica epūs non haberet legitim⁹: Id enim posteriora tēpora adinuenerūt.Nec ibi quieuit Ro.ecclesia, donec annatas quoq̄ sibi ex omni Christianismo aduocaret. Rex ergo ꝓfectus prospere uenit in Lūbardiā: Inde Terdonā quę rebelles illi ostendit animos: quam obsidēs,ac non multo post capiens,cōtendit maxima celeritate Romam. Trepidatū est in urbe Roma ad celerē Imperatoris aduentū: Senatus Romanus obuiā regi misit oratores,qui dicerent,paratos esse Romanos excipere regē triūphaliter,si se Imperatorio gerat more. Quo percunctante,quid illi faciēdū ducerēt. Illi responderūt: Si uinctos prę se ferri curaret cathenatos tyrānos,& aureo curru residēs, diuitias gentiū Vrbi inferret: senatuiq̄ ꝓmitteret appendi.XX.millia libras argēti,ut esset ueteribus cōstitutū legib⁹: magnificū & munificū uideri triumphaliter excęptum, quē principes regē fecerint,senatus,populusq̄ Romanus, Cęsarem sibi cōstitueret .Subridēs rex: Grata,inquit,promissio,sed cara nimis lictatio: Magna requiritis uiri Romani de exinanita camera nostra: Venimus aurū de Italia sumere, non argentū inuchere. Q̄ si occasionē quęritis no

bis rebellandi, non tantū uobis laborandū erit: habetis paratū bellū ubi uolctis: Si tamē cōsilio nostro putauerítis utendū, cōsultius quid amici q̄ quid armati possimus experiundū uobis ducimus. At illi pertinaciter in stabāt,iura suę ciuitatis tueri. Rex illis cōtemptis,ad pontificē Hadrianū, qui ab Vrbe declinauerat,incertus quid exercitus tātus moliret,misit oratores: ut ad colloquiū mutuū fieret cōuentus. Pōtifex dignatione sua flectere cōtenderat Germanorū formidatā insolentiā,& uenit in castra regis cū solenni,pōtificeq; summo digno comitatu. Rex cōcitus occurrit uenienti,& ab iumento descēdēti strepā fertur tenuisse sellę,acceptūq; reuerēter per manū in sua tētoria perduxisse. Bambergēsis tum episcop⁹ uerbū regis proloquut⁹ ait: Honorabilē tuę sanctitatis prǫsentiā apostolicę pōtifex, sicut dudū desyderāter optauimus,ita nūc lętāter suscipimus,gratias agentes omniū largitori bonorum Deo,qui nos deduxit & adduxit in hunc locū,& sacratissima uisitatione tua nos dignos fęcit. Notū ergo tibi esse uolumus reuerende pater: quia omnis ecclesia de finibus orbis ad honorem regni collecta, adduxit principē suū ad tuā beatitudinē, prouehendum per te ad culmē Imperij: Hoc meretur nobilitas,prudētia,fortitudo, Dei timor,& catholicę pacis amor in corde illi⁹ regnās, & sanctę Romanę ecclesię cultus non uulgaris: Ecce te uenientē excępit uenerabūdus,tuis sanctissimis uestigijs humiliter ꝓuolutus: Ergo uenerande pater,tu circa ipsum pagas: ut quę ei desunt de plenitudine Imperialis culminis, per tuę beatitudinis munificentiā suppleant. Papa refert: Audiuim⁹ frater episcope quę loqueris, speciosa quidē dicta, sed non opere exhibita: Friuolū potest uideri quod dicimus, & tñ in minimo cōmissa negligentia facit argumentum de maximis: Ab iumento descēdentibus nobis, strepā tenuit sellę sinistrā,nescimus ad irrisionē,an aliorsum,cū dextera fuisset obsequenti cōtrectāda. Rex stomachāti similis,risu soluit: minimū se studuisse respōdit strepis apprehendēdis: Tu primus es pater cui tali officio deseruimus. Deinde iam cōmotior: Scire uelim officij hoc gen⁹ ex debito an sit,an beneplacito? Quod si ex beneuolētia descendit,quis causabit negligentiā in spontaneo? Sin ex debito parū interesse putamus quo latere accessit, qui uenerabūdus adorat. Hac uerborum uicissitudine,quę multo plura inter collaterales ambor⁹ fuere,sine osculo discesserūt. CA. XVII.

Ostero die reuocatus in castra pontifex adest. Rex iam experimēto doctior,quā debuit strepā apprehendit. Cōsedētibus iterū papa uerbū fęcit: Solebāt,inquit, qui ad coronā petendam uenerāt prisce ętatis principes, insigni aliquo facto Romanę ecclesię beneuolentiā promereri: ut suo uelut officio prǫueniētes benedictionē, iam debitā coronam omnibus prǫclaro facinore testarent. Sic Karolus dum domuit Longobardos: Otto dum cōpescuit Berengarios: nouissimus Lotharius dū Normānos reprimeret coronā Imperij meruere: quocirca sereniss⁹ rex Apuliā Romanę ecclesię peculiarē prouinciā, iam a Normānis occupatā nobis ecclesięq; restituat: deinde quę nostra sunt facile exequemur. Principes respondēt: Ab longo itinere & multiplici per uiam labore,attenua-

ras esse uires exercitus, nec posse regẽ illis copijs, magnã inuadere prouin
ciam: Impleat in rege benedictionẽ põtifex, non se certasse priorẽ officio
pœnitebit: restitutos in sua principes, cumulatioribus armis cum suo re-
ge redituros, facturosq; quę in rem ecclesię uidebũtur. Cessit papa cõten
tioni, facturũ spondẽs quę peterent: paterno se affectu cõmonere regẽ, ui
deat, prospiciatq;, quo sit itinere propter collocatas ab Romanis insidias
ingressur⁹: Curaturos se principes respõderũt. Tum Hẽric⁹ dux Leo Ge-
roldũ suũ exhibẽs Aldenburgẽsem postulat cõsecrari: Sed iam prẽmoni
tus papa literis archiepiscopi Bremẽsis, aures auertit. Interea dispositis re-
bus, per uiã Sutrio mouet rex, ingrediturq; Vrbẽ incolumis, & a põtifice
susceptus, in scalis Petri, benedictionis solenne munus accẽpit, Imperator
Romani populi cõsalutat⁹. Sed dum ea celebritas utrũq; principẽ, corũq;
primores detinet in Basilica principis apostolorẽ occupatos, Romani cũ
pontifice parũ cõcordes, propter cõsules, & eadẽ ratione Imperatorẽ du-
cẽtes suspectum, portas Vrbis clausas tenuerũt: Friderici enim exercitus,
quem duxerat magnũ, in pratis quę appellãt Neronis, tẽtoria stationesq;
habebat. Romani tumultuãtes, primũ in Vaticanũ erupere: q̃s ad gradus
inuenerũt, in eos cõmissa prẽda ac cẽde debaccchãtur: Inde etiã in castra
ausi procedere. Erãt aũt ꝓxima muris Hẽrici Leonis arma: milites egres-
si, magnã stragem in Romanos retulerũt, repulsis ad Vrbem, qui cẽdi su
perfuerant, Pontifex egregia Henrici & suorẽ uirtute delectatus, postero
die electũ suũ cõsecrabat. Deinde quia in Lateranũ erat proficiscendũ cũ
Imperatore, & Romani per Vrbẽ trãsitũ negauere, magno circuitu extra
Vrbem facto, multis etiã millib⁹ passuũ circuitis, pontifex cum Imperato
re Lateranum apprehendit: & inter stationes militum explet uit sacrum in
cẽde Iohannis ministerium.

CA. XVIII.

IMperator in Germaniã regressus, Monasterij Westphaliæ Pa-
derbonæ celebrat: Inde cõuentum principib⁹ indicit in Halberstadio,
Et inde Ratisponę: ubi cõtrouersiã quę Henrico Leoni fuit obor
ta de Bauaria, cõpositis rebus sedat. Quo etiã tẽpore, idẽ Henric⁹ dux Sa
xonię Phrisiã hostili agmine inuadit: sed parũ profęcit in locis palustrib⁹,
in quib⁹ nihil erat loci copijs equestrib⁹: quę res facit homines regionũ ta
lium indigenas insolẽtiores. Cum uero Zueno Danię rex a nepotib⁹ re-
gno pelleret, ad eũdem cõfugit Henricũ ducẽ, cui⁹ armis in regnũ adduc-
ctus, per dolũ circũuenit Kanutũ, quẽ oppressit, pene etiã cõfixurus Wal
demarum. Sed ille meliore usus fortuna elabit, postremo opprimẽs regẽ:
quę nos in nostra Dania sumus exequuti. Hẽricus etiã dux eodẽ tempore
Wandaliã ferro igneq; cuncta uastãs ingredit: Sed uaria fuit hominũ &
fluxa fides: ut parũ profuerit labor ille copiarẽ: Siquidẽ statim relapsi sunt
qui imperata se facturos pollicebant. Imperator aũt quod pollicit⁹ est põ
tifici, Italiã magno agmine ingreditur: & primos quidẽ Mediolanẽses ad
imperata facere cogẽdos circũsedẽs, ad uota sua flexit: Ibiq; cõsumpto tẽ-
pore, ulteriorẽ in Italiã expeditionẽ illo tẽpore intermisit. Anno aũt nono
ac quinquagesimo, cum Imperator iam tertio ualidis agminib⁹ Italiã in-

ualit, maiores de regno principes cum copijs aderãt. Henricus Leo inter primos: Imperator Cremã obsidet cum illi nũciata est rebellio Mediolanensiũ, simul etiã interit⁹ Hadriani põtificis, & duoꝝ de summo pontificatu cõtentio innotuit: Quę res uisa est Imperio olim detruncato repromittere in integrũ restitutionẽ: Qua de re non inuitus audiuit eã de põtificatu cõtrouersiã. Rolandus Mediolanẽsis natu, iam Alexãdri. III. nomẽ induerat. Octauian⁹ aũt Roman⁹, iampridẽ Imperatori notus, cum esset in Vrbe coronãd⁹, forte & tum uerba de summo põtificatu ferẽtes existimabãt: impẽsiorẽ illi fauorẽ ab Impatore esse impẽsum ferebãt: Victoris ille nomẽ acceperat: Rolãdus, ꝙ & Mediolanẽsis esset, & multos in Frãcia Imperatori feciſſet infensos, auersum sibi animum fecit Friderici. Misit tñ Alexander solẽnes nũcios in castra Imperatoris, oratũ, ut electũ se a duodeuiginti cardinalib⁹, aduersus Octauianũ, quẽ soli tres ꝓphanassent, tueretur: Quib⁹ Imperator superbe fertur respondisse: Oportere utrũcꝫ electum ad se Papiã descendere: ut cognito a se suiscꝫ iure utriusꝫ, statuereẽ quod ęquissimũ uideretur. Ea, ut debuit, põtifex relata ęgre tulit. Et quia Octauiani factio eũ in Vrbe uexatũ molestijs affęcerat, cõtulit se in Anagniam: Signiã Octauian⁹ apprehẽdit. Iterũ Imperator missis e Germania duobus episcopis ad Alexãdrum, eũ uelut cardinalẽ monuit, Papiã uenire in cõcilium: Põtifex eloquẽtissim⁹ suaui respondit oratione, in eã cõcludens sentẽtiã: Romanũ pontificẽ a nemine esse iudicandũ: Octauianũ aũt facile mouerũt, ut Papiã ꝓperaret. Ibi cõsensu põtificũ suoꝝ, Moguntini, Colonienſis, & qui aderant ęteroꝝ, expectato Alexandro, nec ueniente, Victori man⁹ dant, eũcꝫ salutãt summũ põtificẽ. Id cum resciſſet Alexander, trina monitione pręmissa, excõmunicauit Imperatorẽ: suascꝫ literas in Franciam, Angliã, Hispaniã, & quas potuit Christianas ꝓuincias curauit circũferri. Cistercienſis ordo annotat⁹ Alexandro tum magnũ pręstitisse obsequiũ, cũctis edoctis per illos, legitimũ esse põtificẽ, & uerũ Christi uicariũ Petricꝫ successorẽ. Irat⁹ Impator eięcit regno uniuersos ei⁹ ordinis, profugiẽtes in Gallias. Italici pręlati nulla ratione adigi poterãt, ut Victori adhęrerẽt. Multi sedibus suis pulsi exulabãt. Imperator tum Mediolanenses oppugnauit: Vexillũ beati Ambrosij illis abstulit, & cum uictoria in Germaniã repedauit: Nec diu post Mediolanũ in ius eius cõcessit. Sategit Imperator, ut Victorẽ suũ sustineret, & Alexãdrũ pontificatu detruderet. Quapropter Bisuntij in Imperiali Burgũdia uetustissima urbe, quę olim Vesontiũ dicebat, iam tum florẽs, cũ C. Cæsar Gallias decennio administraret: Hic, ꝙ uideret esse quodã in medio Christianoꝝ regũ, Hispanię, Frãcię, Britannię, omnib⁹ maiorib⁹ Christianismi euocatis principib⁹ solennẽ indixit cõuentũ: ut de uero pontifice uno statuat, auferaturcꝫ de medio schisma. Cõtempsere euocationẽ illã reges Hispaniaꝝ, atcꝫ Anglię: Francię uero rex, ꝙ quidã suoꝝ circũuent⁹ iurasset regem uenturũ, uenit quidem nocte, & in flumine urbis, mœnia cõtingente man⁹ lauit, atcꝫ retro abijt, execratus cõciliabulũ, quod non Spiritussanctus indixit. Quippe de summa ecclesię potestate cõstituere, non sęculariũ est principũ, sed sa

crorum pontificũ. Sequut⁹ est tñ Imperator exemplа maiorum, ꝙ Henri
cus. III. in non dissimili casu, Romanę implorat⁹ cõsuluerit ecclesię: quod
supra memorauim⁹, cum Leo. IX. eligeretur: & ante illum Otto. I. desti-
tuto Iohãne, Benedictoꝙ, Leonẽ suũ restituit ante cõsecratũ. Waldema-
rus aũt Danię rex, multis pollicitationib⁹ pellectus, uenit quidẽ, sed sacri-
legio non cõsensit: multa circũspectione usus ad reditum: quod in Dania
nostra latius scripsimus. Absoluto cõuentu, Victor ibi iterũ pro summo
pontifice recognitus, cum Treuerim uenisset, excõmunicationis sententiã
protulit in Rolandũ & cõplices eius: Vicissim Alexander in Octauianũ:
Imperator quod ꝓximũ fuit Moguntiã circũsedit, uindictãꝙ sumpsit de
ciuibus, ꝙ archiepiscopũ suũ in ecclesia diui Iacobi oppressissent.

XIX.

Enricus aũt Saxonię dux, cum omnib⁹ illis expeditionib⁹ Impe
h ratoris atꝙ cœtibus interesset, gratũ Friderico prestitit obsequi-
um, primus semper inter primos apud ipsum. Per ea tñ tempora,
cum illis rebus adesset, in sua Saxonia res magnas instituit: Prȩcipu⁹ illi la-
bor erat ad subigendos uicinos Wandalos, qui & Christo ꝓfidi & illi es-
sent rebelles. Igitur anno sexagesimo post millecentũ, insigne agmẽ duxit
in eos. Sępius quidẽ ante cõflixit, & uicit, sed nihil ꝓgit, Zueno aũt Da-
nię rex per sua tempora implicitus intestino bello, magno argenti ponde-
re Henricũ obȩrauit: ut Wãdalos multis a terra incursionibus fatigaret,
domicꝙ cõtineret: ne Daniã ciuilib⁹ malis laborantẽ interim ꝙuastarẽt, ut
solebãt. Fȩcit hȩc Hẽric⁹ mercenariã tum operã cõmodãs Danis: sed iam
animo ei⁹ inciderat, se nõ recte dissimulare iniuriã Christi tantã in populo
ꝓfido: qui q̃ties polliciti, toties fidẽ uiolauerãt, abiȩcerãtꝙ. Magnis cõpa-
ratis copijs duxit in Magnopolim, iam quidẽ ȩgre Christianã, sed male fe
rentem iuga subiȩctionis. Igitur Niclotũ principẽ Obotritoꝝ collata ma
nu uicit & oppressit: Alterũ ex filijs Wercislaũ captiuũ abduxit: Alterũ
uero datis obsidibus coȩgit facere imperata. Capt⁹ aũt frater, cum iam fra
tri pene in obliuionẽ uenisset, lachrymabiles epistolas scripsit e carcere ad
germanũ: Quid se tã diu negligeret sordidatũ in squalore: uires illi, si uir
esset non defuturas: facile, si annitat, iugum excutiat Saxonicũ: Illũ in deli
cijs desidentẽ obliuisci facile calamitatũ captiui: Se uero, si uelit obliuisci,
non posse, admonitũ per singulas horas suaꝝ miseriarũ: quas tẽporis lon
gitudo multũ grauaret. In hanc sententiã cum scriberet fratri, intercœptę
literę ad ducẽ perferunt: Ex captiuo iam obses erat, & aduersus sacramen
tum ase prȩstitũ bella cõcitabat: Malo utriusꝙ Pribisla⁹ frater arma sus-
cȩpit. Henricus dux in hostẽ ducẽs Pribislaũ, Wercislaũ fratrẽ quẽ tene-
bat pacis obsidẽ, quẽꝙ etiã cõcitatorem belli deprehendit, in cõspectu fra
tris appensum iussit iugulari: Pribislaũ aũt eo perpulit, ut cum magno re-
rum suaꝝ detrimento faceret imperata: Nam antea quidem occiso in acie
Niclото patre, demolitus omnẽ terrã cœpit edificare Zwerinũ, & cõmu
nire arcẽ: & imposuit illic nobilẽ quendã Gũcelinũ uirũ bellicosum cum
militari manu. Redierũt tñ post patris Niclоti mortẽ filij in gratiã ducis
aliq̃diu, & dedit eis Werle, & uicinã terrã: Porro terrã Obotritorũ dedit

militib⁹ ſuis,& diuiſit poſſidendã: Collocauitq; in arcem Kiſſin nobilem quendã Ludolphũ aduocatũ de Brũſwico: Apud Malacow cõſtituit Ludolphum de Paina: Zwerinũ & Ileborg Guncelino,ut dixim⁹, cõmendauit: Mekelenborg dedit Henrico cuidã nobili de Scaten: qui etiam de Flandria adduxit multitudinẽ colonor⁹,& collocauit eos in finib⁹ & terminis ſuis: Et ita redierũt filij in terrã patrũ ſuor⁹, aut non longe inde diſtantem. Nam habet fidelis hiſtoria Karolũ Magnũ ex Saxonib⁹ Tranſalbinis hominũ decẽ millia in Gallias, hoc eſt ultra Renum, trãſtuliſſe in Brabantiã Flãdriãq;: quę tum cultores deſyderare uidebãtur. Aetate aũt iſta,quã nũc attigim⁹,reuocati eor⁹ filij Wãdaliam impleuerũt: Nam & Adolphus qui per hęc ipſa tẽpora regebat Holſatiã in Wagriã cultorib⁹ uacuatã: & marchiões Brãdẽburgẽſes,deletis per arma cultorib⁹,magna ex parte deſertos agros,Hollandinis,Traiectẽſibus, Phriſijs, Brabãtinis, Flandrijſq; impleuerũt. Hẽricus aũt dux hac tẽpeſtate Bernonẽ cõſtituit epũm in terra Obotritorum: qui defuncto Euerhardo, Magnopolitanę preſedit eccleſię: & ſubſcripſit illi in dotẽ eiuſdẽ eccleſię trecẽtos manſos: ſicut antea fecerat Raceburgenſi, & Aldenburgenſi. Et facta poſtulatione apud Cęſarem, obtinuit epiſcopatus erigere, & eligere,& cõfirmare in omni terra Wãdalor⁹: quã uel ipſe uel progenitores eius ſubiugarũt: Et dedit facile Imperator quod nõ habuit,incapaci iuris eccleſiaſtici: quę magnę diu poſtea diſſenſionis materia permãſit,inter regnũ & ſacerdotium. Motus aũt qui fuerunt illa tempeſtate in Wandalia, quomodo cõpreſſerit Henricus dux,& terram pacauerit, quia pleni⁹ in Wandalia ſum⁹ exequuti,hic prętermimus.

CA. XX.

Vm aũt proſpera omnia Henrico duci,quẽ dixere Leonẽ,,pueni
c rent: ſubacta iam Wãdalia,& fœdere cum Danor⁹ rege Waldemaro renouato: nam gratiã Imperatoris iam dudũ promeruit: magnis rebus in Italia cum illo,& pro illo, peractis, cœpit illũ pertentare ſuperbia: euenitq; ꝙd plerũq; ſolet omnib⁹,ut ſublati rebus ſecũdis, difficile ſeruent modeſtiã: Tantã ergo gloriã ducis infuſcauit inſolentia: ſequutaq; eſt comes glorię inuidia: Nã omnes Saxonię principes illi ſe opposuere. Ille aũt immẽſis diuitijs locuples,dar⁹ uictorijs,& propter gemi-num Bauarię & Saxonię principatũ,ſublimis in gloria ſua, omnib⁹ Saxonię tam principibus,q̃ nobilib⁹ intolerabilis eſt uiſus: Sed manus principum formido Cęſaris cõtinuit: ut non cõcepta molimina mitterẽt in effectum. Poſtq̃ aũt Cęſar quartã profecti onẽ parauit in Italiã,& oportunitatem tẽpus adduxit, ſtatim inueterata cõſpiratio proceſſit in publicũ, & facta eſt cõiuratio ualida omniũ cõtra unũ. Erat aũt tum annus ſexageſimuſquart⁹ poſt centũ atq; mille: Fuerũtq; inter cõſpiratores primi, Wichmannus Magdeburgenſis archiepũs, Hermãnus Hildeſemẽſis pontifex, Ludouicus prouincialis comes(iam uocãt Lãdgrauiũ)Turingię,Albertus marchio Brãdenburgẽſis,& filij eius, Otto marchio de Camburg,& fratres eius,Albertus comes Palatin⁹ de Sumeresberg. Hos adiuuarunt hi nobiles: Otto de Daſle, Widekindus de Daſenberg, Chriſtianus de

Oldenburg in Amerland: Super hos omnes prepotẽs ille Reinoldus Co
lonienſis archiepiſcop⁹, & cãcellari⁹ Imperij per Italiã, inſidiatus eſt duci:
facie quidẽ abſens & in Italia poſitus, ſed toto cõſilio duci expugnãdo in-
tentus: Vnde factum eſt: ut principes orientalis Saxonię, cum Turingor⁹
principe Ludouico, obſiderunt munitiones ducis, prȩcipue quę dicit Al-
deſleph, & ei expugnandę erexerũt machinas. Porro Chriſtian⁹ de Oldẽ
burg, collecta Phriſonũ manu, occupauit Bremam, & omnes fines eius:
nam & illã iam Henricus eccleſiæ detractã fȩcit ſui iuris: prȩſertim pro ea
cauſa, q̃ aduocatiã captus Liemarus archiepiſcop⁹, ut dixim⁹, in ſui redẽ-
ptionem tradidit Ludero, poſtea Lothario dum imperaret, auo materno
eiuſdem Henrici. Fȩcit aũt Chriſtian⁹ magnã cõmotionẽ in occidẽtali re-
gione. Videns ergo dux, quia cõſurgunt ei undiq; bella, cœpit cõmunire
ciuitates & arces & ponere cuſtodias militũ in locis oportunis. XXI.

Vo tempore comitatũ Holſatię, Stormarię, atq; Wagriæ admi-
q niſtrabat uidua Adolphi ſecũdi cum tenello filio: nã Adolphus
cecidit in expeditione Wandalica ad opidum Demyn: quod in
Wandalia dixim⁹. Propter cõſurgẽtes aũt motus bellor⁹ poſuit dux pue
ro tutorem qui armis preeſſet, Henricũ comitẽ de Orlemũde auũculũ pu
eri, uirum impatientẽ ocij, & totũ armis deditũ: Hic attende lector auũcu
lum dici, qui alio loco memorat ei⁹ uitricus pueri. Potuit aũt utrũq; fieri,
ut idem Henric⁹ aliquo gradu, ultra tamẽ prohibitionẽ cõiugij cõtinge-
ret pueri matrẽ, quã poſtea duceret cõiugẽ: Noſtra em̃ ætate omnes prin
cipes ſe uocant agnatos. Henric⁹ quoq; dux, cõmunicato fideliũ ſuor⁹ cõ
ſilio, Pribiſlaũ principẽ Wãdalor⁹, quẽ multis prȩlijs prouincia expulerat
admiſit in gratiã, & reddidit ei omnẽ hȩreditatẽ patris ſui: Terrã Obotri-
torum, prȩter Zwerinũ & attinentia eius: & fȩcit Pribiſla⁹ duci & amicis
eius ſecuritatẽ fidelitatis, nulla deinde bellor⁹ tẽpeſtate corrũpendã: Sta-
ret ſcilicet ad mandatũ eius, & obſeruaret oculos amicor⁹ ei⁹, abſq; omni
offenſione: Quo cõſtituto, cõgregabat dux exercitũ grãdẽ, & intrauit ori
entalẽ Saxoniã, ut pugnaret cum inimicis ſuis: Sed nemo exibãt prodiens
in aciẽ: Timebãt fortunã cõgreſſionis. Ille uero ubi pugnandi nulla facta
eſt copia, coacta undiq; prȩda, igne, ferroq; uaſtata regione regreditur: Et
cõuerſus in occiduas partes, ut cõprimeret motus per Chriſtianũ de Ol-
denburg excitatos, & improuiſus irruẽs Bremæ, facile recȩpit urbẽ: Nec
enim erat tum illa, quę nũc cernit̃ urbis munitio: & fugit Chriſtian⁹ in ab
ditas Phriſię paludes: Dux aũt Bremã diripiendã permiſit militibus: irat⁹
ciuibus, q̃ ſe tam facile permiſiſſent Chriſtiano: Et trãſfugerũt ciues q̃q;
in paludes, eo q̃ implacatã ducis faciẽ non ſuſtinerẽt, poſt damna rerũ for
midantes captiuitatẽ. Dux aũt ex illis nonnullos ꝓſcripſit, quouſq; inter-
uentu archiepiſcopi mille & eo amplius marchis argẽti pacẽ ſunt aſſequu
ti. Chriſtian⁹ aũt comes breui reb⁹ exceſſit humanis: & ceſſauit cõmotio
carum partiũ. Inter hȩc aũt graſſantib⁹ uſq; quaq; ciuilib⁹ armis, Hartwi
cus archiepiſcop⁹ ſecũ decreuerat tumultũ quoad poterat declinare, & ſe-
dit Hamburgi ſolitari⁹ & quietus. Iam enim initio archiepiſcopatus ſui,

quod in Metropoli, & supra, diximꝰ iram in se ducis de comitatu Stadensi excitauit. Colonienſis aũt archiepiſcopus, cęt eriqꝫ principes mãdauerũt Hartwico per ſcripta: ut reuocaret in memoriã omnes preſſuras quibus attriuiſſet eũ dux: nũc ueniſſe tẽpus, quo poſſit auxilio principũ recuparе ſtatũ honoris ſui: patere ſibi urbẽ Stadiũ, & ereptũ comitatũ, iã principũ armis facile recuperandũ. Hartwicꝰ aũt archiepũs, multis experimẽtis edoctus, fortunatũ ſemper eſſe in pręlijs ducẽ, ambiguã q̃qꝫ principibꝰ ineſſe fidẽ & ſe huiuſmodi ſponſionibꝰ ſemper deluſum, fluctuare cœpit animo: Prouocabat eum recuperãdi honoris cupido: ſed deterrebat ſępe cõperta mobilitas animorꝫ, tam in ſublimibꝰ, q̃ ſubięctis: Hęrebat interim ſuperficies amicitiarꝫ, & pax ſonabat in uerbis: uerũntñ arces ſuas Horeburg & Friburg communire cœpit archiepiſcopus, & cõgeſſit in eas apparatũ armorum & eſcarꝫ, qui ſufficeret in menſes & annos. CA. XXII.

Rat annus poſt narũ Chriſtũ. MCLXVII. cum apud archiepiſcopũ moraręt Cõradus epũs Lubicẽſis, frater Geroldi iam defuncti: cuius tẽpore Hẽricus ſedẽ ex Aldẽburgo Lubicã trãſſerebat: q̃d diximꝰ in Wãdalia. Iſte Cõradꝰ pridẽ abbas in Reddageshuſen, fauore ducis poſt fratrẽ puenit ad eũ pontificatũ: Delatus eſt duci, q̃ cõcitator eſſet apud archiepiſcopũ, ſuadẽs, ut accederet ille ad cõmunionem principũ duci aduerſantiũ: Super qua re euocatꝰ ab duce in Erteneborg, legationis in Phriſiã ſpecie declinauit. Poſtea tñ interpoſita fide publica per Hartwicũ archiepũm, cum etiã uerbo ſuo illũ firmaret Berno Magnopolitanus epũs, adiit ducẽ Stadio manentẽ: ibi dux exprobrabat quę dicereť cõperiſſe: Eſſe illũ plurimorꝫ opinione incitatorẽ Hartwici, ut accederet cõiuratis in ſe principibus. Cũq̃ ille ſe eius culpę affinẽ pnegaret, facile dux grauis uiri uerbis fidẽ habẽs ſuſpicionẽ poſuit: Sed popoſcit, ut de eccleſię ſuę prędijs ducẽ recognoſcẽs, hominiũ illi pręſtaret, ex Imperatoris nuper in ſe indulto: Ibi uir animo liber expgefactus ait: Modica eſſe eccleſię ſuę ſtipẽdia, & tam anguſta: ut pro illis nullius dñio ſuam obſtringeret libertatẽ. Dux ad ea: Q̃ñquidẽ ſuperioris ius cõtemniť, iuſte aditus in prędia negať: Iubebat ergo iter intercludi põtifici in eccleſiã ſuam: Ille apud Hartwicũ archiepũm cœpit mãſitare. Sed ille ueritus ne Lubicenſis epiſcopi cauſa ſuã aggrauatã oneraret: Arbitror, inqt, frater epiſcope, nos una ſine pnicie manere nõ poſſe: cognitũ eſt qua ſit dux prędituſ poteſtate, qua in aduerſantes acrimonia: ꝓderit rebus noſtris ſub Wichmãni archiepiſcopi Magdeburgẽſis umbra latere: eo ſi cõtẽderis, ex cõſtituto cõſequar: ut ſecuri uel ibi cõſiſtamus. Cõradus adita primũ Francia, recõciliari Alexãdro ſummo põtifici curauit, q̃ de manu Hẽrici, qui Friderico in papam adhęrere uidebatur, pontificatum accæpiſſet. Reperit Papiensem epiſcopum in ea parte legatum: qui uenientem in cõcilium Ciſtercienſe ſuſcæpit, reconciliauit, & præbito tempore indixit: ut uel in perſona, uel per idoneum nuncium, adiret ſummum pontificem: Inde rediẽs, Conradus, recto itinere profectus eſt Magdeburgum; ibiq̃ reperit ante ſe archiepiſcopum ſuum. CA. XXIII.

Vo tẽpore milites Hartwici archiepiſcopi ex arcibus Horeburg
q & Friburg, eruptiones fęcere more militari, in uicinas ducis pro-
uincias: quibus rebus prouocatus dux, arcẽ Friburg oppugna-
uit, expugnatamq; ſolo ęquãs, tolli iuſſit omnes cenſus epiſcopales. Hore-
burg autẽ inexpugnabile fuit præſidiũ propter uoragines & paludes: Et
ideo ſolũ ex omnibus in fide archiepiſcopi permanebat. Per Saxoniã aũt
excurſiones inuicẽ & leuia militũ prędia fiebãt, direptiones, captiuitates, in-
cendia multiplicabant: bellũ ingens ſine manifeſta cauſa, q; hinc ſtare ui-
deretur inuidia, illinc depugnare ſuperbia. Goſlaria principib⁹ in ducem
acceſſit: Qua de re dux omnes iuſſit aditus obſirmari, ne quid illi impor-
taretur, & laborabat urbs inedia. Et q̃uis bello urgeret, inſtitit tñ & mu-
nire & ornare Brunſwicũ, demolit in Burgo eccleſiã ueterẽ, quę in hono-
rem apoſtolor; Petri & Pauli eſſet cõſecrata: nouam molitur ſub nomine
Blaſij & Iohãnis Baptiſtę cõſecrandã, quæ extat hodie: Foſſatis & muris
incluſit Burgũ olim opido adiacentẽ: Indaginẽ quoq; cõiunxerat, mœni-
bus & foſſatis circũductis, ubi pridẽ erãt pomeria, rubeta, & paluſtria ab
humore loca: quę ille prim⁹ exędificata curauit habitari: Auctũq; eſt opi
dum in eã magnitudinẽ, quę cernit hodie: ut in Saxonia magnitudine ur
bis, & ciuiũ frequẽtia, & rerũ opulẽtia, nullũ illi opidũ cõpareť. Eccleſias
inibi dux nouas extruxit, collapſas reparauit. Idẽ quoq; in Wãdalico ſo-
lo peręgit Lubicę, Raceburgi, & in Zwerino, erigẽs eccleſias, quę uiſunt
hodie. Nam ut ante ſignauim⁹, tranſtulit in Lubicã Aldenburgẽſem epi-
ſcopatum: In Raceburgo ille prim⁹ epiſcopatũ erexit: In Zwerino aũt ec-
cleſiam cum fratribus inſtituit: ſed poſteri⁹ in eum locũ facta eſt trãſlatio
Magopolitanę eccleſię. Hęc uero quia in Wandalia pleni⁹ diximus, nunc
paucis attigiſſe cõtenti, abimus. CA. XXIIII.

Mperator aũt Frideric⁹ iam tum in Italia rebellibus imminebat:
i Nam Longobardiæ ciuitates quędã partib⁹ Alexãdri papę ac-
ceſſerũt, Impatori rebellãtes, urbẽ nouã cõtra Ticinũ, quę Fride-
rico fauebat, Alexandriã de nomine põtificis appellarũt: Cęſar obſedit la
nuã, quę cũ cęteris fauebat Alexãdro. Pręmiſit aũt Reynoldũ Colonien
ſem, & Chriſtianũ Mogũtinum archiepiſcopos, & partẽ exercit⁹, ut urbẽ
Romã territarent. Venientes aũt in Tuſculanũ, opidũ non longe ab Vr-
be, ubi res ad pugnam pręparauere, egreſſi Romani, cõperta, cõtemptaq;
militũ Theutonicor; paucitate, illi longe maiori agmine pleni fiducia du
xerunt in eos, Theutonici non ſegnes arma corripiunt, & pugnãtes, pauci
multis prędualuerũt, cędis ad. XII. millia ex Romanis: reſiduos aũt fugien
tes inſequuti ad Vrbis uſq; mœnia ꝓpulerũt. De ſtrage aũt cadauer; in-
ſepultor; exorta peſtis, multos Theutonici agminis perdidit, & imprimis
Reynoldũ Coloniẽſem archiepũm, qui ſuperiori oppugnatione Medio-
lani corpora ſanctor; triũ Magor; dono accæpta ꝓduci curauit: ubi per-
manent magna ueneratione in hodiernũ. Operæ autẽ preciũ eſt enarrare
ordinẽ eius trãſlationis: Annus erat. LXVIII. poſt centũ atq; mille, cum
Cęſar Frideric⁹ grauiſſima obſidione urgeret Mediolanũ; Ciues ad extre

mam famē perducti deditionis fęcere mentionē, promiſſa incolumitate ci uium: Cęſar unū excæpit primariū ex urbe uirum: qui rebellionis author diceretur, quē etiā poſcebat ad ſupplicīū: Et ubi cōperit abbatiſſa loci in quo manebant corpora trium Magorꝝ, germana ſoror eius uiri, pacta eſt cum archiepiſcopo Coloniēſi uitā fratri: Sciebat enim ciues, etſi non leuiter dederēt hominē ad ſupplicīū, extrema tñ fame preſſos neceſſitati ceſſuros: & pro munere pollicetur ſanctas illas reliquias. Sciens archiepūs indignationem & implacabilē iram Cęſaris in hominē, honeſta fraude circūueniendum putauit Imperatorē, pro munere depoſcēs quod abbatiſſa exportaret: Cęſar non cogitans quid moliretur, indulſit: Illa fratrē humeris, ut potuit, euexit. Cęſar non hoc permiſiſſe clamitat. Archiepiſcopⁱ fidem promiſſionis efflagitat, nec facile illū Cęſar cōtriſtauit. Ita ſaluaᷠ ad mortem deſtinatⁱ: & ille ſanctas ex pacto reliquias accępit, quas Coloniā prę miſit: De Parthia dudū uenerant Cōſtantinopolim, & inde Mediolanū: Vbi. DCLXXI. ferunᷠ annis quieuiſſe. Poſtea uero idē archiepiſcopus, apud Tuſculanū in caſtris defunctus, & ipſe in eccleſiā ſuā poſt ſanctas reliquias inducitur. Friderⁱᶜ quoqꝫ dux Suęuię eadem infectⁱ tabe tum periit, qui filiam tenebat Henrici Leonis cōiugem.

CA. XXV.

Aeſar expugnatis Ianuēſibⁱ Romam cōtendit: & iūctis uiribus
c utriuſqꝫ exercitus, ipſam Vrbē oppugnauit. Aedem diui Petri a Vaticano militibⁱ inſeſſam cępit: & fugato Alexandro, idolum ſuū Paſchalē introduxit: Deinde Lateranū oppugnauit. Sed Romani cū cernerēt ſe Imperatoris uiribus longe impares, deditionē fęcere, imperata ſe facturos polliciti: in quā etiā rem dedere obſides. Cęſar rebus ita compoſitis, reſiduū exercitū reduxit in Lōgobardiā: Ibi cum eſſet, audiuit motum qui eſſet in Saxonia, omniū principū aduerſus unū Henricū Leonē: & miſſa legatione crebra, cōpeſcuit motus ſeuientes quoad ipſe ueniret. Quo tēpore, Henricⁱ dux diuortiū fęcit cum Clemētia ducis Saringię filia, obtendēs titulū cognationis. Suſtulit ex ea filiā, quā nuper collocauit Friderico Cōradi Imperatoris filio aduleſcenti optimo, ſed non longęuo: Nuper enim in expeditione Italica cum multis principibⁱ tabe cōſumptⁱ periit. Adduci aūt fęcit Henricⁱ Leo Anglię regis filiā, quā cōiugem magna dote in auro, argento, & gemmis adornatā accępit. Imperator aūt in Germaniā cōtendēs, cum euocaſſet principes, cauſam cōtrouerſiarꝫ audiuit, & factis treugis, ſędauit tēpeſtatē ſęuientiū ubiqꝫ bellorꝫ. Interea Lōgobardi, cum uidiſſent abiiſſe Imperatorē, ac pridē robur exercitⁱ eiⁱ cōtabuiſſe, ſubtractis morte prędītātioribus, ad rebellionē redeūt. Imperator iterū euocatis regni proceribus, eos coarguit qꝺ non ſyncerā pacē in treugis conſeruaſſent: Nam tumultus ille Saxonię animos haud dubiū auxit Longobardis. Tum anniſus in Bamberga leges iterū pacis dixit diffidētibus. Cunctis ergo ex integro, ut putabatur, cōpoſitis, reuocatus eſt archiepūs Hāburgenſis Hartwicus ex Magdeburgo in ſedem ſuā, tactuſqꝫ morbo intra paucos dies deceſſit: & extincta morte ipſius uetⁱ cōtrouerſia, quę fuit ſuper comitatu Stadenſi: & poſſedit illum dux deinceps ſine

omni cõtradictione. Hic eñ erat nouiſſimꝰ de linea marchionũ illorũ,ad ꝗs Thietmarſia ꝑtinebat: Nã cęſo patre,ac deinde fratre eius in Thietmarſia,ob populi ſęuitiã,fęcit iſte Hartwicus cõmutationem cum eccleſia Bremenſi,donãs Thietmarſiã eccleſię, recipiens ab illa Stadẽſem comitatum. Quod Hẽricus dux nõ paſſus Adalberonẽ huiꝰ archiepiſcopi prędeceſſorem captiuũ abduxit cum hoc Hartwico, ut ante cõmemorauimus: Sed Hartwicus,& ante põtificatũ,& in ipſo, impar erat Henrico: Vnde comitatum illũ de facto,non iure,ſibi uendicauit,Hartwico moriente. Conradus quoq; Lubicẽſis epiſcopus interuẽtu Cæſaris meruit redire in parrochiam ſuã,ea cõditione: ut ſopita priori obſtinatione, ducẽ recognoſceret feudi authorẽ: potituſq; reditu ob gratiã ducis, in uirũ alterũ eſt mutatꝰ: Didicit enim ex his quæ ipſe paſſus eſt cõpati fratribus ſuis, & de cætero pronior fuit in humanitatis officia: Clerum defenſauit a circũuentione potentium,pręcipue uero Henrici comitis Turingi, tum Hoſatiã gubernantis: qui ſacra prophanaq; miſcuit more militari.

CA. XXVI.

Rat ea tempeſtate nobilis quidã Widekindꝰ de Daſenberg, uir
e inquieto animo,& qui armis pluſq̃ ſatis erat indulgeret: Hũc Hẽricus dux diu bonis cõditionibꝰ detinuit: ſed uir effrenis etiã ducem cœpit cõtemnere,fiſus munitioni arcis ſuę in mõtibus Hercinię. Henricus dux obſedit arcẽ,oppugnauitq;: Sed cum ille ſibi proſpexiſſet de cõmeatibus, diu ſedendũ uidebat,ut fame extorqueret deditionẽ. Euocauit de Hercinia foſſores minerarũ,& iuſſit cuniculos agere ad puteũ: quo interceꝑto,ſiti laborabãt,& coacti ſunt duci ſe dedere obſeſſi. Quo tempore Lubica,quod in Wãdalia diximꝰ,cõceſſit in ius Hẽrici ducis ex Adolpho Holſatię comite adulescẽtiore,cuiꝰ pater eã primꝰ poſt Critonẽ Wandalũ extruxit: Nam cũ dux mercaturis oportunã aſpiceret,cõtẽdit illã a comite magnis pollicitationibꝰ accipere. Adolphus aũt ſuaderi non poterat,ut duci cederet: Iratus Hẽricus,cœpit nouã moliri urbẽ ad Wokeniſſam lacum,quã Leoninã appellauit: interdixitq; Lubicẽſibꝰ,ne terrã illiꝰ ingrederentur: Subditi aũt ducis omnia de Lubica a mari aduecta deuehebãt: quę res,& Lubicenſibus,& ipſis Saxonibus incommodabat: Non enim poterãt Saxones niſi per Lubicã ad mare peruenire: non ſinebãtur Lubicenſes Saxoniã introire: Ita utriq; tenuẽ neuere telam,paruũ & exilẽ queſtum faciẽtes. Sed cum Lubica igne ſuo cõflagraret, noluere ciues inſtaurare domos,niſi ſpe reddita meliore: Vnde factũ eſt,ut comes cernens ſibi inutilem fore locum,niſi dux placaretur,permiſit duci Lubicã. Tum ciues alacriores inſtaurabãt cõcrematam urbẽ,ordinibus deſignatis ad flumen & lacũ uicorũ tendentiũ: Dux urbẽ priuilegijs honeſtauit, monetã inſtituit,cõcilium allegit,publicari fęcit in regna aquilonis loci immunitatem, & multos ad inhabitandũ,plures etiam ad quęrendũ, mercibꝰ ſuis emporiũ inuitauit: Incredibile eſt memoratu, q̃ breui & quãtũ increuerit nouę urbis molitio: augeſcebat undiq; fortuna ducis: Nam per hoſce dies Imperator Ratiſponę agens curiã,natã Henrico de Bauaria cõtrouerſiã dirę mit,fratruelẽ eius,qui principatũ uendicare cõtendit placabat: permiſſo il

li ducatu nouo Austrię: quē Henricus Cōradi regis frater pridē sine prole moriens uacuauerat: Et hic est secundus dux Austriæ, natus e Suęuia, cum esset primus de Francia orientali.

CA. XXVII.

i Nterim ad ecclesiā Hāburgēsem, iam crebriori appellatione Bremēsem, qꝫ defecit legatio aquilonis, duo in discordia sunt electi: Sifridus Alberti marchionis filius, & Otbert⁹ decanus: Perinde factus est maxim⁹ in Brema tumultus, Gūcelino de Zwerino ex parte ducis insaniente: ut Sifrido se opponat, quē nollet pōtificari in eo loco. Sifridus cum Ottone prępositō se cogīt in Aldenborg recipere, uetus asylum Bremensiū, quoties malis urgent: Alij in Horneborg profugerant, eiusdē partis defensores. Imperatore aūt curiā fouente in Bāberga, ambo Bremēses electi destituūtur: & de uolūtate ducis, Balduin⁹ Halberstadensis prępositus introducīt: Sifridus assumīt episcop⁹ in Brādenburgo: Balduin⁹ senex duci gratificās dissimulauit iura ecclesię, nec pro illis, ut debuit, murū opposuit: Palliū a Paschali accępit, in schismate cōsecrat⁹, si non execratus. Hoc aūt est illud tēpus, quo Henricus dux cum rege Danorū trāsęgit super Rugia, quā rex ad Christianismū ꝓduxit. Sed quoniā fœdera quæ erant inter regem & ducē uocabāt utrūqꝫ ad paritatē terrarū de Wandalia possidendarū, dum armis occuparent: inuitū regē dux eo perpulit: ut & spolia, & tributa cum illo partiret. Mortuus quoqꝫ est per hęc tēpora Albert⁹ comes de Somerscheborg sine prole, peruenitqꝫ successio ad germanam eius abbatissam in Quedelenborg: a qua ditionē emerat Wichmannus Magdeburgēsis archiepiscopus, ut ecclesię suæ cōiungeret. Hoc etiam tempore Honouer insigne Saxonię opidū erigitur, uile pridē & nullius momenti cum comitatui seruiret in Lowērode. Arx stabat in eo loco, ubi nūc est noua ciuitas ultra Leynā. Cum autē morte comitū rediisset ad ducē possessio, dedit ille operā, ut opidū memoratū augesceret: profęcitqꝫ breui uehementer. Per idem tēpus in Anglia Thomas Cātuariēsis archiepiscopus pro iusticia ecclesiasticarū rerū, quas defendit, cęsus, Henricū Saxonię ducē regis generū sparsit infamia, qꝫ cōscius necis eius diceret: qꝫ nec ipse dux, nec oratores eius, quos hoc tēpore misit, ut in Wādalia signauimus, de regni iurib⁹ se ulla parte intromisisse facile est creditu: contenti dote, quā cum filia regis Anglię, relicta aūt Frācię, Henric⁹ dux iure optimo, & deposcebat, & accipiebat: Nā qꝫ Henricus ipse in Angliā uenit longe post hęc tēpora ꝓuenit, ut facile de hac culpa purget.

XXVIII.

a Nnus erat post mūdo datā salutē, secūdus & septuagesim⁹ post centū atqꝫ mille, cum Christian⁹ Mogūtinus archiepiscop⁹, Imperialis aulę cācellari⁹, apostolicę sedis legatus, eius partis quam defendit Imperator, cum Brabantinis militibus, qui tum fortiores, ut nostra tempestate Zwitenses, habebant, per Lumbardiā & Tusciam omnia depopulatus, Bononienses inuasit: Speciosum erat uisu, armatum in equo cōspicere pōtificē, auro galeatū, loricatūqꝫ, hiacynthina desuper tunica: Clauā manu gerebat trinodē, Herculē putares: Vno ferē pręlio nouē sua manu strauisse fortissimos. Igīt egressos ad prælīū Bononiēses in fugam

uertit: Ille aũt obsidione parata ciuitatẽ circũsedit, breuiq; ad deditionem compulit, & iam se in gratiã illi⁹ cõferebãt. Priusq; tñ deditos acciperet, im perauit obsides: Et in monte supra urbem sancti Michaelis cœnobiò sacra iussit apparari: ipse indutus pontificalibus aram adijt, postq; religiose ma nus cõsecrauit sanguine cęsorũ: officiũ diuinũ satellites honestauere canen tes. Erant trecenti pedites, & totidẽ mulierculę ad unũ omnes psallere do cti: qui de sanctis Thebęis martyribus sacrũ cecinere officiũ missę: mona chi, monialesq; ferunt extitisse: Nã subuersis undiq; Cisterciẽsib⁹, qui Ale xandro papę uiderent omnibus obsequẽtiores, uiri & fœminę euersis mo nasterijs apostatarũt, se armatę, ut fit, militię immiscentes: post q̃ uitę quę stus nõ est ali⁹ uisus facilior. Expleto aũt sacro int⁹ officio, archiepũs accę ptis obsidibus, & infinita pecunia, cum multa pręda ibat Anconã, obsidi one ibi tracta fere per integrum biennium. Tanta erat pertinacia non ce dendi citra uictoriam.

CA. XXVIIII.

Vo tempore Henric⁹ dux Leo, instituta deuotionis gratia longa in terrã sanctam peregrinatione, res primũ diligenti⁹ cõposuit in omni suo principatu. Pribisla⁹ Wãdalorũ princeps ex hoste du ci factus amicissim⁹, operas pollicit⁹ est in gente sua: ut illas in fide cõtine ret. Ergo omnib⁹ ex sententia cõstitutis, adorare decreuit in loco ubi ste terunt pedes Dñici. Saxoniã maxime Wichmãno archiepiscopo Magde burgensi permisit cõmendatam: quẽ in bello aduersum se susceptο talem cõprobauit, ut reddita trãquillitate fidẽ illi in reliquũ semper maximam haberet. Assumpsit aũt itineris sacri comites Cõradum episcopũ Lubicen sem, Henricũ abbatẽ de Brunswico eiusdẽ Cõradi in episcopatu succesſo rem, Bertoldũ abbatẽ de Luneburgo, & memoratũ Pribislauũ principem Obotritorũ, Guncelinũ comitẽ de Zwerino, & Sifridũ comitẽ de Blan kenborg, & alios q̃plures, tam nobiles q̃ ministeriales. Dominã aũt Ma thildam uxorẽ suam, filiam regis Anglię iam pregnantem, domui pręfe cit gubernãdę, honestã illi subdẽs familiã, fœminã apud Deũ & homines optimã, religioni ac deuotioni intentã, eleemosynariã singularẽ: quę castũ domi cõnubium seruabat, filios in timore Dei educabat. Sed hęc postea. Nam tum primogenitũ fœtũ gerebat in utero, Rikensam puellã. Reuer so uero duci peperit filios Hẽricum, Ottonẽ, Wilhelmũ. Profectus infra octauas Epiphanię dux, Purificationẽ Virginis ęgit in Ratispona: Ibi se il li comites iũxere, Hẽric⁹ de Sudbach, & alius de Stire marchiones: & pue nit ad uitricũ suũ nobilẽ Austrię ducẽ Henricũ: qui hospitaliter acceptũ, perbenigne habuit, mõstrauitq; matris eius insignẽ sepulturã, & associãs agmina, duxit in Viennã Austriç: Inde cõscensis nauib⁹, per deuexa Da nubij, diu prono flumine delabit: Equites fluuij ripam legere, eodẽ in ue sperum hospitio cum suo principe excepti. Wormaciẽsis aũt episcop⁹ iti neris cœpit esse comes, ad imperatorẽ oriẽtis a Friderico occidui orbis Im peratore missus, ut spõsalijs initis iungeret per utriusq; liberos affinitates. Verũ eã institutã legationẽ, multi ab Friderico factã sunt interpretati in gratiã ducis, quo Cõstantinopolitano Imperatori cõmendatior haberet,

& per terras eiꝰ tutior incederet. Non ignorauere noſtri principes fluxam fidē Gręculi, ſciētes, ꝙ obliquo ſemper uiſu cerneret, pfectionē occidētaliū principū in terrā oriētalē, quę illiꝰ imperio propior eſſe uideret. XXX.

Equebatur aūt ducē Auſtrię princeps in ultimo ditionis ſuę terminos, ubiꝙ prębens cōmeatus abunde, & magnificētiā principe dignā prę ſe ferebat, uſꝙ ad cōfinia Vngarię: Ibi enim rex ſororem tenebat eiuſdem ducis Auſtrię cōiugem: Quo perductū Leonem regi cōmēdauit in urbe munitiſſima, quā Grane fluuiꝰ cingit. Dux ibi regio exceptus honore, uidit opulentiā & gloriā Vngarorū. Miro tñ dolore ex inopinato caſu afflictabat̄: Nam cum ambo duces mirifice apud regem honorarent̄, dūꝙ rex ipſe acceptis tantis hoſpitio principibꝰ alacrior eſſet, minus prǫuidit periculū ſuū: Inſidiatꝰ enim illi per ſubæratos frater illius, eadē tempora obſeruabat, uenenū illi miſceri curauit, ꝙ eum regno ęgciſſet. Tam erat uis ueneni peracuta, ut ipſa nocte regē ſuffocaret. Territi duces ambo de horrēdo caſu, alter ꝙ ſororē pregnantē inteſtatꝰ rex reliquiſſet, alter ꝙ ad mortē regis turbatis rebus omnibꝰ inſecurior uia eſſet peregrinaturis: Inito ergo cōſilio, euocarūt archiepūm, qui in omni adminiſtratione regi ſecūdus, exequijs regalibꝰ tum preerat in ciuitatibꝰ regni, oratū, ut ſaluū duci aduenę per regnū conductū & tutū iter, ꝓcuraret. Ille ſe cunctis bene ſperare iuſſis, bene uolentē oſtendit: effęcitꝙ, ut Florentiꝰ uir nobilis, qui regio iuſſu ducibꝰ prodibat obuiā, per reliqua regni eundem duceret ſecurum: Iubebaturꝙ nauigio primū de flumine deducere, procurato ꝗd in anguſtijs prouenire ſolet periculo: Cum collectis ex longo interuallo aquis naues emittunt̄: ſcopuli hinc atꝙ inde prǫcipites prominent, & ex ſublimi naues decidentes, arte magiſtra regunt̄: ut ſubditis excipiant̄ aquis: Omnes tranſierūt incolumes prǫter eā quę uectabat ducem: Ille naufragiū paſſus extrahit̄ undis, cæteri nantes terrā petunt: Vbi attigere urbē (Brandeis uocāt) de dominio Cōſtantinopolitano, ibi deficientibus aquis, Danubiꝰ ſe terris cōdit, & diu ſubterlabēs inde euomitur inꝙ Sauā defluit: Relictis ibi nauibꝰ, terreſtre iter ingreſſi, ad nemꝰ pueniunt, quod uocāt Bulgarorū: Ibi difficultatē plurimam experti, plauſtris ſuis iter moleſtū & tardū habuerūt: nā uictualia multa ſecū exportauere. Dux iuſſit plauſtris relictis, cibum quenꝙ ſuū in iumēto conuehere: Vidit uaria multa & magna relicta uideres: carnes aridas cum piſcibus, & unūquenꝙ ſuo intentū oneri iter ꝓperātiꝰ agere. Propinquabāt urbi in profundo ſaltu ſitę: Iam enim dux gentis Henrico aderat, qui illū per inuia ſecurum perduceret: Prǫceſſit ille ad urbem, iuſſitꝙ ciues perbenigne uenientem excipere principē: Sed barbarꝰ populus inhoſpitalis, nulla re adigi poterat ut aditū pateſaceret, priorū forte itinerantiū moleſtijs infenſus: ꝙ miles in magno agmine impune facile peccat. Dux iuſſit quenꝙ ſuorū ad arma parari, qñ pacatū nihil erat, ratus, quod futurū erat, ciues ad prædā exituros: Iubet ſigna erigi, quēꝙ pro ſuo capite fortiter decertare: ſperare propiciū Deū, cuius in terris ueſtigia irent ſpeculari: Si moriendū eſſet, in pia cauſa ſtrenue moriendū: Erat in eiꝰ agmine ad arma ualentiū multitu

do circiter milleducenti. Prętereiens Henric⁹ Leo urbē memoratā agmine quadrato incedit, deſcenditq; in prata ad riuū: Ibi pro captu rerum caſtra cōmuniuit. Circūſiſtebāt ducē primores, cpūs, abbates & comites: Nebula condēſa, cum exorta luce conſurgit: Aderant hoſtes quatuor turmis agmē inuadātes: reſtitere milites, & intēto arcu telū a ducalib⁹ in ducē turmę unius mittit̄: Ille cadit ictus: cęteri fugiūt. Sic iter ingreſſi, ad pugnā ſemper ibāt parati: Nec minus hoſtes infeſti laceſſiuere ducis agmē: Hoc modo nem⁹ egreſſi peruenere Niceā, ubi dux honorifice excipit̄. Impenſa iam tum regia inde duct⁹ eſt Andrinopolim, deinde Iunopolim, & continuato itinere in propinqua Cōſtantinopolis peruenere ad diem Paraſceues: Ibi Dñicę paſſionis peracta memoria, ſacrū etiā ſabbathū peręgerūt. Mane primo Dñicę reſurrectionis peractis ſolennibus myſterijs, prandio refęcti, iuſſi petiuere curiā Impatoris. Pręmiſerat aūt dux innumera multa precioſa ex optimis terrę ſuę: equos pulcherrimos ſellatos, ueſtitos, phaleratos, loricas, galeas, ueſtes de ſcarleto, lineaſq; tenuiſſimas.

XXXI.

Imperator ipſe Cōſtātinopolitan⁹, ornatu regio, cū magnis pōtificib⁹, principib⁹, & optimatib⁹ curię ſuę pręſtolabat̄ aduentum ducis. Erat taūt eo in loco uenatorius hort⁹ latiſſim⁹, planiſſimus muratus (Foreſtā uocāt) Et ad oſtendēdā gloriā pręcepit Imperator principibus ſuis, ut omnes ſolennitati intereſſent tanti hoſpitis excipiendi. Videres illic tentoria multa ſine numero, erecta in foreſta, biſſina, purpurea, capitellis aureis paxillor̄, & pro cuiuſq; fortuna uario inſtructu ornata. Venięs dux honorifice cōſalutat̄: et quia, pceſſionis ſolēnitas īſtabat, precedebat Impator ducē ſibi ex latere cōſociās: Erat ſtrata ſemita tota purpurea, & deſup tecta aurifrigijs, ornata aureis circū lāpadib⁹ & coronis: Hac incedebat ſtatio pontificū & clericor̄, proſequēte Imperatore, cum hoſpite duce, & militibus tantū peregrinis: Peruenerūt ad tentoriū aureū, qđ totum incāduit gēmis & lapidibus precioſis: Inde per eandē uiam reuerſi ſunt ad eccleſiā: & collocatus eſt rex in throno ſuo ſublimi, & dux in alio paulum humiliore iuxta eum: miſſarūq; ſolēnia tum peragebātur de more: deinde illis expletis myſterijs, ad Imperatoris menſam opipare & regio luxu excępti, cum ſermo hinc inde uarijs de rebus ſereretur, dñs Wormacienſis introduxit occaſionē ueteris inter Grecos & Latinos diſputationis ſuper Spirituſſancti pceſſione: quē nos a patre & filio, Gręci a ſolo patre contendūt procedere: Miſerandū ſibi uideri ſolitū dicebat, q; per tanta ſę cula inter utriuſq; linguę prędara lumina, diſſenſio ad unionē & cōcordiam redire non poterat. Cunq; Gręci in iuſtificationē ſuę partis multa de euangelijs, plura de doctor̄ traditionibus introduxiſſent teſtimonia, diu tacitus aſſedit Hēric⁹ abbas Brūſwickcēſis, uir ſui tēporis, & doctiſſimus, & per omnia diſertiſſimus. Vbi data eſt copia ſandi, cœpit ex Græcis doctoribus oſtēdere & introducere teſtimonia, Chryſoſtomi, Gregorij Nazianzeni, Cyrilli, cęterorūq;, quib⁹ illi cōtradicere non poterāt: oſtēditq; cōtrouerſiā, quę uidebat̄ eſſe, non de re, ſed de uerbo: cum ipſi Græci doctores, quod eorū uerbis mōſtrauit, ſentirēt manifeſte Spiritū ſanctum ex

utroq; procedere. Conuertit omniũ in se ora: & tam Grecor; q̃ nostrorũ cõfessione in re profundissima, liquido, disertoq; sermone fertur porasse: ibiq; apud Henricum ducẽ sui nominis claritudinẽ amplificauit: dilectior inde habitus, q; etiã Grecor; asseueratione rem obscurã insigniter liquidasset. Dux aũt uenia abeundi petita, ab regina regaliter munerat: tãtam sericei panni ab illa copiã accipiẽs (samittã uocãt) ut omnẽ inde suã familiã peruestiret: addiditq; pelles uarias, & cuiq; proprie pellem Zabolinam colli ac ceruicis integumento: quod genus donarij, perseuerat hodie in gente Russorum.

CA. XXXII.

Imperator ducem insigni donat naui cum armaturis. Valefacto dux omnib⁹ mare cum suis ingredit. Cũq; omnibus impedimẽtis in naues stipatis procederent, pandũt uela uentis: Omnia primo cursu illis prospera fuere: inde sequissima tempestas exorta, misit omnes in timore: ipsi palluerunt nautę: nam in scopulos impigi aduersus omnes suos conatus formidabãt ui tẽpestatis. Prę sentemq; uiris intentãt omnia mortem. Erat inter nauigantes quispiã, quẽ somn⁹ oppressit, ut solet interdum, ex mœrore: Visus est uidere reginam prope assistere, quã incũctãter cœli Dñam interpretat: Sic erat oris habit⁹, & toti⁹ corporis dignitas incomparabilis. Ea uisa est alloqui tristẽ, quid mœreret rogãs: uides, inquit ille o Dña, nos in media morte agere. At illa: Cõfide, nemo ex uobis naufragabitur: Est inter nauigãtes, qui me precibus suis sibi facit obnoxiam: Quo dicto disparuit. Qui uiderat uisionẽ animo firmior factus, Hẽricum eundẽ qui disputauerat illũ arbitratus est esse hominẽ, cui⁹ meritis nemo in tanto periculo periret: Cadũt uenti, procellę detumescũt, nautę imperãt naui, & saluos perducũt in Accon uectores: Ptolemaidã olim dixere, nũc Accon uocãt: alij etiã Acris, portũ urbis egregię: quę tum Christiano tenebatur Imperio: Ibi dux egressus naui, hospitaliter excipitur. Ascẽsis aũt iumẽtis, inde Ierosolymã cõtendit. Templarij aũt, & Hospitalarij milites, ad famã tanti ducis progressi, solenni illum comitatu duxerũt in urbẽ: Ibi sancta loca deuot⁹ inuisit: Ad dñicum sepulchrũ, ad locũ Crucis, ad reliqua etiã Dñicæ memorię uestigia deuote procubuit, oblationes faciẽs nõ paruas: Portã Crucis Christi argento uestiuit: Musiuo opere parietes ornauit: Ad luminaria reddit⁹ cõstituit: Mille argenti marchas in donatiua militib⁹ Christi dedit: Vallem Iosaphat, montẽ Syon, Oliueti, Nazareth Bethlehem, Tabor inuisit. Omia uero sancta loca Hẽric⁹ abbas lachrymis & suspirijs insigniuit, sacrũ, ubi poterat, implens altaris ministeriũ cum sacrificio. Nam in omni peregrinatione uir ille memorabilis, indut⁹ cilicio, antelucano tempore matutinali expleto officio, altaris sacrificiũ si quo modo poterat iplebat, beatissimę Virgini, cui se & omnẽ gregẽ cõmẽdabat, semper deuotissim⁹. Rex erat in Ierusalẽ illa tempestate, Amalricus genere Gallus de sanguine & posteritate Balduinor;: Is ducẽ sua in regia magnifice per duos habuit menses, princeps principẽ, Christian⁹ Christianũ ueneratus. Templarij atq; Hospitalarij ducẽ per uiam qua ire libebat deduxere. Conradus interim epũs Lubicẽsis cœpit corpore tabescere: Ber-

toldus non minus abbas Luneburgẽsis lasseſcere: Dux Antiochiã inuiſere cupiens, iuſſit illos interea refici Ieroſolymis: ipſe abiens deducit militia Tẽplariorũ & fratrũ Hoſpitalariorũ. Epiſcopꝰ relinqui non paſſus, nauigio inſequitur ducẽ preeũtem: Sed in mari aucta, ut ſolet, ęgritudine, cum Tyro propinquaret, ſpiritũ efflauit: Ibiq; opera Guncelini comitis honorifice tumulatur. Bertoldus quoq; Luneburgẽsis abbas Accon expectare ducẽ, pfectus, finẽ fęcit uiuẽdi, tumulatꝰ ibidem.

CA. XXXIII.

Enricꝰ aũt dux luſtrata terra ſancta, quã inuiſere uenerat, ex Antiochia in uicinas terras repedaturus reſpexit: Tenebat proxima h Milo Saracẽnꝰ, homo uarius, & cuius ſemper fidẽ ſuſpectã duxere Chriſtiani: Placuit cõſilio principis Antiocheni pertentare animũ Saraceni: Itaq; dux miſſo ad eũ nũcio linguę gnaro ſaluũ per terrã eius & incolumem tranſitũ poſtulauit: Ille non recuſans, uiginti ſuoꝝ de primoribꝰ illi obuiã miſit, qui deducerẽt. Sed princeps Antiochenus uir Chriſtianiſſimus, cõfidere promiſſis eius non ſatis ſecurũ ratus, ſuaſit ut accępta naue die ac nocte trãſiret in portũ Symeonis, magna ex parte prętereuectꝰ terrã Milonis. Sequutꝰ dux cõſilium principis eo cõtenderat in ciuitatẽ, quam uocãt Terſult: Eam poſtea Milo, cꝝ intellexiſſet eo diuertiſſe ſe cõtempto peregrinos expugnauit. Soldanꝰ aũt princeps Turcoꝝ miſit obuiã Henrico ad cõductũ uiros quingẽtos: qui ab incurſione Milonis ducẽ tuerentur. Aſiam tum arbitror minorẽ tenuiſſe Henricũ, in qua Turci dominantur, appellaturq; nũc Turcia magna: Trãſierant terrã deſertã, inuiã, & inaquoſam, itinere triũ dierũ, omnia portãtes in equis ad uitę uſum neceſſaria: Erat enim Armeniæ pars, donec peruenirẽt in Heracleã: Quo in loco hoſpitaliter etiã a Turcis excipitur. In loco aũt, qui dicitur Axarat, occurrit ei Soldanus, amplexãs, & deoſculans ducẽ, ſuũ cꝝ appellans amiciſſime cõſanguineũ: Gratulatꝰ incolumẽ ad ſe pueniſſe de inimica terra Milonis omniũ cõmunis hoſtis. Percũctatur dux, quid ſe ſuũ dignetur uocitare cõſanguineũ hominẽ de terra lõginqua? Tum ille: princeps Ruſſorũ olim accępta Theutonica cõiuge filiã procreauit: quã pater in has terras nuptã deſpõdit, unde mihi origo eſt: Placuit duci undecũq; traducta cognatio dulce illi fuit in homine alienigena humanitatis illa recognitio, etiã e longinqua cognatione: Omnes enim ille Theutonicos principes, terraꝝ ignarus, unius eſſe ſtirpis ducebat: dedit autem duci dona plurima, Tunicam auratam eo precio, ut dux non ſuo corpori, ſed diuino cogitarat, quod & impleuit, aptare miniſterio. Iuſſit adduci equos milleoctingentos, militibuſq; permiſit Henrici, ut quiſq; ſuo ordine quẽ magis probaret tolleret: Accępit quiſq; ſuũ. Inde producti caballi triginta inſignes dono duci, ſellis, phaleris, frenis auratis pro magnificẽtia ſingulari: Addidit domos ſex de more gentis ſiltrinas, & ſex camelos qui ferrẽt, cũ ſeruis, qui beſtias gubernarẽt: Addidit duos leopardos, & equos, & ſeruos: Docti enim erant leopardi in equis uectari. Cũq; modis omnibꝰ benigniſſime & humaniſſime cum duce ageret, ille familiaritate fretus ſumpſit audaciã: Miror inquiẽs, prudentẽ principẽ nõ ſectari uerã Chriſti religionẽ pietate, & uirtu

te plenã: quę si tibi soli adesset, omniũ quos uiderim principũ faceret fœlicissimum. Ille sub hęc: Non est ait difficile credere, ꝙ Deus qñ uoluit de immaculata Virgine carnẽ assumpsit, qui hominẽ primũ de terra uirgine plasmauit: sed omniũ cõmunis Dñs, non uno uoluit ab omnib⁹ honorari cultu, Dux non ausus profundiorẽ ingredi cum homine super ea re sermonem, ualefacto multa cum gratitudine discessit: Cõductũ tñ eius habẽs, per uicinas Turcoꝝ ciuitates puenit in terrã desertã, ubi rex quondã Conradus cum suo memorat̃ agmine cõstitisse, cum fraude Imperatoris Constãtinopolitani farinę calcẽ immiscẽtis, multis exitio fuere militib⁹. Nam Cõradus rex ęgrũ trahẽs exercitũ, difficilimo itinere peruenit in terrã sanctam, Dux ꝙꝫ inde expedit⁹, ꝑtransitis aliꝙt ciuitatibus, quas eo in littore dux quondã Godfridus expugnauit, peruenerat ad brachiũ sancti Georgij: indeꝫ traꝫciẽs, breui cõtendit redire Cõstantinopolim: Redeuntẽ Imperator non illiberaliter excępit: Ibi enim iumẽta sua ducis milites reliquere: quib⁹ recęptis Monopolim contenderũt: Sed & ibi Imperator iussit ducẽ hospitaliter dimitti in uiã suã: Offerri quoꝫ precępit munera pretiosa, quatuordecim onera muloꝝ. Sed dux modestiã prę̃ferens non accępit. Cunꝫ attenti⁹ moneret̃ liberalitatẽ tãti principis non cõtemnere, tandem cessit: ut quibusdã sanctoꝝ reliquijs magno munere accæptis, quibusdam etiã gẽmis, magna cum gratitudine ualefaciẽs, Germaniã suã magnis itinerib⁹ repetiuit. Sed primũ Bulgaroꝝ nemus, in quo pridẽ laborabat peruadẽs, puenit ad regẽ Vngaroꝝ: qui post mortẽ fratris rex creatus, magnis apparatib⁹ ducẽ accępit: & per regnũ suũ præbẽs cõmeatus, cum ingenti dimisit honore: & puenit tandẽ suã in Bauariã. Audiuit aũt Augustũ in Augusta cõsidere, quẽ adiẽs cõsalutauit: Ille gratulat⁹ amico ꝙ de uia longinqua & periculosa recæpisset incolumẽ, perbenigne excępit uenientẽ, ac dimisit. Descendẽs aũt in Saxoniã, iam anno euoluto, Brũswicum redijt, domũ suam reuisens, Ecclesiã aũt multis sanctoꝝ reliquijs, auratis, atꝙ sericeis uestibus exornauit, quas secũ tulerat: Quę res hodie quoꝫ cernitur in ecclesia sancti Blasij eius loci primaria. XXXIIII.

Peregrinati cum peregrinãte duce, nos ꝙꝫ reuertẽtes in idipsum, p cœpta Saxonię prę̃clara facinora exequamur. Hãc uero peregrinationẽ fabulæ locũ tribuisse arbitror de Henrico, qui per uariã fortunã peregrinatus, magnis & multis periculis emergẽs, difficili labore in terrã suã reuersus, leonẽ aduexerit, qui sepulchrũ eius seruet. Hęc uero narratio q̃ puerilis & delira sit, facile intelligũt uiri sensati: Peregrinat⁹ est Leo: Sed qm̃ ignorabat fabulator quo puenerit, cõminiscitur indoctã fabulã de leone & dracone. Ignorabat asell⁹ iste bipes, ꝙcũꝫ fabulã prim⁹ cõmẽtus est, hũc principẽ ab initio ętatis suę cognomẽtũ accępisse Leonis, quõ pater ei⁹, Catuli, & Albert⁹ marchio, Vrsi: Inde nouerit eũ esse leonem, quẽ ęneũ cernit rugienti similẽ in burgo Brunswici. Et qm̃ in Wandalia sumus exequuti, quo feruore, qua deuotione uiduata Lubicẽsis ecclesia Henricũ abbatẽ sancti Egidij Brũswickcẽsis poposcerit, accęperitꝙ epũm, hoc loco transilim⁹. Per quę tẽpora Christian⁹ Mogũtin⁹ archiepi

ſcopus pro Imperatore cuncta gerebat in Italia. Mirũ dictu: homo Theu tonicus, natione Turingus, non minor facundia, q̃ geſtarꝝ rerũ gloria, La tina, Grꝛca, Italica, & Brabãtina lingua iuxta utebaꝫ. Ferũt rumore tum diſſeminatũ qꝓ aſini & meretrices in exercitu eiꝰ, maioribꝰ uterentꝫ ſumpti bus, q̃ tota Imperatoris familia, quꝛ tum opulẽtiſſima uidebaꝫ. Clerici, & fœminꝛ exercitꝰ eiꝰ duo prꝛſidia firmiſſima ferunꝫ in deditionẽ accꝛpiſſe. Paſchalis quẽ tum Impator pro ſummo põtifice uenerabaꝫ, uiri ſtrenui tatem amplexans, demiratus, ſic ei ſcribere ſolebat: Chriſtiano Chriſtia niſſimo apoſtolicꝛ ſedis legato, Imperialis aulꝛ cãcellario, Romanꝛ eccle ſiꝛ filio fideliſſimo: Salutẽ & apoſtolicã benedictionẽ. Is tũc Anconã diu obſeſſam fame ſic affꝛcerat, ut calceorũ & ſutorũ coria uoraretꝫ. Subiuga uit etiã Ferrariã, & Rauennã: Sequẽti aũt anno ſubactã deſtruxit, & na ues trecẽtas piraticas ſuis uſibus aptauit. Paſchalis aũt breui cõceſſit in fa ta, & ſurrogatꝰ eſt Iohãnes Strumẽſis abbas, quẽ appellauere Calixtum. Imperator deinde ſchiſma faſtidiẽs, de pace cogitauit: Nã Alexandro re gna pene omnia cõſenſerũt: Solus Chriſtianꝰ pauit Calixtũ in ualle Spo letana. Quo tempore, iam cũctis in partẽ Alexãdri cadentibꝰ, Longobar di, qui hactenꝰ Imperatori fauebãt, armis coacti, in cõtrariũ relabebantur, rebellionẽ molientes: Cunqꝫ armis, quꝛ in Italia haberet Imperator tantis motibus uideretꝫ impar, in Germaniã trãſmiſſis alpibus, cõtendit: euoca toqꝫ principũ cœtu, queſtus eſt Italiæ, & prꝛſertim Lũbardiꝛ, quꝛ regio propius debebaꝫ a memoria Karoli Magni, & Ottonis. I. contumaciam, ſummis docebat adnitendũ uiribus: ut Imperij iura non labefactẽtur per Italiam primariã regni partem.

CA. XXXV.

Derat huic cœtui Hẽricꝰ dux Leo, cuiꝰ prꝛcipua erat authoritas
a in omni cõuentu Imperij, quẽ tum ante alios appellãs Imperator orabat, ut expeditioni tantæ non deeſſet, cõſilio, & armis, pro ſuà parte tutaturꝰ Imperiũ & rẽpublicã, multũ terroris hoſtibꝰ incutiendum ex illius prꝛſentia. Ibi Henricꝰ cauſatꝰ ꝛtatem, & iam imminentẽ ſenectam tolerare ſe priſtinos non poſſe labores, affuturum armis, opibus, uiris, & omni quo poſſit apparatu, tantũ illi remittaꝫ pſonalis militia. Tum Impe rator: Deꝰ, inquit, cœli te inter principes ſublimauit, diuitijs, honoribuſqꝫ ſuper omnes euexit, omne robur Imperij in te recumbit, & iuſtũ eſt, ut ad cõfortandas manꝰ omniũ huic te negocio prꝛſentẽ exhibeas: ut reſpubli ca, quꝛ labi cœpit, per te cõualeſcat, per quẽ ſtetiſſe ſe hactenꝰ cõfiteꝫ: me morem te eſſe uolumꝰ, qꝓ nihil unq̃ tuꝛ uoluntati negauimꝰ: Et quia in ho nore omni tuo amplificãdo parati ſemper fuimꝰ, inimicis tuis hoſtes exhi buimꝰ, & nullũ aduerſus te prꝛualere paſſi ſumꝰ: Sed ut ſacramẽtorꝫ fidẽ omittamꝰ, quꝛ Imperio impẽderas, meminiſſe te uolumꝰ cõſanguinitatis, qua nobis ſuper omnia quꝛ diximꝰ deuinctꝰ teneris: ut in hoc neceſſitatis articulo, omni conatu, proximo tuo dño & amico cõcurras: ut de cꝛtero perfruaris ad omnia, ut cõſueueras, noſtra beneuolẽtia. Cunqꝫ dux impla cabilis in ſentẽtia permaneret, omnia quidẽ obſeqa quꝛ poſſet prꝛ ſe ferret ſolam orabat perſonã laboribꝰ eximi, Imperator cõſurgens de ſolio ſuo,

utpote,quē anguſtię cōprehēderāt,ad pedes ducis ſe inclinabat ſubmitte re. Dux uehemēter turbat⁹ ad hoc Imperatoris factū, ꝙ incuruaret, ſub qno curuatur orbis,apprehēdens mediū,non eſt paſſus cōcidere: Nec tñ flexus animo cōſenſit uoto. Hęc ueriſimilior eſt narratio hominis cōtemporanei, q̄ illa quę uulgo fert. Impatorē ad ducis pedes ꝓcidiſſe,ducē ne leuare dignantē,cum Imperatrix, quę aderat Cęſarē terra leuaſſet: Surge inquiēs,mi dñe: memor eſſe uelis caſus hui⁹,memineritq; De⁹: Nam non fuiſſe tātam in duce barbariē ueri ſimile eſt: ut pateret ante ſe Imperatorē procūbentē iacere: Nec de loco cōgruit inter narrātes. Nam ea quā magis probo expoſitio refert in cōuentu concilij rem geſtā: altera uero in caſtris actū cōtēdit: facitq; ducē ictū ex Mediolano phalarica,quę auri pondus proięciſſet. Sed pręfero narrationē ueri ſimiliorē ex authore temporę illoręq;,cuius ad fidem uerba poſui.

CA. XXXVI.

Imperator,ira diſſimulata, quā agitabat pudor cōtempt⁹,in humilitate ſua: reuerſus cum exercitu in Italiā,quem tum cōtrahere poterat, uirib⁹ ualidiſſimo: adiuuāte partes eius cum omni inſtā tia Chriſtiano Mogūtino prędule: qui etiā ad finē uitę ſuæ Longobardiā uaſtabat,ſubijciēs illā Imperio,magiſq; militans Imperatori terreno,q̄ cœleſti,Mediolanēſes cum cęteris ad iuga coęgit. Tum uero irrogatā Imperatrici cōtumeliā ferē uindicaſſe. Aiūt illā fœminea,ut putabat,ſecuritate, urbē intraſſe,cum illā cōſpicere plurimū amaret: nec potuit aut ſęuitiam, aut cōtumeliā ab eis qui parerēt Imperio formidare. Sed plębęi ciues male affęcti Imperatori,cum iterū rebellionē meditarent, inſolentia ſingulari petulantiā ſuā aperuerūt,obliti decoris ſui,fœmineiq;, obliti armoręq; Cæſaris,quę ſępi⁹ illis cum uictoria intentauit: Regiā dñam mulę impoſitam capite obuerſo in caudā beſtię, tradidere in man⁹ pro freno eiuſdē beſtię caudā: Ita ludibrio habitā emiſere per portā alterā. Auxit iracūdiā Cęſaris iuſta indignatio: obſeſſos purget,ut ſępe alias, ad deditionē, neq; bellum, neq; pacē perferre potētes. Tum deditos illa lege accępit, eos qui uiuere mallēt,ficū de genitalib⁹ mulę dētibus eximerēt,alioqui mox obtrūcādi: Multi pręponebāt mortē ignominię: uitę cupidi fęcere q̄d iubebant. Vnde nata eſt Italis illa cōtumelioſa irriſio, cum digito inter duos oſtēſo proferūt,Eccola fico: Hęc eſt illa ficus,quā tuliſtis Mediolanēſes per ſummam ignominiā,unde horror eſt, digna ſuperbię uindicta: Et omnib⁹ ex ſententia cōſtitutis in ea prouincia,rediit Imperator in Germaniā, animo ſecum uoluēs Hērici ducis in ſe cōtumaciam: memor cōcitationis priſtinę omniū principū Saxonię in eū. Audiuit tum diligēter querimonias eccleſiarum ſuper Hērici nomine,principū omniū in eū murmura: qui iam libera uoce accuſabāt ducē,cui ſciebāt infenſum Imperatorē: Alij quidē Imperatoris iniuriā uerbis ingrauabāt: alij proprias,uel iniurias,uel cōtumelias,recordabant: Vnus erat Henricus,in quē omniū odia cōmuni impetu dirigerent. Imperator ſciēs quē eſſet oppugnatur⁹ principē,quātis uirib⁹, quo ingenio,qua fortuna,anniſus eſt & ipſe rem prudēter agere: A recōciliatione eccleſię ſumere principiū inſtituit, arbitrat⁹ perinde totius Italię,

& omniū regū, fauorē propenſiorē: ne turbatio addita turbationi, inſupe rabilem motum & incendium inextinguibile cōcitaret. XXXVII.

a Nnus erat ſeptuageſimuſſeptim⁹, & ut Euſebi⁹ cōtinuator tradit octau⁹, ut alij nonus, poſt millecentū, cum Imperator iam Ottone filio, quē claſſi prǫfecit, Veneta claſſe interǫpto, Venetias, ubi erat ſumm⁹ pontifex Alexāder perducto de pace, ac recōciliatione efficaciter cogitauit: Ergo ceſſante ſchiſmate, quod per annos. XX. miſerabiliter durauit, pax rediit inter regnū & ſacerdotiū: & coadunata eſt eccleſia ſub Alexādro, & factū eſt unū ouile & unus paſtor. Ceſſit a ſchiſmate Calixtus Iohānes, & factus eſt epūs Beneuētan⁹: Archiepiſcopi pallia acǫpta a ſchiſmaticis abiǫcerūt. Chriſtian⁹ Mogūtinus, Philippus Colonienſis, per man⁹ Hiacincti cardinalis noua pallia receperūt, refutātes omnia ſchiſmata, præcipue Octauiani, Guidonis, & Iohānis. Quo tēpore Emanuel Grǫcorū Imperator, bellū in Sultanū habuit: de quo Imperatori oc cidētis ſic ferē ſcripſiſſe: Emanuel in Chriſto fidelis imperator, Porphirio genitus diuinitus coronat⁹, regnator potēs, excelſus & ſemper Auguſt⁹, moderator Romanorū magnific⁹: Nobiliſſimo & glorioſiſſimo regi Alemanię & Imperatori, ac dilecto fratri Imperij noſtri: Salutem & fraterni amoris affǫctū: Et in fine ſic cōcluſit: Sultanus Imperio noſtro ſe dedidit, & miſſis legatis miſericordiā poſtulauit: fǫcitq; Imperio noſtro hominiū, & iuramēta: pollicitus eſt ſeruire nobis aduerſus omnē hominē cum exercitu: ita ſit amicorū noſtrorū amicus, & hoſtis inimicorū. Hāc epiſtolā Imperator Fridericus ſuſcǫpit ſcriptā aureis literis. Sed prius legationē Sultani accǫpit cōtraria omnia nūciantē: Nam & exitus mōſtrauit prǫualuiſſe Sultanū. Venerūt q̄q; Imperatori cum his literis munera prǫcioſa: inter quę fuit cātarus Smaragdīneus, capiēs ſextariū balſami piſtici, & plurimę gēmę precioſę. Imperator noſter non bene fiſus Conſtantinopolitano, & ęgre ferēs nomē eius in literis ſuo prǫpoſitū, maxime cū moliretē cōtra Imperiū Romanū, & plures ex Romanis corruptos, in ſuā traxiſſet ille sentētiā: nec ferre poterat, ꝙ ſe Romanorū ſcriberet moderatorē, reſcripſit hac forma: Fridericus diuina fauēte clemētia, inclytus, triūphator, Romanorū Imperator, a Deo coronat⁹, ſublimis in Chriſto fidelis, magnus, pacific⁹, glorioſus Cęſar, Grǫcorū moderator, & ſemper Auguſt⁹: Nobili & illuſtri regi Grǫcorū, & Imperatori Emanueli, dilecto fratri noſtro: Salutē & fraterni amoris affǫctū: Et inter cętera ſic: Sicut ille rex regū, a quo omnis poteſtas Ro. Imperiū caput toti⁹ orbis cōſtituit, ita etiā ſedē Romanę eccleſię omniū eccleſiarū unicā matrē dñam magiſtrāq; ordinauit: q̄d utiq; duorū numero gladiorū ſignauit, q̄s dixit orbi ſufficere, ipſe author fidei Chriſtianę: quapropter tuā prudētiā cōmonem⁹, quatin⁹ nobis & Romano Imperio honorē debitū recognoſcas, & ſummo pontifici quē nomine ſanctū appellas, debitā exhibeas obedientiā & honorē. Remiſit aūt Imperator nūcios multis muneribus honoratos. Quo quidē tempore Sifridus Brādenburgenſis epiſcopus, Alberti marchionis filius, in ſedē Bremēſem ad quā ante. XV. annos electus fuit, tranſſertē. CA. XXXVIII.

Vlricus erat Halberstadēsis episcopus, qui, ꝙ Alexandro pareret, a sede sua eiectus exulabat: iamq; reb⁹ cōpositis, redibat ad eccle siam suā. Is erat Hērico duci infestissim⁹. Man⁹ aūt Imperatoris hūc erat in persequutione Hērici cum illo. Statim ergo ad illius reditū cō mota est terra in qua fauētibus principib⁹ oriētalis Saxonię, multa in Hē ricum ducē cœpit emoliri, fugato Gerone intruso, omnib⁹, quę per illum multis annis ordinata fuere, cassatis: Omnes ab eo consecrati, sunt officio suspēsi. Ecclesię, quas ille magis execrauit, q̄ cōsecrauit, clausę sunt: & cor pus beati Burchardi, quod ille trāstulerat, per Vlricū terrę reconditū est. Quo tēpore, Hēricus dux in Wādalia expugnauit urbē Demyn: Audi to aūt de ingressu Vlrici, iā se intellexit esse circūuentū: Vocatis admodū paucis ex familiarib⁹, dixit, sine omni mora in Saxoniā redeūdum: Edo cet, maxime trās Albiā noua sibi bella cōsurgere: Quocirca properādum, & res omnes hoc loco interrūpēdas. Tum machinar⁹ magister: Si hoc, in quit, tibi cordi est possumus incendio urbis finire bellū. Non hoc placuit duci cœptū. Nam incendio nocere hosti, sibi nihil prodesse, futurū facile: ut hostes resumptis uiribus, ubi declinauerit, sua uicissim incendio uasta turos. Reb⁹ igitur per industriā subornatis, effęcit: ut hostes de pace obsi des exhiberēt: Quibus acceptis Brūswicū repedauit. Vlricus aūt Halber stadensis, occupabat montē, qui dicit Hoppelberch, firmās in eo prę sidiū. Hēricus dux aduolās, facile diruit quę ille firmasse putabat. Illo abeunte, opus renouarūt hostes, magisq; roborati, redeūtem ducē repulerūt, non nullis cęsis, aliquot etiā captis. Mortu⁹ est eo tēpore Hēricus comes, uitri cus Adolphi Holsatię comitis: Mater eius Mathildis, prudēs & religiosa fœmina, soluta a lege mariti, domū illi⁹ sapiēter disponebat: Qui cum mi les factus esset, non degenerauit a uirtute paterna. Sed tum in Hēricū du cem uno omnes animo cōspirarūt, qui Imperatori gratificari uolebāt. In primis Philippus Coloniēsis archiepūs magno agmine terrā ducis ingre ditur, deuastās incendijs multis Westphaliā: & ita, pcessit usq; in Quern hamelen, nec ultra progressus, redijt, Visurgū fluuiū iam habēs obuium. Circa eosdē dies reuersus est Imperator de Italia, & occurrēs illi Henricus Spirā, quest⁹ est de Philippo prę sente, ꝙ terrā illi⁹ sit hostiliter ingressus, cum nihil in eū hostile unq̄ fęcerit. Imperator tum dissimulās quod sentie bat, curiā illis indixit apud Wormaciā: ducē prę cipue adesse iussit, respon surum querimonijs principū. Intelligēs aūt dux rerū inclinationē, eo ueni re dissimulauit. Imperator secūdam illi indixit in Magdeburgo, ubi The odericus de Lādesberch marchio duellū ei obtulit, imponēs & insimulās eum de quibusdā in Imperiū tradimētis. Indignationis autē propior uisa est ratio, ꝙ Wādali cōniuente Hērico terrā illi⁹ excursionib⁹ infestarunt. Dux ubi cōperit, adesse noluit: In Adesleph tñ uicino loco cōstitutus, per nūcios apud Imperatorē ęgit, ut fide publica interposita, in colloquiū illū secretū admittere dignaret. Imperator exiuit, occurrēs illi ad locū cōstitu tum: Quē dux placidis uerbis, ubi in cōspectū uenit, lenire studebat. Im perator aūt quinq; millū marchar⁹ mulctā duci indixit, cōsiliūq; addidit

ut ea leui tanto principi pecunia persoluta, satisfeciſſe uideretur Imperio: & perinde facile futurū spondebat, accusantes principes, ut cōplacarent. Sed duci uisum est indignū pecuniā in causam trāsactionis, non sine honoris macula, persoluere. Itaq; sine fine discessere. Inde Imperator tertiam illi curiā Goslarię prefixit: quā, ut priores, dux dissimulādo neglexit. Imperator igitur procedēs in cōcionē, de more proceres sciscitat⁹ est, sentētiā quę rens, quid mereret, qui legitime euocatus, tertio cōtumaciter abesset? Cui ex sententia principū est respōsum, q̄ dictāte iusticia, omni sit honore destituendus: ut proscriptione publica iudicat⁹, & ducatu, & omnib⁹ careat ab Imperio beneficijs, alter in eius locū cōsurgat. Cōfirmat ergo sentētia: Imperator adiudicauit fieri quod ꝓceres dictauere. Ne tamen in re tanta precipitatū uideret: & priusq̄ publice destitueret, rogatu nōnullorę, ex superabūdanti, quarta est illi denūciata curia: Ad quā cū nō ueniſſet, sentētia solenniter promulgata destituit, omni, quod ad Imperiū pertineret, honore, & beneficio: Bernhardo de Anehold comiti, filio Alberti marchionis: q̄ ex eadē Magni nouissimi ducis stirpe per auiā descēderet, ducat⁹ Saxonię solenni donat apparatu. Dux ubi cōperit, questus est atrocē sibi irrogari iniuriā: q̄ natus in Sueuia, non nisi in terra natiuitatis sue potuerit, ac debuerit destitui: nec potuerit nisi in terra natiua proscriptione damnari. Erat aūt annus post millecentū octogesimus. Ea uero res in Herbipoli ciuitate Frācię orientalis agebatur. CA. XXXVIIII.

Acta aūt destitutione, iam tūc euigilarūt omnes hostes ei⁹. Philippus Colonienſis archiepiscopus iterū expeditione facta, processit in Westphaliā: Ibi nihil sanctū, nihil religiosum: incendia, prędę, oīa miscuere: Effracta monasteria, uiolatę sacrę uirgines: Vix expleto ministerio, calices rapti de altari. Tantū aūt sibi ex illo tempore iuris uendicabat in eā terrā: ut in reliquū se semper scriberet cum posteris ducē Westphalię. Wichmānus Magdeburgēsis archiepūs, Aldesleph opidū obsedit: Inerat ualidū Hērici pręsidiū. Bernhardus de Lippia prefuit obsessis. Multa tentata sunt in expugnationē: sed frustrata fortiter tuentib⁹ qui inerāt. Demū iactis uallis, aquā fecerūt increscere, ut dom⁹ ad trabes usq̄ implerent: Nec sic cessere obsessi. Cum aūt omnes perinde cōmeatus corrūperent, pacti arma & uestes, dimittunt incolumes, & opidū fundit⁹ euertitur. Interea Vlric⁹ Halberstadēsis, omnibus modis instabat, ut Hēricum persequeret, adeo, ut excōmunicationis maledicta sępius in eū repeteret, facta suspensione diuinorū (interdictū uocāt) in omni loco ad quem declinaret: Tantū in monasterijs sub silentio diuina celebrabātur, clausis ianuis, propter excōmunicatos. Dux aūt ut uir fidelis non leuipēdens ecclesiasticū mucronē, uenit Halberstadiū cum suis, & in cōtritione cordis, humiliatus est usq̄ ad pedes episcopi: Solutus est a uinculo anathematis cum suis, facta solenniter absolutione: & sensit cum episcopo & ecclesia illa quę pacis sunt: Nec tñ diu durauit trāquillitas. Nam idem episcop⁹ impatiens ferebatur ocij & quietis, & iterū occasione accępta, alienat⁹ est a duce: & addit⁹ inimicis ei⁹, multa cōtra eū studuit emoliri. Dux aūt congre-

gato exercitu, mouit in Westphaliã: ut exterminaret, qui starẽt pro Colo nienſi. Preerat ducalib⁹ Adolphus Holſatię comes, & Scowẽborg, filius eius, qui apud Demyn cecidit in acie: Aderat Bernhardus comes de Ra ceesborg, Bernhardus comes de Welpe, qui uel ſolus, alijs a duce defici entibus, in fide permanſit. Guncelinus comes de Zwerino, Ludolphus comes, & Wilbrãdus frater de Halremũde, ut pugnarẽt cõtra archiepũm Coloniẽſem, & qui illi adhęrerẽt, erãt Symõ comes de Tekenẽborg, Her mannus comes de Rauensberge, Widekindus comes de Zwalẽberg, & conuenerãt iuxta Oſnaburgã. Cõgreſſi aũt ſunt in Halrefeld, & man⁹ cõ ferentes fortiſſime diu pugnarũt: ſed ceſſere Weſtphali, Saxones pręualu erũt. Inter multos aũt eminuit uirt⁹ Holſatorꝝ, qui pro ſuo comite fortiter agentes, repulerũt hoſtes. Capt⁹ eſt Symon de Tekenẽborg comes, & cõ iectus eſt in uincula, donec ad libitũ ducis laxarẽt: ex quo tempore cępit duci comes ſemper eſſe notiſſimus prõptiſſimuſq;. Facta eſt aũt cõtentio de captiuis, cum dux illos ſuo iure deputaret: Adolph⁹, & cæteri nobiles aſſeruere proprijs ſe ſtipendijs militare: ſuo cuiq; lucro prouenire, q̃d ca peret: niſi ſinerent, miſerabiliores eſſe cũctis militantibus, qui periculo ſuo omnia, nulla ſuo lucro peragerent. Gũcelinus duci cõceſſit: q; ab illo eue ctus, comitatũ poſſideret in ſolo Wãdalico: cæteri repugnauere. Adiecit idem Gũcelin⁹ ut Adolphũ apud ducẽ criminarẽt, non ſatis illũ dño ſuo fidũ, ſuperbire crebrius, & intumeſcere, oblitũ benefactorꝝ, & ordinis ſui. Quę cũ multis ille uerbis proſequerẽt, Adolph⁹ modeſte reſpõdit: Suę fi dei magnũ depoſuiſſe pignus apud dñm, q; parẽs ſuus pro illo in acie ce ciderit, nec ſe unq̃ a paterna uirtute diſceſſurũ: non eſſe boni uiri refragari dño ſine ratione: ſi quid tale moliretur, eſſe pręſentẽ ducẽ, cui rerꝝ ſuarꝝ poſ ſet honeſtã per omnia exequi calculationẽ: ꝓinde deſinat uir militaris ho minẽ ſui ordinis inſectari: in ipſa acie claruiſſe qualis quiſq; uir ſit. Ita tum diſceſſum eſt: ut Adolphus captiuis ſecũ abductis, non omnino uolente duce terram ſuam repetiuerit. Hoc primum mali ſeminariũ inter ducem atq; Adolphum, cumulatum ſuperuenientibus cauſis alijs, uſq; ad comi tis de Holſatia eiectionem.

CA. XL.

Ulricus aũt Halberſtadẽſis ea tẽpeſtate impatiens, zelo duct⁹ an tiquę perturbationis, multa duci intentauit incõmoda. Excurſio nes crebræ de Halberſtadio decq; præſidio Horeborg, in terram ducis fiebãt. Dux diu diſſimulãs iram collegit: Demũ coacta magna ſuo rum manu, miſit, ut excurrentib⁹ obuij fierẽt. Non lõge ab urbe Halber ſtadio cõuenerũt, pręliũ inſtaurat: Suſtinet aliq̃diu pari uirtute. Sed tum Halberſtadẽſes ceſſere, fugãq; intentarũt in urbẽ. Sequuti hoſtes, cum fu gientibus pene inſtarẽt, portas cum ingrediẽtibus & ipſi turmatim ingre diuntur. Capta ciuitas per incuriã, alioqui munitiſſima, portę cęterę clau ſę, hoſtes in medio: tanto robore, ut ciuibus nihil ſupereſſet. Abſcõderũt ignẽ ciues, & extinxerunt: nec multũ diligẽter ab hoſte quęſitus eſt: Prę dę inſtant diligentius. Ciues non ad arma, ſed latibula reſpexere: Inuẽtus eſt ignis a quopiã, & incẽſa caſella, ſouit uentus incendiũ: Exuſta eſt ma

gna parte ciuitas,& proceſſit flãma ad eccleſiã primã,in quã clerus & populus, tanq̃ in tutiſſimũ aſylũ cõfugere. Incenſa eſt, exuſta eſt inſignis illa baſilica,cum omni ſacrario,ueſtiũ,auri,& argenti,cum clero,& populo miſeranda clade,ſine exemplo. Res lachrymis digna,& quę terrorẽ ingeminat diuini ſuper nos iudicij: terribilis in conſilijs ſuper filios hominum. Epiſcopus ipſe in ſua domo repertus, igne circũfuſus, tenẽs reliquias ſancti Stephani ad ſui tutelã,captꝰ, abductus cum Remaro prępoſito cognato ſuo. Victores cum pręda & captiuis plurimis redeunt Brũſwicũ. Dux alacrior de ſuorꝝ uictoria,decꝫ captiuis: ubi audiuit eccleſiã exuſtã, cũ clero, & populo, ingemuit: multa in bello accidere reputãs, quæ uictoribus ipſis nõ placeãt. Sed quis ſęuiẽtẽ cõprimet martẽ? Vbi uidit adductũ cygneo capite põtificẽ,& reliquias ſancti Stephani, quaſi in triũpho adductas,fuſcataſcꝫ de incendio,demiſſo uultu,lachrymas dedit, humanarum rerũ mutationẽ mente ptractãs. Miſit epiſcopũ in Erteneborg in liberam cuſtodiam: prępoſitũ in Zegeberg. Dña uero Mathildis pietatis uiſcera laxauit in captiuũ pontificẽ, honorabat in illo ſummũ ſacerdotẽ Chriſtũ, ueſtibus ſatis bonis procurãs alleuare captiuitatis incõmodum. Inde ubi dux in Luneburgũ deſcendit,iuſſit adeſſe epũm: increpatũcꝫ de multis in ſe molitionibꝰ,liberũ abire permiſit,amicicijãcꝫ colere monuit. Ille aũt ubi in Hugesborg applicuit,ſenio acceſſiſſe ſenſit incõmoda curarũ, ac carceris,infirmatuſcꝫ intra paucos dies reddidit ſpiritũ. Interea milites illius de arce Horeborg nõ tẽperarũt ab incurſionibꝰ in terrã ducis: Ille aũt prępa ratis in oppugnationẽ rebꝰ,arcẽ euertit & ſolo ęquauit.

XLI.

INterea uero Bernhardus de Anehold ducatũ Saxonię ſolo adhuc titulo tenuit: nam Hẽricus dominia perægit. Archiepiſcopꝰ aũt Coloniẽſis ducatũ Weſtphalię non dimiſit: nec unq̃ rediit in ditionem Hẽrici. Proximo aũt uere, dux expeditionẽ fęcit in Turingiam, & incendio uaſtauit urbẽ Northuſen: Cui occurrit Ludouicꝰ prouincialis comes cum multitudine magna: cõmiſſumcꝫ eſt pręliũ inter eos, & fugati ſunt Turingi: & captus eſt Ludouicus cum Hermãno fratre,comite Palatino. Reuerſus eſt in Brũſwicũ uictor cũ opima pręda. Adhuc enim proſpera fuere Hẽrico omnia in quę deſcẽdit pręlia in occupatores dominiorũ ſuorꝝ: Nam Weſtphaliã inuadentes repulit,ut diximus, in Halrefeld. Superiorẽ aũt Saxoniã auferentes,iure,ut aſſeruere, Imperialis beneficij,hoc modo ultus eſt. Saxoniæ uero titulũ pręferẽs Bernhardus, uſcꝫ adhuc quietus permãſit: cꝫ nihil ille armis attentauit. Cum ergo Henricꝰ de uictoria lętꝰ domi cõſideret, Adolphuſcꝫ Holſatorꝝ comes,illi gratularetur,ueniã poſcens, ut diximus, redeundi in ſua. Guncelinus in Zwerino comes, uſcꝫ in illũ diẽ amiciſſimꝰ Adolpho,neſcio qd liuoris in nouiſſima expeditione collegit in eũ. Tum in cõſpectu ducis expoſtulãs,iracũdiã profudit,Adolphũ inſimulãs, iniquo ſemper animo fuiſſe in ducem, & in omnes qui illi fideliter miniſtrarẽt: Et quõ,inquit, tẽperet ab iniuria ſubditorum, qui principi ſuo non eſt ueritus aduerſari, Captiuos in ſuã ſortẽ deputãs: quos cęteri,ut dignũ erat, principi cõſignarũt. Tum Adolphus

iunior seniori defer̃s Gũcelino,nõ ita, ut ille efferbuit: Et quid est inquit Gũcelíne, de quo me corã dño meo tam grauiter insimulas: Ego me sem per implesse recognosco,quæ fidei,quę integritatis sunt, necꝫ unq̃ honori tuo defui: sciens te parentis mei cõmilitonẽ,patris te semper loco honora ui: Si quid est a me perperã gestum,corã uelim eloquere, nihil utẽs amba gibus,nec occultis me criminationib⁹ insimules: Si quid est meũ q̃d prin cipi meo displiceat,paratus sum omniũ reddere rationẽ,modo quid ille iu b. at intelligã. Dux omnia dissimulãter accepit: ut appareret eius uoluntate institutã a Gũcelino expostulationẽ. Tum uersus in Adolphum: Satis mihi,inquit,tua est cõperta integritas,probata fides: attamẽ impręsentia rum apparebit,quo sis in me animo, si captiuos, quos tenes, in commune cõferas: ut exemplo sis alijs, & ne ipsi distrahãt quisqꝫ suos in meũ pręiu dicium: Habebat aũt captiuos septuagintaduos. Tum Adolphus: Ego, inquit,tibi princeps illustris,animo,corpore,reb⁹, obsequi semper sum pa ratus: Vides in hac me expeditione,iumentis,seruis, & rebus pene omni bus destitutũ,ęris alieni multũ cõtraxisse: ꝙ si captiuos inuideas tibi mili tan:i,pedes domũ abire cõpellor: arbitror aũt hoc,necꝫ tuo,necꝫ meo,sa tis honori cõducere. Auersus aũt dux uultu comitẽ dimisit. Questus est aũt Adolph⁹,amicis criminationes Gũcelini, & impetrata abcũdi licẽtia retraxit se a duce: & ex illo die alienatus,sensit in illũ hostilia. Tenuit autẽ unus ille comitatũ utrũqꝫ,Scowenborg,atqꝫ Holsatiã. Dux arma post il lum misit: & ubi hostilia sentire cognouit,iussit expugnare arcẽ Zegeber g⁹,atqꝫ Plone: Et Plonẽse facile deiecerũt pręsidiũ: Ad arcẽ aũt Zegeber g⁹ diu hęsitatũ est,ꝙ firmata in mõte non facile adiret. Inerat mater comi tis Adolphi cum non cõtemnẽda militũ manu. Bernhardus de Racebur go comes duci seruiẽs oppugnabat: Perstiterant aũt infatigabiles, donec adimerẽt obsessis aquationẽ,ut siti premerent: Tum deditionis facta men tio. Abijt aũt mater comitis in Scowẽborg, quo loco iam comes ipse con federat. Dux aũt Plonę pręfęcit Marcradũ Holsatorũ pręfęctũ. In Zege berge aũt Lippoldũ quendã, natione Bauarũ, & hac secunda uice extur bati sunt comites de Holsatia. Primũ quidẽ primus Adolphus a Ludero duce,postea imperãte, institut⁹ in pace quieuit in terra: Deinde filius eius hui⁹ Adolphi pater, pulsus est cum Hẽrici Leonis patre ab Alberto mar chione,& redijt cũ eodẽ: Nũc altera uice ab Hẽrico pellit Adolph⁹ terti⁹, is quẽ cęsus apud Demyn pater admodũ paruulũ reliquit. XLII.

IMperator Fridericus audiẽs Henricũ destitutũ Imperij benefi cijs,prospere in hostes agere,sentẽtiam in cũ suã ipse exequi pro perabat. Ergo exercitu ualido cõscripto, descẽdit in Saxoniam: nec erat,qui uenientẽ Imperatorẽ, & suo honore,& Henrici odio non cu pide exciperet. Trãsierũt quoqꝫ nõnulli ad Imperatorẽ,timore perciti,qui a parentũ suorꝫ memoria,semper duci parebãt,Hartesborg,Leuenborg, Blankenborg,Hẽneberg,Regensten. Horũ pręsidiorꝫ comites cesserunt Imperatori. Cõuertit aũt exercitũ ad expugnandã arcẽ Lichtẽberg, quia cõtumaciam ostendere uidebant qui tenuerũt. Sed tamẽ, cum defensorẽ

nullū prospicerēt, Cæsari cesserūt. Circa quos dies mortuꝰ est Casimarus dux Pomeranię, Henrico satis iūctus: Nam Buggeslaꝰ Imperatori tributa persoluit. Arcē Hartesborg, tanq̄ Saxonię grauiter imminentē, Imperator iussit reparari. Qui uero inerāt arci Waldēberg, munitioni fidentes aliq̄diu restiterūt: Sed & illi cesserunt uictori. Interea Henricus dux, non ignorās propinquare Imperatorē, cōmuniuit arces ad Albim, & in Holsatia, sperās uirtuti Imperatoris illudere, si non posset elidere. Bernhardum aūt comitē de Raceburgo insimulauit, qꝺ in eū cum cęteris cōiurasset, instituto tradimēto: ut inuitatū in arcē Raceburgi, uinctū traderet Impatorí. Turbatus ille inaudita re obstupuit: & cum nihil dignū respōdere uideretur in faciē obiścienti, aucta est in eum suspicio: Captū pertraxit in obsidionē arcis suę in Raceburgo. Qui intus fuere custodes iubēte Bernhardo ducem intromisere: Tum uinculis laxatus Bernhardus abiit in Godebusch. Cunq̄ nec sic duci quiescere uideretur, sequutꝰ illū armata multitudine, & inde propulit profugiētē ad Bernhardū creatū ducē Saxonię. Hēricus dux cum multa pręda reuertit. Interim ciuitatem suā Lubicā, quam dudum ab Adolpho accęperat, cōmuniuit: arcesq̄ Holsatię cōmeatibꝰ & armis impleuit: ut Imperatoris impetū ibi sustineret. Sed Imperator iam per Saxoniā rebus ex sententia cōstitutis, descēdere cōstituit in partes Albis fluminis, ubi delitescere sensit Henricū. Cōmisit ergo Brunswicū Philippo archiepiscopo Coloniēsi: Arcē aūt Luneburgi inexpugnabilē seruare ducales: Inde quoq̄ prospiciens Imperator, Bernhardū ducē, & Ottonem eiꝰ fratrē marchionem, cum prędidio manere iussit in Bardewico: Ipse agmina promouens, Albim fluuiū attigit. Habebat autē in comitatu Wichmannū archiepiscopū Magdeburgēsem, abbates Fuldensem, Corbeiensem, Herssfeldēsem. Ottonē de Misna marchionē, & multos nobiles de Bauaria, & Suęuia: Ludouicū autē prouincialē Turingię, quē Luneburgi captū dux tenuit, produci iussit in Zegeberge, Cum autē Imperator ad Abim consisteret, dux Lubicę prospexit, illā, ut poterat cōmunięs, machinis in oportuna loca deductis. In die apostolorū Petri & Pauli pe-
tijt Raceburgū: Ibiq̄ rebus ordinatis, cum omnibus qui erant in prędidio deducitur in Erteneborg: ut Imperatori se obiectaret. Cernentes qui remanserāt in arce de parte comitis eiectī, quia soli relinquebant ad arcis custodiā, erecti animo portas serauerūt, arcē comiti, excluso duce seruantes: Vbi innotuit res duci infrenduit: & uocatis de Holsatia militū prędidijs, expugnare paucos facile duxit. Interea aderāt, qui Imperatorem propinquare nūciarēt. Dux Erteneborg arce incensa, qꝺ illi diffideret, per fluuiū deuexa transijt in Stadium, ibi rerum exitus prestolaturus: Nam uires militum non aderant, quibus uenientem, aut remoraretur, aut exciperet Imperatorem.

CA. XLIII.

Imperator Albi trāscēso progressus, mirat, qꝺ Lubica tā nouę originis ausa sit portas claudere ueniēti: Inerat aūt Hērici ducis ualidū prędidiū: de Tekeneborg, de Aldbē org, de Welpe comites, Marcradꝰ Holsatorū prędectꝰ, & Emico de Nemore. Cūq̄ euocatꝰ Wal-

demar⁹ rex Danię occurriſſet Imperatori de mari, celebrato ſolenni inter reges colloquio, in obſidione urbis, quod in Wandalia ſcripſim⁹, ciuitas undiq; cincta oppugnatur. Miſere ciues epiſcopū ſuū Henricū, qui apud Imperatorē efficeret: ut legatio illis ad dn̄m ſuū permitteret: q̄d in Wãdalia ſumus exequuti. Permiſere ſe tandē Imperatori, qui inſignibus priuilegiis urbē ornauit. Hãburgenſes quoq; ibi per Adolphū comitē aſſequuti ſunt non uulgarē gratiã ab Imperatore. Donauit tum Imperator Adolpho comiti, dimidium theloniį, ac tributorū de molendinis, de trapezitis, beneficio feudali: Nam Imperio utilis futurus uidebat: Acceſſit q; pater eius ſecūdus Adolph⁹ dominiū tenuit a ſe fundatę ciuitatis: quã hic Adolphus urgenti Henrico duci, quod ſupra oſtendim⁹, ſatis inuitus permiſit. Rebus igitur apud Lubicã ex ſententia cõſtitutis, cum regrederet Imperator, apud arcem Luneburgi (nam opidum necdū fuit) ſtatiua habebat: Dux ſe Stadio continebat, eo cõſilio, ſi ab Imperatore infeſtaret opidum, aquis dilapſus manus ei⁹ euaderet: Firmauit tn̄ opidū maximo uallo. Gūtzelinus qui opus urgebat, turres monaſterij beatę Marię recēs erecti deiecit, ne hoſtibus prędidio, duci forēt excidio. Dux aūt miſſo ad Imperatorē nūcio poposcit publica interpoſita fide, ut audiretur: Non recuſauit Imperator, per Albim trāſcendens Erteneborg terrã tetigit, ſaluo Imperatoris cõductu tranſiēs: Ille obuijs quibuſlibet de exercitu Imperatoris notis aiebat: Solebã, inquit, in his atq; multis terris dare, non accipere cõductū, enim rerū uiciſſitudinē. Laxauit aūt & prēmiſit in caſtra Impatoris Ludouicū Turingū & Hermannū fratrē eius, ſic ſperãs lenire Cęſaris irã: Cum coram ueniſſet, cœpit multa retexere in ſui purgationē: clanculo ſua in Imperatorem obſequia cõmemorare, humanę mutabilitatis incertū orabat ut intueretur. Sed erat grauior ira Cęſaris, altiuſq; deſcēderat in pectus indignatio, q̄ ut una poſſet purgatione aboleri uocali. Igitur principū abſentiam prędferens Imperator, iubebat illū adeſſe conuentui principū in Quedelenborg. Cunq; in eo cõuentu cauſa ducis tractaret, cœperūt amici eius ſperare ſecundiora: Sed tum Bernhardus qui ducatū Saxonię in titulo prędferebat, grauior illi incubuit. Indicta eſt altera q̄q; curia in Erphordia. Interim Sifridus archiepiſcop⁹ Bremēſis apud Imperatorē egit: ut comitatus Stadenſis per Henricū ducē detractus eccleſię reſtitueret: Permiſit Imperator. Sed quoniã prędidio ducis tenebat, expugnandū erat opidū cum arce: Pactus eſt cū Philippo Coloniēſi ſexcentas argēti marchas ſe illi daturum, ſi expugnaret. Quo facto eiuſdē Imperatoris beneficio, Adolphus Holſatię, & Bernhardus Raceburgenſis comites, ſuas ditiones recuperarunt. Dux aūt Erphordiã petens, pedibus Imperatoris prouolutus, ueniam & gratiã poſtulauit, Imperator illū de terra leuãs, oſculat: quod utiq; non fęciſſet, ſi, quod multi tradunt, Imperatorē ſibi ſupplicē Hēricus olim in terra iacere diſſimulaſſet. Nūc uero nō tenuit lachrymas Imperator, q; tanta, tamq; diuturna, inter olim familiariſſimos, & ſanguine coniūctiſſimos, cõtrouerſia perduraret. Non tn̄ potuit Imperator ſine principum aſſenſu reponere, quē omniū cõſenſu deſtituit: Bene tn̄ ſperare iuſſum hor-

tabat ut de finibus Imperij per aliquãta tẽpora elongãs, ſententiã Imperij honoraret: futurũ interim, ut principũ in eũ animi mollirent. XLIIII.

a Bijt ergo in exiliũ, abiurãs triennio fines Imperij, trãſlatus in Anbergliam ad ſororiũ ſuũ Richardũ Angliæ regem, cum uxore ac liberis: Patrimoniolũ tñ illi ſuũ Imperator permiſit in meditullio Saxoniæ. Rex aũt Angliæ honorifice accepit uenientẽ, arma pollicit⁹ ſi pugnare ille uellet. Erat annus poſt natũ Chriſtũ mileſimuſcẽteſimuſoctuageſimuſprimus. Per quæ etiã tempora, Hẽrico iam exulãte, terra Saxoniæ ſine principe manens, ad tumultũ reſpexit, cum ſe cũcta cõmouerẽt. Nam Bernhardus qui ducis nomẽ præferebat, cum non ſatis illi nobiles parerẽt, ſegnius cũcta adminiſtrabat. Adolphus Holſatiæ comes duxit cõiugem filiam Ottonis comitis de Daſle, annitẽte Philippo Coloniẽſi archiepiſcopo, cui⁹ erat neptis, fratris uidelicet filia. Cũq; Adolphus præualuiſſet in Holſatia, eiecit omnes, qui Henrici ducis tẽpore ſenſerãt cõtra ipſum: quæ fuit origo multorũ in reliquũ tempus laborũ, & alterius tum eiectionis: Eiecerat enim iam nunc Marcradũ præfectũ Holſatorũ, uirũ potentẽ: pro quo ſubſtituit Siticũ, nõ æqua uirtute præſtãtẽ, Emeconẽ quoq; uirũ ſtrenuum abægit cum nõnullis alijs militaribus uiris. Illi ſparſi per exilia, alij apud regẽ Daniæ, alij apud comitẽ de Raceburgo, alij apud ducẽ Sleſwicenſeſe cõtinuere. Interea Bernhard⁹ dux in Erteneborg euocauit omnes ſuæ ditionis nobiles ac militares, atq; ſacramẽta ab illis accipiẽs, reddidit unicuiq; ſuo iure beneficium, hoc eſt feudũ, ut nũc uocãt, quod ante tenuere. Venere impigre de Dãnẽberge, de Luchow, de Zwerino comites: Expectabatur Adolph⁹ nec uenit, forſan arbitrat⁹, ſe beneficiũ ab Imperatore ſine medio recognoſcere. Sed orta eſt inde ſimultas inter ducẽ & comitẽ ſerpens occulte. Dux aũt demolit⁹ arcẽ Erteneborg, nouã molit⁹ in altera Albis ripa in Louenborg, loco, ut putabat, munitiore: traductis lapidib⁹ per amnẽ prioris demolitæ munitionis. Ciues Lubicenſes queſti apud Imperatorẽ itineris & traiectus difficultatẽ, obtinuere: ut Imperatoris interpoſito decreto, iubereť, in ſolito loco traiectũ relinquere: & pmanſit ille in Erteneborg uſq; in hodiernum diem. CA. XLV.

Vx aũt Saxoniæ Bernhardus, iã pleno uidebat⁹ iure dñari pro-

d uincię: Quo factũ eſt, ut nouis cẽſibus & impoſitionib⁹ in ſubditos conſtitutis, principatũ ſuum faceret odioſum. Augebãt animos illi fratres, Otto marchio Brandenburgẽſis, Sifridus archiepiſcopus Bremenſis: Et nihilominus ditionis ſuæ exilitas, ad principatũ maiora deſcebat præſidia. Remãſerat enim Henrico maior Saxoniæ pars, quæ illũ materna ſucceſſione cõtigerat. Omnis nũc ducat⁹ Brũſwickcẽſis, Gottingenſis, & Embickcẽſis, qui nũc dicitur Trãſſyluan⁹. Nam & Bremẽſis archiepiſcopus, nũc fratri accedẽs, Bernhardo Thietmarſiæ comitatũ Adolpho ademptũ, fratri duci ſubijcere conabat⁹: Mirũ, cur non pro ſua illum eccleſia defenſaret: cui ex Hartwici præceſſoris ſui permutatione, quod ſupra & in Metropoli dixim⁹, prouenijſſet. Sed effrenis populus creditur eccleſiam cõtempſiſſe; nec potuit eccleſia facile Thietmarſiã tueri: quæ etiam

tũc,ut prędixim⁹, Stadẽſem comitatũ amiſit. Adolphus aũt tum Thietmarſiam pro ſua defenſauit,tam archiepiſcopo, q̃ duci ſe armis opponens. Erat tum annus octuageſimuſquart⁹,cum Imperator Erphordię mirabiliter ſupra latrinã periclitaretur in cõuentu fratrũ diui Petri,uix hęrens ad cãcellos feneſtrę ferratos: cum interim ſublapſis trabib⁹,multitudinẽ tantam hominũ non ferẽtib⁹, quidã ex nobilib⁹ in ipſis ſordib⁹ mergerẽtur. in quibus Henric⁹ de Zwartzeborg comes, qui exit⁹ ſui prędagiũ quoddam ferebat in ,puerbio: Si,inquit,hoc fęcero, mergar in latrina. Dux interim Bernhardus iam non modo plębẽ, ſed ipſam in ſe cõcitabat nobilitatẽ: Nã comiti Adolpho Todeſlo,Ratekow,& iura,quę illi Lubicę cõſtituerat Imperator,ſubducere moliebat̃,cũ Impio reliquũ ſeruaſſet: Inanem ſe ferre principatũ querebat̃, ſi alĳ de fructib⁹ impinguentur. Idem in comites,Zwerinẽſem,& Raceburgẽſem molit̃: Iunctis pinde uirib⁹ comites memorati hoſtilia duci nũciarunt: ꝙ prior ille ſua cuiq; auferre moliretur. Arcẽ nouã Louẽborg adoriũtur obſidentes,oppugnãt,& multo tandem labore expugnãt,deięctãq; ſolo ęquarunt. Ille ubi ſe armis uindicare nõ poterat,Imperatori defert querimoniã. Interim comites, quas duci fidiores rentur aggreſſi,perturbãt munitiones. Arcẽ Ilow in Wandalia Magnopolenſi capiũt: matrẽ Nicloti,qui Werſlai ab Henrico perẽpti filius erat ejciunt. Niclot⁹ ad Ottonẽ marchionẽ profugit,decq; arce Hauelberge multas fæcit hoſtib⁹ eruptiones & incurſiones. Cõflatum inde eſt bellũ intra Wãdaliam,cum ſtudĳs partiũ principes ipſi inter ſe gladios ſtringerẽt: Nam Rugianorũ dñs,Nicloti,Bugſlaus Pomeranorũ dux firmabat partes Burewini,& perinde comitũ memoratorũ. Hui⁹ aũt belli exitum,quia in Wãdalia ſcripſim⁹ inde petat qui noſſe uolet. XLVI.

IMperator per ea tempora inſignẽ fęcit cõuentum Moguntię, in quo Henricũ filiũ ſuũ regẽ declaratũ auratũ fæcit militẽ, torque donata: Ibi cõfirmatum eſt matrimoniũ inter eũdem Henricum & Conſtantiã, quę filia erat unica regis Neapolitani,monialis(ſola enim ſtirpis regię ſupererat)Diſpar etas nubentium, Cum pater Imperator regnũ Italię magnificaret. Hic aũt cõuentus tanto apparatu eſt inſtructus, tanto ſumptu ꝓactus: ut anguſta cõuentui ciuitas uideret̃ aduenarũ. Imperator extra muros ampliſſimã iuſſit erigi domũ, liberioris aeris gratia, ibiq; curiã ſuam honeſtauit: Ipſo die proceſſionis maxima in ſacratiſſima Pentecoſtes feſtiuitate,cum in eccleſia ſederet Imperator,cum utriuſq; ordinis principib⁹, a dextris habẽs archiepiſcopũ Moguntinũ, & a ſiniſtris Coloniẽſem,abbas Fuldenſis turbauit cœtũ tam celebrẽ, locũ ſibi deposcens ex ſiniſtro Imperatoris latere,quẽ dñs Coloniẽſis occupauit: Meminere multi hoc ab antiqua obſeruãtia in eo prędertim loco factũ. Sed primęps elector & archiepiſcopus ędere abbati duxit inglorium. Imperator interpellat⁹ deſuper reſpondit: Veteres approbamus, ut tenemur, Imperĳ noſtri cõſuetudines: quocirca maior an minor ęquo nobis diſcrimine eſt: Intelligens archiepũs ſurrexit: Quãdo,inquiẽs,ſereniſſima maieſtas ita ſe uoluntas ueſtra prębet,ędo abbati archiepiſcop⁹,monacho princeps ele-

ctor: sed bona uenia uestra cœtū dimitto: & hęc dicēs abscessit. Sequutus est illū comes Palatin⁹ Reni frater Imperatoris, & comes de Nassow, dicentes: Sereniſſime Imperator permissa uenia dñm sequimur exeuntē, cui⁹ beneficia recognoscim⁹. Comiti de Nassow, ꝙ ille & ab abbate beneficium teneret, dixit Ludouic⁹ Turingię princeps: Pulchre hodie respondes beneficio & sublimiter, pmereris, qui deserto uero dño aliū sectaris. Cui ille, Beneficiū quod teneo iustis suo loco promerebor obsequijs, hodie seruor quē in hūc cœtum inter alios deduxi: ęque dñm feudi quod teneo. Idem fęcit dux Brabātię. Tot uacuatis sedib⁹ turbatur rex Henric⁹, etiam in collū appendēs archiepiscopi, q̄ sancte rogat, ne festū diē a mœrore auspicetur, neue turbationē excitet in tanto principū cōuentu: maneat in cōsessu, neu cōmittat, ut diem suę coronationis tantis irę tenebris obnubilet. Tum Imperator & ipse interponit: Q̄nquidē, inquit, unū te adeo uerbum cōturbat, uellē me tēperasse sermone q̄uis nihil pręter Imperij dignitatem eloquutū agnoscā: Sed uide ne doloris minimi curatione ingens corpori uulnus infligas: Quid enim sit scindere tantū cōuentū, pro tua prudentia non ignoras. Tum excandescēs archiepūs: Pulchre, inquit, hodie remunerabat Cęsarea maiestas diuturna hui⁹ capitis obsequia, quę sequut⁹ impleui: pro qua in castris incanui: Italiā fatigaui: Lumbardiā oppugnaui: Brūswico sudorē cum sanguine fudi: Hęc magna merces mea, ut in conuentu principū cōfundar propter abbatē: qui nisi occultā Cęsarei culminis intelligentiam foueret, ab hac iniuria merito tēperaret. Q̄ si & Cæsar, & rex, manere me uultis, ecce pareo, reponātur nostrę sedes ut fuere: si nostrā abbas turbauerit, ascendat in cœlū, ponat suā in aquilonē & similis sit altissimo. Pręsentiēs aūt abbatis archiepūs arrogantiā, quatuor armatorū militibus & supra uenit in cœtū, arma proculdubio etiā in ecclesia exeruissent, si in longū durasset cōtentio. Tum Imperator: Q̄nquidem, inquit, a te archiepiscope insimulamur de occulta cum abbate huius rei machinatione, parati sumus iusiurandum pręstare, nos ei⁹ culpę non esse affines. Et cum iurare parat⁹ uideret, exceperat archiepiscop⁹: Verba, inquit, Cęsareæ maiestatis mihi pro iuramento sunt. Cōuersus inde in abbatē Imperator, ꝙ & ille principes haberet non paucos, pro illo, si ad arma ueniret pugnaturos, dixit: Hodie, ne maior nobis turba hūc diem festū obscuret, sine iuris tui prędudicio adhibenda est tibi pater breuis morę patiētia. Abbas cum rubore locū tenuit inferiorē: & coronat⁹ est rex Hēric⁹ cum regina. Erat aūt ann⁹ octuagesimus quart⁹ post millecentū. Ve tibi superbia quę in cœlis nata, cū authore tuo ad inferna demergeris semp excruciāda.

XLVII.

Imperator in Italiā cōtendit anno proximo, & exierat Vrbe Roma Luci⁹ papa, ut obuiā ei proficisceret, tractatur⁹ cū illo Christianę reipublicę negocia, quę in Asia nimiū cœperūt labefactari. Veronę cōuenerāt duo Christianissimi columina: Cōcurrerat ingens ecclesiasticorum multitudo, recōciliationem deposcēs sedis apostolicę, ꝙ in schismate Imperatorē sequuti ab antipapis essent ordinati, & instituti. Interuenit pro his Frideric⁹ Impator, ut in gratiā sumerent. Annuit perbe-

nigne pontifex. Sed cum postera die manus illis essent imponẽdę singulis immutatũ erat cõsiliũ: ꝙ diceret, in cõcilio Venetiano decreta, non posse nisi alio cõcilio irritari: Promisit aũt de proximo alium a se euocandũ cœtum in quo super his cõstitueret. Auditæ sunt Germanorũ minę pro sua cõsuetudine: sed nihil ea re moti sunt cardinales. Credebatur aũt ea cõsilij mutatio a Cõrado Mogũtino, & Wormaciẽsi põtificib⁹ prodijsse. Inde cœpit Imperator tractare cum põtifice super patrimonio potentis per Italiam dñę Mathildis: quę sub Henricis Imperatorib⁹, patre, & filio, multa faciebat pro ecclesia: & iam reb⁹ humanis excedens, multa reliquerat eidẽ ecclesię possidenda, quę Imperator ad ius Imperij deuocabat. Erat aũt, ut dixim⁹, marchionis Saxonię filia: Sed ex ratione tẽporũ diu ante hãc ętatẽ emigrasse cõuincit, nisi geminas fuisse, & alterã post alterã, in Italia floruisse quis cõtendat. Diu tum causa inter sacerdotiũ & regnũ uentilata, nihil cõcludi potuit, & sine fine discessere. Supuenit tamen noua dissensionis materia de ecclesia Treuerensi uacante: ad quã canonice a saniori parte electus Volmarus, ab Rodolpho, quẽ minor pars elegit molestiã passus, sedem appellauit apostolicã, & peruenit ad Luciũ pontificẽ. Rodolphus aũt se cõtulit ad Imperatorẽ, qui facile inuestiuit de rebus ecclesię ad se cõfugientẽ. Volmarus inanis permanẽs, sequutus est sedẽ apostolicã. Vrgebat tñ instantia eius pontificẽ, ut Rodolphũ ad iudiciũ de iusticia responsurum euocaret. Noluit Imperator ut in cõtumacia persisteret: sed missis cum eo quatuor uiris utriusꝙ iuris peritissimis, ut legistę pro Imperatore & eius iurib⁹ allegarẽt, decretistę autẽ electionis canonicę ius defensita rent. Allegata sunt plurima in omnẽ partẽ. Sed ea fuit pertinacia, ut nullo fine facto Rodolphus ad Imperatorẽ rediret: timebaturꝙ ecclesia in pessimum schisma, ut olim, relapsura: ꝙd malũ, qui propi⁹ nouerũt, magis horruerunt. Henricus interim rex Cõfluentię canonicos, qui Volmaro inhęrerent, male per adulescentię feruorẽ affęcit: Quo audito papa cõfirmãdo Volmaro erat propensior: Sed detinebãt eũ crebrę inter se & Cęsarẽ legationes, cum ex ore regis non semel audiretur, si Volmarus sublimaretur, omnẽ inter principes cõcordiã in pessimũ facin⁹ euasurã: Ea res pontificẽ cõtinuit. Interim Imperator apud papã oratorib⁹ missis institit, ut fili⁹ ei⁹ Henricus ipso superstite Imperij corona donaretur: pontifice renitente, ꝙ indecorum uideretur, non ab illo depositã Imperij infulam alteri cõferre, quasi in uno corpore monstruoso gemina capita figerentur: quieuitꝙ ea super re Imperator.

CA. XLVIII.

Vo etiã tempore simultas incessit regi Henrico atꝙ archiepisco
q po Coloniẽsi Philppo: Nam mercatores quosdã de Duysborg
per diocesim trãseũtes reb⁹ fęcit nudari: ꝙ uectigalia & solita iura non persoluissent: Nudati querimoniã apud regẽ adulescentiorẽ depo nunt: Ille misso nũcio iubebat sua reddi spoliatis. Archiepiscopus legitimas causas prętendẽs non paruit: Iterũ missus nũci⁹ redibat inanis: Termio sub obtentu gratię pręcepit adęmpta restitui. Tum archiepũs male tẽperãs iram, profudit hoc uerbũ: Neminẽ posse duob⁹ seruire dominis &

ideo male duos regnare. Ea cū regi referrētur indignat⁹, curiā ſuper ea re indixit archiepiſcopo: Non uenit: Indixit alterā, nec in eā uenit: Cūq; tertiam Moguntię collocaret, amicor⁹ cōſilio non eam cōtempſit: ſed magna ſuor⁹ manu, ut a ui tutus eſſet, acceſſit. Quo tempore rex diſſimulāter nobiles qui cum archiepiſcopo uenerāt, ſigillatim euocauit, & cōpoſitis pro rei qualitate uerbis hortatur, ut Romano Imperio pręſtēt ſacramēta. Illi negare non auſi pręſtiterūt, Archiepiſcopus hęc audiēs, rei exitū pręſumebat in caput ſpectare ſuū: Ideo ſubmiſſis amicis regi recōciliatur: iurās q; ſancte uerbum indignationis primo feruore animi elapſum, non certo cōſilio prolatū. Suſpectū inde tenuere archiepūm male eſſe affectū Imperio, q; nuper in Angliā, ubi tum erat Hēricus Leo nauigaſſet. Inde q̄q; ſe purgans, cū regi ſummā pecunię muneris loco donaret, recōciliat⁹ abibat. Ex illo aūt tempore a familiaritate Imperatoris & filij eius elōgabat: plurimū dolens, q; tanta deuotione, cum tanto animę ſuę periculo terreno ſeruiſſet Imperio: & cœpit Coloniā uallo maximo & turrib⁹ firmiſſimis cōmunire: Quam rem Imperator, ubi comperit, iuſſit diligentius obſeruari, quaſi noua quędam molientem.

CA. XLVIIII.

a Dolphus comes Holſatię, cum per hęc tempora abſentis in Anglia Hērici Holſatiā quietus teneret, Thietmarſiā quoq; occupauit, diſſimulante Sifrido archiepiſcopo. Sed cum ſecūdus Hartwicus, qui Sifrido ſucceſſit, ad rer⁹ gubernacula pueniſſet, cœpit inſtāti⁹ iura eccleſię ſuę recuperare. Cūq; Adolph⁹ comitatū Stadēſem atq; Thietmarſię teneret, cauſamq; ſuā non ſatis in iure aduerſus eccleſiam tueretur, Thietmarſiā eccleſię reddidit: ſed ab archiepiſcopo ducētos modios auenę in benefício recępit. Erat tum annus octuageſimuſſext⁹, cum Henric⁹ Leo quondā dux Saxonię reuerſus in Saxoniā, Brūſwico quiet⁹ cōſedit, iam decurſis annis illi ad exiliū prefinitis, Agebat apud Impatorē crebris nūcijs, ut ad iura ſua reſtitueret: nā patrimoniū eius a multis diſtractū occupabatur. Imperator literis & nūcijs bene illū ſperare iubebat: ſed tū uarijs impeditus caſibus ſpem differebat in longū: Nam quicquid Imperatori rebellionis ſuccreuerat, uel a ſummo pōtifice, uel ab archiepiſcopo Coloniēſi, uel a rege Danor⁹ Kanuto, id Henrici molitionibus inſcribebat. Cum uero audiſſet Henric⁹ Hartwicū quondā notariū ſuū ac ſcribam ad archiepiſcopatū pueniſſe Bremēſem, gratulat⁹ illi, rogabat: ut in quēcūq; ſibi placitū locum illi ad colloquiū occurreret: quod ille, non ſatis memor priſtinę ambor⁹ fortunę, ſupbi⁹ cōtemnebat, nō q̄d olim uterq; fuerit recordatus. Sed pręſenti rerum ſtatu cūcta metitur nō ſatis prudenter. Interea rex Henric⁹ Friderici Imperatoris filius, deſponſam ſibi duxit in Italia uxorē Conſtantiā monialē, ſolā ſtirpem Normānor⁹: quę regnis utriuſq; Sicilię ſuccederet: Celebratęq; ſunt nuptię in cōfinio Papienſium ac Mantuanor⁹: quas ad magnificentiā regalē inſtruens, euocauit principes ac nobiles, non modo ex Italia, ſed abuſq; ultima Germania, ſingulari & exquiſita utens inſtantia apud Philippū Colonienſem archiepūm, ut uetuſtis infuſcationis notam aboleret. Motus ille ſingulari regis diligentia, ad

iter ad omnia instruit,& procedit cum magno comitatu. Sequut⁹ illū magnis itineribus nūcius a Cōrado Mogūtino, uerbis dñi sui q̄diligentissime monuit,ut sibi prospiceret,nunq̄ si procederet Coloniā reuisur⁹: Id dolone an ex animo fęcerit incertū: Secū tñ reputans Coloniēsis periculū suum non cōtępsit monitorē: sed simulata aduersa ualetudine,iter uertit,mittens qui absentiā illi⁹ excusarent unde excreuit in eū suspicio. L.

URbanus tum succedēs Lucio pontifici ortas inter ecclesiā & Imperiū simultates cœpit agitare super patrimonio dñę Mathildis, super inuestitura pōtificū,q̄q̄ exuuias tolleret Cęsar episcoporū morientiū,unde ecclesię miserabiliter nudarent: obiecitq̄ q̄ abbatissas cū cōuentib⁹ suis male haberet, uersis sacrę uirginitatis stipēdijs in usus militię. Hæc animosus pontifex magni nihilominus animi Imperatori cœpit obiectare. Sed Imperator,etsi non libēter,patienter tñ audiebat,quia consecrationem ad Imperiū filij regis deposcebat: cum in eā rem pōtifex idem quod prędecessor obtenderat, non posse coronari filiū q̄diu coronā non poneret pater. Inter hęc summ⁹ pontifex Volmarū ecclesię Treuerēsi prę fęcit: Quod audiēs Imperator indignationē expuit,manifeste prętendens quod diu absconderat. Inde renouata sunt uulnera ueteris mali. Hēricus rex auxerat dissidiū inter cardines orbis. Nam dum inter papā & parentem exisset dissidiū in palam,quendā Italię episcopū in cōspectu suo agentem,interrogauit,a quo sui episcopatus cōsecrationē teneret. Ille respōdit A summo pontifice: A quo deinde inuestiturā: itidem ait ille a pontifice. Stomachatus rex iterū rogat. Tum epūs: nihil,inquit prędiorū ab regno uel Imperio teneo, neq̄ ministeriales curtes, neq̄ regias dominationes. Visa est regi durior respōsio,& annuēs militib⁹, p̄milit epūm(indignū fac⁹ & ab Decianis tēporib⁹ inauditū)luto uolutari. Interim schisma renascitur,non in ecclesia,sed inter sacerdotiū & regnū. Philipp⁹ Colonien sis,Cōradus Mogūtin⁹,& Volmar⁹ Treuerēsis rem indignissimā rati,q̄ omniū pontificū mobilia post mortē cōfiscarent ab Impatore,duodecim illis episcopi subscripsere: Inter q̄s Bertoldus Metēsis,quē olim electū Bremensem papa reiecit,nec cōsecrari,nec cōfirmari passus, q̄d in Metropoli nostra diximus: Sed q̄d ibi non cōtigim⁹: cōtempt⁹ & proiect⁹ a pōtifice Bertoldus,uir alioqui pōtificatu dign⁹,ad Imperatorē se cōtulit: ille uenientem pro sua eruditione dignāter excipit, cōsolaturq̄, & apud se honorifice habitū ,puexit ad ecclesiā Metēsem: arbitrat⁹ illū pro tanti memoria beneficij sibi futurū obnoxiū. Sed cum Bertoldus,Imperatorē q̄ Deū offendere malēs,archiepiscopis inhęsit,auersat⁹ Cęsarē,indignat⁹ Frideric⁹ illū expulit desede sua: Pulsus Coloniā se cōtulit, & Philipp⁹ ei prębēdā ad Apostolos permisit. Interim Metēsis sedes uacua remāsit. Eadem turbatio Treuerēsem agebat. Nam Imperator Rodolphū suū aduersus Volmarum cōsecratum & cōfirmatū defendit,& exulare in sua dioceſi cogebat legitimum pontificem. CA. LI.

IMperator irarū plenus tum de Italia redibat: omnes Alpiū uias obstruens, nequis ex Germania Romā petat: Explorare deinde

uoluit quid ſentiret Philippus Coloniẽſis, quẽ dudũ ſuſpexit de rebellione: Euocatũ ergo ſolus ſolũ uerbis aggredit. Quę ex longo, inquit, tempore nobis inceſſit familiaritas Philippe, te coram iubet exponere iniurias Romani pontificis in noſtrũ Imperiũ: Vides quomodo Treuerẽſi eccleſię quẽ uoluit tentat intrudere. Imperij iura in Italia non deſinit uendicare: Proinde ęquum eſt, me quoq; ad ea cõtuenda cõſurgere: De te autem quã ſim in cõtrouerſia tali ſpem habitur⁹ expoſco. Iam autẽ archiepiſcop⁹ ille a ſummo pontifice legationis amplificationẽ accępit: ut qm̃ aditus ad Vrbem nemini pateret, ne ſine ſolatio iuſticię aut papalis gratię manerent eccleſię, permiſit papa Philippo rerũ per Germaniã diſpenſationẽ: Id ſciẽs Imperator animũ tm̃ ei⁹ ptentauit. Cui Philippus: Arbitror tibi Imperator ex longo tẽpore multis in reb⁹ fidẽ eſſe meã exploratã, q̃ iuſticię tuæ nec defuerim unq̃, nec ſim aliqñ defutur⁹: Vnum eſt quod pontifices nos grauat, cõfiſcatio rerũ a moriẽtib⁹ epiſcopis, quę una res eccleſias nudat, & quod epiſcopatũ ingredientes intolerabiliter premit: hoc uno ſublato, non habemus, quo Romano Imperio non fidiſſimi ſemper perſeuerem⁹. Ad quẽ Imperator: Olim, inquit, Romani Imperatores de eccleſijs uacantibus omnẽ habuere ſollicitudinem, & inuenti ſunt illo tempore longe q̃ noſtris ſæculis epiſcopatu in ſuis ſedibus digniores: Tunc enim principes longe lateq; proſpiciẽtes, ex omni Imperio legaliores ubiq; uiros prefece runt: nũc liberã uocatis electionẽ, qñ ſuis quiſq; ſtudijs, affectib⁹, illũ electione conat erigere, quẽ ſua maxime libido depoſcit, non quẽ ſua merita prouehũt: Sed qm̃ hoc ius placuit maiorib⁹ noſtris eccleſijs remittere, parcũ archiepũs duriore frõte exciperet ſentiens Impator auerſum ei⁹ a ſe animũ: Qñquidẽ, inquit, papę magis q̃ Impio ſubſeruis, nihil op⁹ eſt te in cœtũ quẽ indiximus Impij põtificib⁹ in Geilenhuſen adeſſe. Ille pro magno accępit remiſſionẽ, & ab Imperatore non ſatis Imperialis abceſſit. LII.

Vm autẽ uentũ eſſet in cœtũ Imperij, ubi põtifices, ac principes
c multi ſęculares cõfluxere, exurgẽs Imperator in mediũ protulit:

Cõpertum eſſe uobis arbitror patres ac principes, quo ſit in nos animo ſumm⁹ pontifex: nec intelligim⁹ quib⁹ in eũ demeritis ea patiamur quę facit, etiã maiora cõminatus: Nos facile inducimur, ut ſanctũ illũ patrẽ noſtrũ agnoſcam⁹, debitũq; ſummo pontifici impendamus honorẽ, ſi modo nos in noſtro gradu uiciſſim agnoſcat: Qui ſi pergat Imperij noſtri iura minuere, cõfidimus ueſtro cõſilio & auxilio uiolentię illius cõtra ituros: Quod ad uos pertinet pontifices arbitrat indignũ, decimas quę altaribus & perſonis eccleſię dedicatę noſcunt a laicis obtineri: nec uult intelligere, olim eccleſias uarijs afflictionib⁹ laborãtes, a laicis perſonis defenſas, tum in beneficium remunerationis, quas abunde tenuerãt decimas, in parte dimiſſas: Et quõ indignũ iudicabitur, ſi quis eccleſię militãs eccleſię ſtipẽdijs foueat: Illud quoq; nobis uelut malefactũ opponit, q̃ uel iubeamus uel ſinam⁹ in rebus eccleſię prefecturas eſſe militares: ut laica manu eccleſiarũ predia defenſent: Et quę iniuria eſt, ſi quieſcẽtibus eccleſiarũ pre-

latis & ad sola diuina ministeria intentis, milites exeant, eorq; quieti cõsul-
turi, prefecturis gubernãtes subiectũ ecclesijs populũ, ut pareant ad equa
omnia superioribꝰ: Et quoniã his maxime in rebus inter regnũ & ecclesiã
cõtrouersia est, uestrã patres desuper sentẽtiã expectamꝰ: ut si res, ut appa
ret, in maiorẽ excreuerit perplexitatẽ, quid de uobis sentire, quidue expe-
ctare debeamus? Tum Cõradus Mogũtinus archiepũs in Imperij cœtu
primus, omniũ uice loquutꝰ est in hanc sententiã: Grauẽ quidẽ & omniũ
mentibus onerosam rem in mediũ affert Cesarea maiestas, & qua nulla in
perniciem ecclesiarq; possit maior formidari: Sed quoniã principibus utri-
usq; Christianismi subiectionem, & Cesari quę Cesaris, & Deo quæ Dei
sunt reddere sumꝰ debitores, nec Imperio detrahere, nec ecclesiarq; iura mi
nuere nostrę uicis fuerit: ꝓinde sinat Impialis celsitudo literis agere apud
summũ pontificem, si forte sublata de medio omni cõtrouersia, optata cũ-
ctis pax reuertatur: Scribantur ad summũ pontificẽ ex sententia Impera-
toris literę nomine pontificũ, quibꝰ singuli in cõcilio prȩsentes imprimere
bullam iubeantur. Factũ est ut ille censuit. Tales uero literę cum redditæ
essent papæ Vrbano, miratur primũ, quid cum causam ille suscæperit epi-
scoporum, illi tam facile a sententia deciderint, Imperatori inclinãtes: Sed
intelligens id quod erat, præsente Imperatore, non quod senserant libere
scripsisse põtifices, parũ ille motus literis eiuscemodi, interim Veronã cõ-
tendit, Imperatorẽ euocans ad audiendã ecclesię sententiã: Habebat in ani
mo excõmunicationis in eũ distringere mucronem: Quod ubi intellexere
Veronenses, papam circũsistunt orantes: ut ab iniuria illa Imperatoris in
sua temperet ciuitate, non se qui Imperio fidem seruarent laturos, ut ea affi
ciatur in illa urbe nota. Motus papa sententiã distulit: Sed priusq; locum
quẽ ad rem destinauit, attigit, rebus excessit humanis. Ita tum Imperator
exors manebat cõminatę excõmunicationis. CA. LIII.

a Dolphus interim tertius Holsatię comes ad ostiũ Trauenę prę-
sidium reformauit, quod Dani, cum rex Imperatorem inuiseret,
deiȩcere, introrsus ad terram firmãs, cum prius ipsis in aquis con
sisteret. Ab exeuntibus uero & intrantibus uectigalia expetiuit: recusan-
tes autẽ ciues se comiti opposuere. Aliquando res uerbis tractari cœpta,
si ad concordiam posset perueniri: Cum prætenderet comes, nihil minus
aliquid etiã amplius iuris, q̃ Henrico duci, cui ꝓsoluissent uectigalia, debe
ri ꝙ Imperiali dono, & paterno nihilominꝰ iure ciuitatẽ ipse teneret. Ci-
ues replicarũt, duci tantũ ad tẽpus fuisse permissum theloneum, se nũc fa-
ctos Imperiali dono liberos: satis esse comiti, ꝙ intra urbem nõnulla iura
possideret. Hac uerborq; uicissitudine res in maiorẽ peruenit acerbitatem,
cum neuter a suo rigore discederet: comes deposceret, ciues uectigal per-
negarent. Deturbauit inde comes pascuis, nemoribꝰ, agris, ciues: ꝙ sui iu
ris omnia faceret. Cepit, tenuitq;, quosdã ex ciuibus in Todesło uel Ham
burgo: Defert querimonia ad Imperatorẽ: Ille euocatis partibꝰ cõponit
inter eas cõtrouersiam in hũc modũ: ut ciues comiti pro redimẽdo thelo-
neo persoluãt trecẽtas argẽti marchas, proq; pascuis & usu fluminis a ma

ri in Todeſlo, ducentas argenti marchas: Eaq; Imperator datis deſuper literis cõmuniuit: ne quis in perpetuũ eã cõcordiã poſſit cõuellere. Inceſſit per ea tempora inter Imperatorẽ & regem Danię Kanutũ noua cõtrouerſia ſuper dote germanę regis, quę iam apud Imperatorẽ manens uni filiorum eius erat deſpõſata, necdũ thoro iũcta. Sed rex Danię non ſatis ęquo ferebat animo, dotis ante peractas nuptias expetitionẽ. Qua de re, cum exalijs quoq; cauſis obliquo eſſet in Imperatorẽ animo, dotem iamnũc dare recuſauit. Imperator hoc intelligens, ſororẽ illi ſuã quo illam acceꝑit apparatu remiſit: Quod Kanut⁹ grauiter ferens, manifeſtas deinde inimicias aduerſus Impatorẽ cœpit exercere: ita ut omnẽ terrã Wagriorũ, Holſatorum, Stormariorũ, Polaborum, uſq; ad Albim ſui eſſe iuris diceret, eamq; repetere cõtenderet, perq; Wãdalos, quos ſibi aſtrinxit crebris incurſionibus uaſtauit. Eiſdẽ de cauſis mater regis, quę Ludouico prouinciali Turingię poſt regem Waldemarũ nupta erat, repudiata, & ad terram natiuitatis ſuę ſine honore reuerſa, cõqueſta eſt de multis in ſe mariti iniurijs: Vnde rex magis ac magis inſtimulatus, iuſtã ſe in Theutonicos belli cauſam habere arbitratur. Sed cum Thietmarſia archiepiſcopo Bremenſi Hartwico ſecundo, qui nuper illam ab Adolpho certis pactionib⁹ receꝑit non ſatis pareret, archiepũs magno inſtructus exercitu, terrã ingreditur: & peracta multa frugũ atq; domorũ cõculcatione, ad deditionẽ populũ infrenẽ coęgit. Illi aũt infinitã pecuniã expromittẽtes, libertatẽ ſuam ęre redęmerunt. Cunq; archiepũs reducto exercitu rem bene pacatã arbitratur, magna inde eccleſię ſuę incidit calamitas. Nam cum Adolphus de Holſatia atq; Scowẽborg comes, & item de Oldẽborg, cum multis alijs nobilib⁹, militię ſtipẽdiũ ex archiepiſcopo depoſcerẽt, nec haberet ille ꝗd redderet omnib⁹, iam in eam expeditionẽ impẽſis, nec Thietmarſi expromiſſam ſummã perſoluerẽt, cogitur a miniſterialibus ſuis redditus epiſcopales per trienniũ abiurare: ut ex illis ęra ſoluantur aliena. Ille uero de cathedratico, & eccleſiarũ cõſecrationibus tenuiter uictitabat. Thietmarſi cum promiſſam pecuniã exoluere, nec poſſent, nec uellent, ad Waldemarum Sleſwici epũm ſe cõtulerũt, ęque ſancto Petro, ut aſſerebãt, ſeruituri, qui & Sleſwico, & Bremę preſidet patronus: perinde Danicę coronę iuncti: Erat hic epũs fili⁹ Kanuti regis, quẽ Zueno rex, ut in Dania dixim⁹, in cõuiuio oppreſſit, Waldemaro, qui poſt regnauit, grauiter tum uulnerato: Dati a Thiemarſis epiſcopo obſides, ut certa fide permanerẽt: & iuncti ſunt regno Danię uſq; ad diẽ pugnę in Bornehouede, cum tranſſugerent denuo ad comitem.

FINIT LIBER SEXTVS.

SEQVITVR LIBER

SEPTIMVS.

INTEREA, CVM TRISTIS RVMOR de capta rursus Ierosolyma, & declinatione rerũ Asiaticarũ, Germaniã, & omnes Christianas prouincias repleuisset. Imperator cõuocãs Mogũtiã Imperij cœtũ, se crucis charactere insigniuit, & cũ eo Fridericus filius eius dux Suęuiæ: multi archiepiscopi, plures episcopi, duces Bohœmię, dux Austrię, & sine numero nobiles & magnates: Ita ut cõputarent in exercitu Imperatoris sexcẽta millia pugnatorũ. Crucis aũt legatus a papa Clemẽte erat Hẽricus cardinalis epũs Albanensis. Erat aũt annus octuagesimusnonus post mille ac centũ. Priusq; tñ Imperator abiret, res in Germania pacare cõtendit: euocato Henrico Leone qui iampridem expleto peregrinationis in Angliã tẽpore, redibat Brũswicum: Ibi enim locũ inuenerat sinente Imperatore, q; esset peculiũ eius a matre, Lotharij Imperatoris filia, proueniẽs. Euocatus ab Imperatore non cõtempsit iussionẽ. Euocat & Bernhardus iam titulũ Saxonię preferẽs: qui cũ illo de possessione Saxonię luctaret: pacẽ inter eos quibusdã cõditionibus reformare tentauit: data Henrico triũ optione: ut aut parte rerũ contentus conquiesceret: aut in expeditionẽ cum Imperatore, non suis, sed Imperatoris sumptibus iret: aut omnino ad illius reditũ cõquiesceret. Henricus preelegit omnino se cõtinere ad tempus, q̃ uel ire quo nollet, uel honore pristino ulla de parte priuari pateret. Igitur cum infinita illa multitudine mouens Imperator, multos preire, multos sequi iussos, alios etiã diuerso itinere gradiẽtes, cõstituto iussit cõuenire loco. Inerãt pro multitudine mortaliũ in agmine incõmoda multa. Transit Imperator per Austriã in Vngariã, inde in Bulgariã: Apud cõstantinopolim hęsitatũ pro diffidentia Gręcorũ: Nam quos Imperator pręmiserat, episcopũ Monasteriẽsem & comitẽ de Nassow, Gręculus rex diu detinuit captos, donec malis uastationum incõmodis coactus remitteret, daretq; transitũ incolumẽ, prębens etiã nauigia ad traiectũ: Sed aliquot deinde maiorib⁹ incõmodis ex cõmeatuũ defectibus perpessis, hostẽ habuere in cõspectu: Nam Turcia magna, hoc est Asia minore, cõstiterunt: Pugnatũ est ad profligationem Turcorũ: Inde peruentũ est in Armeniã, ubi collocatis ad amnem castris Imperator meridianos ęstus aquę refrigerio lenire cogitans, inexplorato ingreditur, infœlicẽq; inuenit exitũ, & tanto principe nimis indignũ: Nam dum amnẽ non latũ, sed inter mõtes uorticosum cõtemnit, nec satis exploratum ingreditur, arbitratus natando facile in alterã ripã peruenire, ui fluminis abripitur: & priusq; possit subueniri, oculis omniũ auferet in profundum: Stabat mœstus in ripa exercitus, & quid facerẽt nescientes, stupefiunt inexpectato magni principis casu. Alij memorant ab ęstu diei & laboris cum arma posuisset & uestes, amnẽ in superficie a sole tepidum, sed in imo frigidissimum, cum tetigisset Imperator, obriguisse subita mutatione membra: & quod Alexandro ferunt obtigisse, pene emortuũ in manibus Imperatorẽ: Tum uero subito aquis extractũ paulũ respirasse, dicentẽ, Benedictus Deus qui me per aquã regenerauit, si per aquã me de mundo uo

cat queri non poſſum: & paulopoſt cum ęthera ſuſpexiſſet fudiſſe ſpiritũ. Hic erat finis Friderici Imperatoris, qui per annos uno mĩ⁹ quinquagin ta Romanũ tenens Imperiũ, multis laboribus ſeipſum ac regni principes, cum ſubditis implicuit. Sed tum filius Frideric⁹ ut poterat mœſtũ cõſola tus exercitũ, curã excępit ductãdi, perueniẽs cum agmine tanto in terram ſanctã. Illius aũt expeditionis exitũ non proſequor: q̃ recenti opere Seba ſtiani Brant, omnis illa terrę ſanctę iactatio elegãter explicata eſt: conten tus in prędentia Saxonicarũ, & quę illis hęrent, rerũ cõmemoratione. Hui⁹ tamẽ Friderici res paulo lati⁹ ſum exequut⁹: q̃ non eadẽ rerũ fide per Ita los recenſent, qua ab illis, qui rebus interfuere geſtis. CA. II.

Vm aũt Frideric⁹ Imperator in expeditionẽ iret, cœperũt in Sa
d xonia fieri cõmotiones non paruę: Nam cum Adolphus comes Holſatię Imperatorẽ in lõginquã peregrinationẽ ſequeret, Hart wicus Bremẽſis archiepũs, iam, ut diximus, in cõtemptu ſuorũ agens, Hẽ rico Leoni reddidit comitatũ Stadenſem: ut Thietmarſos, qui ſe iam Da nis cõiũxerant, aliquãdo eius cõſilio & auxilio ad eccleſię iura reuocaret. Cunq̃ Henricus in Stadio moraret, adiere illũ primores Holſatię, illi gra tulantes de reditu: Ille loquut⁹ familiariter eiſdem, magna illos ſpe erexit, ſi operam impenderent, ſe in Holſatiam reducere. Mouebat illos magna olim principis fortuna, perq̃ illũ magnos ſe futuros ſperãtes, dedita opera Hãburgo, Itzeho, Plone, eiectis his quos cuſtodes comes prędecerat, duci aperuerũt. Adolph⁹ aũt de Daſle, qui pro affine ſuo terrã regebat abſen tis, & mater Adolphi cum cõiuge Lubicã pro ſua ſecuritate ſunt ingreſſi. Hẽricus Leo, cũ ſe illi denuo fortuna aperiret, & iam tenuerit Holſatiã, in de arma quanta potuit maxima cõtraxit. Acceſſerunt illi Bernhardus de Racebugo, Bernhardus de Welpe, Helmoldus de Zwerino comites, & alij amici eius: Inter quos crediderim generi ſui Kanuti regis Danorũ ar ma nõ defuiſſe: Primã aggredit Bardewici urbẽ recuperare: Sed pertina cius illis repugnãtib⁹: nam inerat ualidũ prędidiũ, quod urbem pro Bern hardo duce tueret. Creuit obſidionis labor & interuenere pugnantiũ in uicem, ut fit, cõtumelijs plena uerba, & facta, ut ferũt probroſa, pro alter no cõtemptu: Quę res ducẽ exaſperauit: Indeq̃ factũ eſt, ut dum fortius oppugnaret q̃ defenderet, urbs ipſa die apoſtolorũ Symonis & Iudę ca peretur, anno octogeſimooctauo poſt millecẽtũ, & direptioni militũ per mittitur: Sęuit gladius: Qui ſupererant cędi capiuntur milites atq̃ ciues: Poſt gladium ignis hoſticus deſęuit: ita ut ex illo die non reſurgeret urbs ſemel euerſa: illa illa prędara, & quę memoriã antiquiſſimã ferẽ habuiſſe: Saxa & lapides inde deuehunt, uiciniſq̃ urbib⁹ incrementũ prębuerũt. Nam cum a mari Lubica, ad auſtrũ Luneburgũ increſcerẽt, Hãburgum q̃q̃ nonnihil inde ſenſit incremẽti: cũ interim Bardewicũ euaneſceret: Bar dorum olim dixere uicũ. Ego fundatorẽ eius Bardonẽ ueteri Saxonũ no mine arbitror appellatũ: inde nomẽ remãſiſſe, Bardewico: quomõ ex Bru none Brunſwico, Nam Bardos non unam quondã gentẽ, ſed generaliter omnẽ indiſciplinatũ & barbarũ uocant populũ. Prima ergo expeditione

prosperatus in euersione huiꝰ urbis, cõuertit agmẽ ad Lubicã, illã quoq; oppugnaturus, & si pertinacia mereretur etiã euersurꝰ. Ciues aũt euẽtum Bardewici ueriti, mittũt obuiã duci, qui cum illo paciscant: ciuitatẽ manibus eius permittãt: si modo Adolphus de Dasle cum uxore & matre peregrinantis Adolphi, rebus omnibꝰ suis saluis exire sinãtur. Probauit Leo pactũ, & recepta ciuitate, mouit in Louenborg, arcẽ ducis Bernhardi, instauratã post primã expugnationẽ Adolphi, & ceteroꝝ, ut diximus, comitũ: iamnũc Bernhardi ducis dominio subiectã, & magna instantia per mensem oppugnatã, deditã accepit: Pacti tñ qui inerant, ut cum armis & rebus salui abirent. Iam omnis Holsatia erat in manu Hẽrici, præter arcem Zegeberge, quã fideles Adolphi asseruabant: Eam iussit oppugnari per Walterũ de Blandensile copiaꝝ præfectũ, iunctis Holsatis: qui una cum illo arcis fecere obsidionẽ: sed non ex animo: pœnitebat iam eos transitionis, maluerũtq; comitẽ sequi q̃ Henricũ Leonẽ. Eggo Stuer uir potẽs, & qui Adolphi partes tueretur obsidentibꝰ superueuit, & magno impetu in illos fertur: Turbauit facile quietos: Insectatur fugiẽtes trepidos, & inter alios Walterũ hostiũ ductorẽ capit. Captus aũt arcẽ cepit insidere, quam uenit oppugnare: nec quiescebat Adolphus de Dasle, quin expedita suoꝝ manu Lubicã & omnia quę Henrico parebãt infestaret. Henricꝰ autẽ aspirante uere, ualidã suoꝝ manũ misit in hostes: Preerãt copijs eius Bernhardus de Raceburgo, Helmoldꝰ de Zwerino, comites, & Iordanꝰ dapifer: qui egressi Lubicã, non longe a Trauena obuios hostes habuere: Ibi collata manu fortiter pugnatur: Sed Adolphi fortuna preualuit: Captus Helmoldus: Captus Iordanꝰ: Bernhardus uix fuga elabitur: Multi preterea in flumine mersi perierũt: Captiui in arcẽ Zegeberge ptrahũtur: sed non lõge post ingẽti pecunia persoluta laxant: Dapifer, q̃ locupletissimꝰ esset sexcentas: Helmoldus comes trecentas argenti marchas persoluentes, in sua dimittuntur.

CA. III.

Ex interim Henricꝰ Friderici Imperatoris filius, audito q̃ Henricus egressus in Saxonia tumultuaret, præcipue indignatꝰ, q̃ terram Adolphi comitis, qui cum patre suo sanctã iisset expeditionem accepisset, concitꝰ mouit in Saxoniã: Brũswicũ oppugnare conatꝰ, sed per brumã retardatꝰ, non profecit. Inde uero, cum alia quoq; Henrici præsidia pertentasset, nec proficeret, cõuerso agmine redibat in Suæuiam: Hartwicũ tñ archiepũm, q̃ maloꝝ incensor diceret, iussit sede sua proturbari, accedente Bremensiũ in eũ accusatione. Ille uero a facie eoꝝ se contulit in Angliã: ibiq; per annũ cõmoratus, cum rediret, Hẽrico Leoni se dedit tutandũ. Henricꝰ tñ Leo interuenientibꝰ Cõrado Mogũtino & Philippo Coloniẽsi archiepiscopis, ad gratiã regis cõtẽdit: indixitq; illi rex curiã in Fulda: Quo cũ peruenisset Leo, interuẽtu dictoꝝ pontificũ in has cõditiones pacẽ accepit: ut Brũswici muros quatuor in partibus deponeret: Adolpho Holsatiã suã redderet: arcẽ Louenborg dirueret: Lubicam pro dimidia teneret, & alterã Adolpho partẽ reseruaret. Et ut firmata pax solida haberet, filiũ Ludgerũ Hẽricꝰ daret regi obsidẽ: qui non post mul-

tos dies Augustę uitā finiuit. Henricus aūt maior natu filiorū Leonis, rē gem comitatur in Italiā, urbē Romā, & in Apuliā, quinquaginta stipat⁹ militibus. Henric⁹ tñ Leo ex pactis cōditionib⁹ nullam impleuit, sperans prȩsentē regi filiū facile irā ei⁹ leniturū. Inde rex Romā petit consecrādus, cum interim mortuo Clementi Celestin⁹ surrogatur: qui ut Imperatoris cōsecratio minus properaret, suā ipse distulit. Romani tñ exeuntes ad regem hac usi sunt oratione: Si rex inuictissime Romanū senatū agnoueris, Vrbem nostrā, immo tuā exornaueris ex antiquo debitis cultib⁹: Insuper latrocinātes tuos ex Tusculano retraxeris, apud pōtificē agem⁹, ut omnia tua ex illo uota prosperentur. Ille mox prȩsidiū Tusculani abstulit, & Romanos bene sperare de se iussit, super omnibus quæ ad decus & ornamentum Vrbis pertinerent: urbis Romę decora ad neminē magis, q̄ ad se spectare. Romani adito pontifice, cœperūt obtendere regis potentiā, omnia sua in agris uastari, rapinis & incendijs patere: imminere Vrbi & ipsi pontifici ni resipisceret non uulgare periculum. Flexus pontifex nihil distulit, quo min⁹ a Romanis cum ingenti honore introductū regē ipso sacratissimo die Paschę cum regina Imperiali diademate donatos ex more cōsecrauit. Interea moritur Wilhelmus Sicilię rex Cōstantię Imperatricis germanus. Tācredus aūt quidā, cui moriēs & thesauros & coronā Hērico Imperatori deferendos mādauit, ipse sibi regnū conat⁹ est arripere. Sed iam Imperator Henric⁹ copias suas adauctas Italorū armis perduxit in Apuliā, ui accepturus, quod iure negabat. Pontifex aūt Tancredo fauere uidebatur: Venit in montē Cassiū, & adorauit ad cineres diui Benedicti: In radice eius montis apud sanctū Germanū, Henric⁹ Leonis filius se retrahens, Romā repetiuit, & per aquas delapsus, ubi cōtinentem attigit, cōcit⁹ rediebat ad patrē, Peruenit Imperator cū exercitu Neapolim, ibi occlusas portas, & rebellionē primum sensit: Munitissima ciuitas erat: Patebat maris adit⁹: Obsidio cōtemptui est habita: Accessere æstus maligni, & aer noxius Italię multos fęcit laborare. Mortu⁹ est ibi Philippus Coloniēsis archiepiscopus, & in ecclesiā suā relatus: & Otto dux Bohœmię periit, in quib⁹ erat robur exercitus. Multi prȩterea nobiles, & uulgus militū sine numero perierūt. Imperator ipse desperabili cœpit morbo uexari, & remeans in Germaniā rem tum finit inexpletā: Imperatrix in manus hostiū peruenit: Sed tñ non diu post cum honore remittit: Iam Tācredo res prospere erāt: Nam quę ante Henrico parebāt tum se illi permiserūt. CA IIII.

a Dolphus Holsatię & Scowēborg comes, in peregrinatione terrę sanctę, positus, ex recētiorib⁹ aduenis cognouit apud Tyrum terrā suā ab Hērico Leone occupatā: & cōsilio usus prudentiore redibat in patriā. In Suęuia aūt cōueniens Imperatorē, ab illo cōsolationē plurimā accępit, & munera pro donantis magnificētia retulit non parua. Cōtendens aūt in Scowenborg, uidit omnes in Holsatiā sibi aditus intercluso: Nam Stadiū, Louenborg, Boitzēborg, Hēricus tenebat: Wādaliam Burewin⁹ Henrici gener seruabat. Contulit ergo se ad Bernhadū & Ottonē marchionē fratrē eius. Erat autē circiter nonagesimus secūdus: Hi

Adolphū manu ualida in Erteneborg perduxerūt: Quē in locū occurrēs Adolphus de Daſle affinis eius, cum quātis potuit uirib⁹, eū excępit: Aderant mater & cōiunx, & lętū lęti excępere. Bernhardus q̄q; iunior de Raceburgo quē nuper apoſtolica diſpenſatione Hēricus a clericatu extractū q̄ patri unicus eſſet, militię reddidit, exoſus Leonē, deſerēſq; patrē, Adolpho ſe cōiunxit redeūti. Dux ergo Bernhard⁹, cum reſtituiſſet Adolphū, ſimul cum fratre marchione redeūt in ſua: Cōmeatus tñ quos adduxerāt Adolpho relinquūt. Prima expeditione Adolphus Lubicā obſidione ualauit: hinc Adolphus, inde Bernhard⁹ ſua caſtra ſunt metati, uterq; in ſua terra cōſiſtens. Inerat urbi Henrici Leonis prędidiū: cui prędęctus erat Luthardus de Bergen, uir impiger: Sed cum aditus & exitus per flumē eſſet in urbē, cōtempta eſt obſidio. Adolphus multo labore trabibus & ſudibus immiſſis, fluuiū fęcit immeabilē. Interea cum ſui obſidionē ſeruarent, ille ſe cōtulit ad Danor⁹ regē Kanutū, gratias agens, q̄ per abſentiā ſuam ſolidā illi pacē cōſeruaſſet: q̄uis non ignoraret Waldemarū regis fratrem cum Waldemaro Sleſwickcenſi epiſcopo nuper terrā eius ingreſſos, accępiſſe obſides ab Adolpho de Daſle: prędertim q̄ terrā Thietmarſiæ nunc regno ſubditā non tangeret. Itaq; rege ſalutato redibat ad exercitū. Inter hęc Henricus Leo copijs coactis per manū Conradi Rothen, quē Stadio prędecerat, una cū Bernhardo ſeniore comite de Raceburgo ab Albi mouens, ſupuenit obſidenti iuniori Bernhardo: & exterruit obſidētes impro uiſa irruptio: Vnde factū eſt, ut iunior Bernhardus cum ſuis magis in fugam q̄ pugnā reſpiceret: & ſeſe recępit in Raceburgū. Exeūtes ciues Lubicēſes intulerūt urbi cōmeat⁹ & arma, & quęcunq; fugiētes reliquiſſent & ſecum introduxere agmē uenientiū propugnatorū. Proxima autē luce ijdem egreſſi in Holſatiā, illā quoq; obſidentiū partē ſperabāt improuiſo adoriri: Sed paratiores ac ſperauerāt inuenere. Igitur occupato uado, q̄d erat in Zwartow, ueniētes excępere: Et licet pauciores eſſent numero uirtute tamen prędare ſunt inuenti Holſati: Nam cōmiſſa pugna, ducales in ciuitatē ſunt repulſi. Bernhardus aūt iunior, auctus uirib⁹ redibat ad obſidionē in partē auſtralē, paratus excipere ſi erumperēt: Sed qui intus prędem uenerant, ne oneri etiā obſeſſis eſſent, ad aquilonē nocte egreſſi, cum inter medios eſſet lacus Wokeniſſe, ita redire cōtendebāt in terrā pacatā: Quod ubi cōpertum habuit iunior Bernhardus, ſciens ubi exeūdum illis eſſet, magnis eo cōtendit itineribus, & prędueniēs, illis ſe oppoſuit in Wittenborg ad ripam fluminis Albis: Initoq; cōflictu ex his capit, quor⁹ magna erat pars ciuiū Stadenſiū, & ex eo comitatu: Audiēs Adolphus, quē iam infirmitas corporis male affęciſſet, lętos ſuor⁹ ſucceſſus, recreatus eſt: & a militibus redęmptos ciues Stadenſes, remiſit in patriā, expromittētes ſummū illi ſtudiū ad opidū ab Hērici manib⁹ recuperādū cū exercitu. Parauit Adolph⁹ exercitū in Hāburgo, & traięcit in inſulā quæ dr̄ Gorgeſwerder: ibiq; manēs adit a Stadēſib⁹: nec oīno cōuenerat inter eos ſuper poſtulatis. Comes cōparatis copijs eas trāſpoſuit in ulteriorē ripā Zwingę fluminis (Kedingā uocāt terrā) Ibi incēdio graſſat, & rumor in Stadio

percrebuit: ueniſſe comitem ad euertendã urbẽ: illũ eſſe, qui captos nuper ciues gratis relaxauerit, plurimũ ex eo ſperari poſſe fauorẽ, ex Leone nullam defenſionẽ: cur calamitati nuper in acie cęſorũ plurimã expectent exaggerari cladẽ? Comiti deliberãt permittere opidũ: Id cum reſciſſet Cõradus de Rothe, equos ſterni iubet, diſſimulãs conſiliũ: & ſpecie aliena prętenſa cõmendat ciuibus urbẽ, irreditur⁹ abiẽs. Comes ciuiũ uolũtate opidum ingreditur, nec diſtulere arcis cuſtodes, quin & ipſi pacti incolumitatẽ & muliebrẽ ſupellectilẽ, arcem tradiderũt. Permiſit aũt comes uxorẽ Cõradi prefecti cum omni ſupellectili abire ſecurã: pro loricis uirorũ efferentem cumulos theſaurorũ. Qui uero Luneburgi erant in prędio, excurſionib⁹ crebris fatigabãt comitatũ Stadẽſem iam comiti parentẽ.

V.

Interea ciues Lubicenſis obſidione cõtinuata laborantes inędia, cum audirent proſperari Stadio comitẽ animis angebanť, incerti quid facerẽt. Alij Danorũ regi permittendã urbẽ putauerũt, qđ regnis carere non poſſent, & ei⁹ protectione ſecuri uiderenť: Alijs cõtraria mens erat, arbitrãtibus, ſi hoc facerent Imperiali banno ſupponendos, nunq̃ egredi poſſe pro mercaturis. Quocirca Ottoni marchioni tanq̃ Imperij uicario ſe ſubmittẽdos putabãt. Adolphus ubi hãc fluctuationẽ animorum accępit, magis urgebat obſeſſos, perpulitq̃, ut ſibi dederẽt ciuitatem, pacti, ut liberi abirẽt, qui ducis nomine ineſſent. Recępta urbe ad Imperatorẽ Henricũ Adolph⁹ ire cõtendit: qui Imperiali decreto omnes ab urbe prouent⁹ illi cõfirmauit. Bernhardus aũt dux cum uideret proſpere agere comitẽ amicũ, fortiter & ipſe agere cõſtituit: ut arcẽ a ſe fundatã Lowenborg recuperaret: & uere primo eduxit exercitũ, obſidẽs arcẽ, & uehementer oppugnãs: ſed cum expugnare facile non poſſet, fame cõſtituit affligere cõtinuata circũſeſſione: Iam fame laborabãt, & expectabat ſecurior dux deditionẽ, & per incuriã paſſus eſt delabi ab exercitu quoſcũq̃ uolętes, cũ paucis remanẽs ad obſidionẽ. Interea Hẽricus Leo immiſit clam expeditos milites per Albim ſub manu Helmoldi de Zwerino, & Bernhardi de Welpe comitũ: ut aut eſcas importarẽt obſeſſis, aut collata manu ſoluerent obſidionẽ: Tranſierãt primo diluculo fluuiũ, & ſecuritas ducis fęcit, ut non aduerterenť, donec multiplicati uim intulerũt obſidẽtib⁹: nec potuit par eſſe imparat⁹ prępараtis ad pugnã, fugatuſq̃ eſt dux Bernhardus, & ſoluta eſt obſidio. Sed res comitis Adolphi uſq̃ in hanc diem proſperas labefactauit fauor quẽ impẽdiſſe uidebatur Waldemaro Sleſwickcenſi epiſcopo, rebellionẽ molienti regi Kanuto pro corona Daniæ, ad quã ſe tam natũ eſſe cõtendit epiſcop⁹, q̃ ipſum Kanutũ: qui cum eſſet Waldemari nouiſſime regnãtis filius, ipſe Waldemar⁹ epũs patrẽ habuit Kanutũ ęque regem, qui cum Zwenone in cõuiuio cecidit: quod in Danica noſtra dixim⁹. Faciebat animos epiſcopo ad rebellionẽ moliendã amicorum de Norwagia prompt⁹ animus: Itaq̃ & Adolphus illi inhęſit, placens perinde Imperatori, qui regi Danię iam male uolebat, pro inuaſa nuper Wandalia, & recuſata Imperio ſubięctione. Igitur Ottonẽ marchionem comes traxit in cõmunionẽ belli: qui ueniẽs cum expeditis in Holſa-

tiã copijs regẽ demorabat, ut sperabat, egressurũ: & cũ ille diu expectas non ueniret, copias ille suas fastidio & sumptib⁹ uictus reduxit. Adolphꝰ aũt ut se ostentaret Waldemaro episcopo, cum quãtis potuit uirib⁹ Eydoram transgressus populat ea quę regis sunt, quę fuit illi rerũ suarꝝ omniũ uera subuersio: nam dum ille hostilia exercet in regẽ, Waldemarꝰ episcopus cui ille seruiebat, circũuenit ab his, qui illi recte cõsulere putabant: ponitq; rebellionẽ, nihil admonito comite: & se in gratiã cõfert regis, oblitꝰ belli sociũ. Trahit perinde epũs in carcerẽ, & cõpedibꝰ, & manicis ferreis uincit: hac fretꝰ in Adolphũ indignatione rex, simul ut Hẽrico Leoni socero suo ferret suppetias, mouit in Holsatiã: Sed comes longe imparẽ se regi sentiens, cum amici & auxiliares abessent, submissis oratoribus, regem placare cõstituit: & cõuenit tum, ut comes ad cõpensanda quæ irrogauit damna, millequadringẽtas denariorꝝ marchas regi persolueret. Itaq; placatus rex reduxit exercitum.

CA. VI.

h Enricus autẽ Leo, cum ad recuperationẽ pristini honoris frustra niteret, sciẽs non nisi Impatoris manu, tantũ uulnus, q̃d Cæsarꝰ gladius fęcit, posse mederi, filiũ ęquiuocũ Hẽricũ iterũ submisit: qui curiam sequeret Imperatoris: & obseruato tempore, iram leniẽs, obsequijs gratiã patri recuperaret. Sed dum diu frustra laborasset, intento Imperatore ad uarias regni perturbationes, alia uia conat se propiꝰ insinuare Cęsari: Nã comitis Palatini, qui patruꝰ erat Imperatoris, filiã, pmeruit idẽ Hẽricus iunior cõiugẽ: q̃ esset procero corpore, magna formę dignitate, cui mores & stẽma nobilitatis responderẽt. Impator has nuptias nõ multum probauit, coarguẽs familiariꝰ cognatũ: q̃ Imperij hostẽ tãta sibi affinitate deuinciret. Sed quia legitimũ uinculũ solui non poterat, Henricus hac uia interueniẽte socero cœpit Imperatori fieri cõmendatior. Immine-bat tum grandis illa in Apuliã repetita expeditio: erat aũt annus nonagesimusquintus, in qua expeditione talem ac tantũ se prębuit iunior Hẽricus, ut Impatoris largitione, omnẽ soceri sui dignitatẽ, hoc est Palatinũ comitatum promeruit: Noua perinde lux in Saxonia oriri uisa est, cum omnes arrectis auribus primã senioris Hẽrici gloriã per filiũ restituẽdã expectarent: Bellũ enim quod fuit hactenꝰ per Saxoniã infestissimũ tum cõquieuit. Senior aũt Hẽricus iam uicina morte totus ad religionẽ uersus, ecclesias in Brunswico cum suo palatio exornauit. Imperator in Apuliam progressus est prospere agens: Nam mortuo Tancredo regni detentore, sine cõtrouersia admittitur a procerib⁹, & regni possessionẽ ingredit: Reperit thesauros abscõditos, & supellectilẽ ex auro argentoq; splendidissimam, reliquias ueterũ Normãnorꝝ: qui regnũ illud, quod in Norwagia ostendimus, fundauerũt. Iam Imperatori natus erat filius Fridericꝰ ex Cõstantia Imperatrice, ut fama suscępit: Rediens aũt Imperator in Germaniã, reliquit in regno cõiugem ad cõfirmandos uacillãtes, & in fide cõtinẽdos: Ipsa uero per anum quandã, quę fuit occultorꝝ in aula cognitrix sagacissima, reperit thesauros magnos Rogerij regis, & mittens post Imperatorem celerem nũcium, quid illi de inuentis perplaceret cõsultauit. Impera-

tor,ut erat princeps animo liberrimus,remandauit de thesauris quod sibi uiderctur faceret,modo regno cõsuleret,& in fide proceres cõtineret:Illa magnifice pro cuiusq; dignitate munera distribuit: ut sibi faceret deuinctiores.Inter hęc captus est filius Tãcredi cum matre uidua & sorore: Capta q̃q; Imperatoris Cõstãtinopolitani filia eidẽ adulescẽti despõsata, quã postea duxit Philipp⁹ Imperator Hẽrici & germanⁱ & successor. VII.

c Vm aũt per hęc tempora Hartwicⁱ archiepũs Bremẽsis ad ecclesiam suã,a qua exulauit,Imperatoris gratiam cõsequutⁱ rediisset: cum tamẽ multa clerⁱ & populus in eius destitutione apud summum pontificẽ & Imperatorẽ laborassent,iamq; Bremẽses in Waldemarum episcopũ Sleswickcẽsem adhuc uinctũ respexissent, non tñ pręualuit molitio eorę,quominⁱ Hartwicus diutinã seruãs patientiã finaliter in gratiã Imperatoris reuersus,ad ecclesiã suã est restitutⁱ.Ciues tñ qui Imperatoris iam dudum habuere mãdatum de retinendis archiepiscopi redditibus,non facile credidere redeunti: cp Cęsareamgratiam recuperasset,q̃diu nullas cernerent literas pristinæ iussionis uinculum relaxantes: q̃uis pro ipso faceret assertio Adolphi Colonienſis archiepiscopi, qui hoc literis & nuncijs testificaret. Sed quod non libenter factũ audimus, difficulter credimus.Adolphus comes,qui iam comitatũ Stadensem,ut diximⁱ,tenuit, Bremã proficiscitur,cõgratulaturⁱ archiepiscopo,si uera uia niteretur: alioqui illi obstiturⁱ: Vbi uenit,accępit eũ Imperatoris uoluntate, amicorum ope,illã ad ecclesiã rediisse: Vnde factũ est,ut comes Imperatori gratificãs apud ciues effæcit: ut rerũ illi ecclesiasticarę permitterẽt administrationẽ: De redditibus aũt sub interdicto & firma Cęsaris constitutis, nihil agere sinerẽt.Adolphũ aũt archiepiscopⁱ,qui hoc egre ferret,in faciẽ durissime coarguit, tanq̃ inuasorẽ rerum ecclesię: cp multa tenere diceret,quę essent ecclesiastici iuris:eumq; monuit,ut redderet: ni faceret,excõicauit.Adolphus sedẽ apostolicã appellauit.Archiepũs cõgregato suorę cõcilio deliberauit quid faceret: & placuit,ut nõ modo in cathedrali sede,sed in omni dioces diuina interdicẽs suspenderet.Comes interea Adolphⁱ iraę plenⁱ cp excõmunicationis gladio immeritⁱ ferireť,prętertim interposita appellatione legitima: & ideo qui fauebãt,cum illo cõmunicabant, parte altera cõtendẽte, non illo solo capite illi interdictũ, super quo prouocarit,sed aljs ex causis innodatũ censuris, quod comes non fatebať. Coarguẽs ingratitudinẽ episcopi & suorę: cp ille comitatũ Thietmarsorę pridẽ rebellãtem,ecclesię redintegrasset,his nũc rebus male pro obsequio remunerari. Pertesum est aliqñ ciuitati diuturni interdicti: cp mortuorę corpora insepulta ciuitatẽ inficere uiderenť.Relaxatũ est ea in sorte, ut in maiori ecclesia ecclesiasticũ officiũ pageretur: in cęteris maneret silentiũ: Turbatio nimirũ grãdis,qñ & ipsi canonici inter se diuisi non unũ sentirẽt: Alij archiepiscopo,alij comiti subscribẽtes. Ciues comitis partẽ tutati eijciunť urbe cum cęteri dicerẽt proditores urbis in ciuitate non ferẽdos.Valuit hęc cõtrouersia q̃diu in Apulia aberat Imperator: Vbi ille reuersus est,archiepiscopus sexcentis marchis munere datis,gratiã plenã redęmit.Comes Sta-

dñj comitatū cum tertia reddituū parte in beneficiū accepit ab archiepiſco po: & omnis illa cōtrouerſia, quę dudū efferbuit, cōquieuit, ſolutis uincu lis eccleſiaſticis. CA. VIII.

Vo tempore, Hēricus Leo iam ętate feſſus, & qui fortunā exper
q tus utrancp, diu in terrarę orbe iactatus eſſet, plenus dierū, cum Brūſwico, ut diximus, exornādis eccleſijs, & reparādis prjs ubicp operibus intētus ageret, in pace quieuit, tumulat⁹ in eccleſia ſancti Blaſij: quam ipſe ornauit, ditauit, & ſemper coluit. In ſepulchro eius Leonē fuſi lem cōſtituerūt: ut cognomini eius, cp Leo diceret reſponderēt. Inde ſum pſit occaſionē fabula illa puerilis, quā paucis ſupra exufflauim⁹, de longa peregrinatione, quā fabulator ignorabat, in terrā fuiſſe ſanctā: & inde pu dore depoſito, libere effinxit de nauigatione errabūda, de cōſumptis, uel inędia, uel alia occaſione ſocijs, decp duce, cū eſſet inſut⁹ corio, per grifonē deportato: de pugna draconis & leonis, cum ille leoni faueret ad uictoriā: ſequutū leonē, & ita cum belua reuerſum, principē iam incognitū. Aniles nenias cōtemnimus in hiſtoria, quas necp ullus cōmemorat authorū, necp ullam habēt ueri ſimilitudinē: Abeant in tenebras & obliuionē. In idem tempus incidit obitus Bernonis Zwerinēſis primi epiſcopi: nam prędeſſo res ei⁹ Magnopolitani dicebant. Vir erat religionis, & amātiſſim⁹, & ob ſeruantiſſimus, & qui per omnia fere tempora Hērici multū in cōuerſione Wandalorę laboraſſet: Sępe contumelijs pro Chriſto affectus, periculis multis examinatus, pulſus, cęſus, exhonoratus: in quib⁹ omnib⁹ triūpha bat gaudens, cp dignus haberet pro nomine Chriſti illa ſuſtinere: par in ſigne uirorę, qui & temporis perpetuo tractu, & laborū uarietate, pro no mine Chriſti memorabiliter diu in eccleſia deſudarūt: Annū fuiſſe nona geſimūſeptimū tum nōnulli, alij quintū fuiſſe cōtendūt, poſt cētum atcp mille, cum in fata cōcederēt, ad meliora tranſlati. Henric⁹ aūt pro inſigni, quā aliqn geſtabat gloria, & pro exquiſitis in ſęculo rebus geſtis, cum Sa lomone de uniuerſo ſuo labore, quo ſub ſole laborauit, nihil eſt in terris cōſequutus, niſi memorabilem ſepulturam, & memoriam cum laude bo ni nominis ſempiternam. CA. VIIII.

Iu nos Fridericus Imperator, & Hēric⁹ Leo, principes, omni ęuo
d memorabiles, genere Saxones memorando tenuerūt, cp raro pa res rebus geſtis ea natio protulit, cpcp res abillis exantlatę non ſa tis fideliter ab Italicis ſcriptorib⁹ percenſeant: Nunc Henrici Imperatoris eo nomine. VI. res exequamur: Cum res Chriſtiana iamdudū in Aſia la befactata deflueret, capta rurſus a Saracenis Ieroſolyma, Celeſtinus papa inſtitit, miſſis in orbē Chriſtianum legatis de latere, excitauitcp Imperato rem Hēricum: ut apud Argētinā ſuſciperet crucē. Idem fęcere Hēric⁹ Pa latinus Reni Leonis filius, Otto marchio Brandēburgenſis: Sed ille apo ſtolica poſtmodū uoti cōmutatione domi ſubſtitit. Hermānus de Turin gia Lantgraui⁹, Walmarus de Limburg, Adolphus de Holſatia, & Sco wenborg comes: dux Auſtrię, Hartwic⁹ Bremēſis archiepiſcop⁹, Rodol phus Verdenſis: Quadringēti pręterea ciues de Lubica triūphale crucis

ſignum ſequuti, in eam ſe militiã accinxere. Sed cum Imperator ingreſſus in Apuliam, iam ante omnia, per Cõradum cancellariũ parari iuſſiſſet, aurum, cõmeatus, naues, milites, perplexitatẽ eam reperit in regno, quę perſonam eius a peregrinatione diſtineret: Delatũ ferũt Imperatori, q̃ Cõſtantia regina, & ſi in ſeniũ uergeret, occulta tamẽ ageret cõſilia ſubuertẽdi Imperatoris: ut aliũ e regno maritũ, quẽ amabat, regẽ faceret: Iordanũ nobilem Siculũ ferunt reginę fuiſſe gratiſſimũ, & ab ea ſuſcępiſſe munera, auro, gẽmiſq̃ precioſa: uiciſſimq̃ ſua non minori ęſtimatione remiſiſſe. Imperator iram non ferẽs, capi iuſſum hominẽ, in ſedem ferreã igne cãdentẽ fecit collocari, & coronã ignitã ferreã, clauis capiti ei⁹ iuſſit affigi: Alium Richardũ cõiurationis cõſcium, per platęas publice tractũ, ſuſpẽdio mandauit necari: quia tentauit poculo ſubuertere Imperatorẽ. Erat tum ſeptimus poſt nonaginta annus, cum diuerſo itinere, terra, mariq̃ progreſſi peregrini in ſanctã expeditionẽ deproperãt. Adolph⁹ quidẽ Holſatię comes terreſtri peruenit itinere, cum his, qui ei ſe cõiunxerant ad Imperatorẽ in Apuliã: qui & ipſe ingentes copias auro cõduxit, partim etiã uolũtaria militia pro Chriſti honore tranſituros, ſub ſignis Imperatoris militare cupiẽtes: quibus ipſe pręfecerat Cõradum cancellariũ ſuũ, olim eccleſię Lubicẽſis electũ, nũc Herbipolenſis eccleſię epiſcopũ cõſecratũ: Naualis aũt exercitus ſub Hartwico archiepiſcopo Bremenſi mare tenebat occiduũ. Inerãt Dani, Phriſij, Lubicẽſes, Bremenſeſq̃ per littora maris Britanici: omnem Phriſiã, Hollandiã, Zelandiã, Flandriã, Franciã, Hiſpaniãq̃ pręteruecti, ad Vlixbonã peruenerũt: ibi peregrini a põtifice loci ſatis hoſpitaliter excipiũtur: dimiſſiq̃ legunt littora reſtantiũ Hiſpaniarũ, & flexo in oriẽtem curſu, Bethycam Narbonẽſemq̃ prouinciã pręteruecti: Siciliã maritimã inſulã tetigerunt, ad Meſſanã urbẽ cõſedentes: Ibi iũctis armis ſub ſignis Chriſti cõtendũt in expeditionem ordinatam. CA X.

Imperator ipſe, ſub manu Conradi Herbipolenſis epiſcopi cancellarij ſui, ſexaginta ſuorũ millia miſit: Cui iunxit Adolphus Holſatię copias ſuas: Et fœlicib⁹, ut ſperabãt, auſpiciis, in hoſticã cõtẽderãt: In Cpyrũ ueniẽtes, ei⁹ loci regẽ de Impatoris Hẽrici mãdato, diademate quod ſecũ extulerat Cõradus epiſcopus coronauit: Nam id antea, idem rex per literas & ſolennes nũcios ab Imperatore occidentis poſtulauit: cõtemnẽs ſubeſſe Gręculo Cõſtantinopolitano, iamdudũ a gloria patrum degenerãti. Ibi reb⁹ ex ſentẽtia cõſtitutis, cum omnia rite peręgiſſet Cõradus, nauib⁹ repetitis in Ptolemaidã cõtendit, Accon tũc uocauere: Ibi triſti nũcio percellitur, de morte Henrici Cãpanię quidẽ comitis: Sed tum regis Ieroſolymitani, qui nocte ſurgẽs in cubiculo cum auras captaret, imprudenti⁹ excidit a feneſtra, & fractis ceruicibus expirauit. Ea tum erat fortuna Chriſtianorũ, cũ nou⁹ aduẽtaret exercitus, ut neq̃ regiã neq̃ regem haberẽt. Recenter aũt Saraceni Ioppen de manu Chriſtianorũ tulere, hoc ordine. Cum intus eſſet Chriſtianorũ omnigenũ ingens manus, obſediſſentq̃ Saraceni: cęteris ferociores pro ſuo more Theutonici erupere, hoſtibuſq̃ cõfligentes, retro illos pepulere; & iam uictores repetiuere

urbem: Qui intus erant Theutonicis inuidentes, aut min⁹ forte q̃ uellent illis obtẽperãtes, excluſere: ut ab hoſtib⁹ cõglobatis opprimerent̃. Prima ergo nũc peregrinorꝝ expeditio fuit in Ioppen: q̃d opidũ expugnauere Saraceni, ſolocꝫ deiectũ reliquere: Vbi nõ repererũt peregrini in quos gladium diſtringerẽt, rediere Acconẽ: Nam Saraceni uictores, cum præda & captiuis, priuſq̃ illi accederẽt abierũt. Adolph⁹ Holſatię comes, qui iam altera uice pugnauit in ea terra, quia illis tum rebus in Aſia geſtis, non ſolũ interfuit, ſed pręfuit, ſilentio a nobis pręteriri non debuit: Nam cęteri quirem narrãt, eo cꝫ nullus erat magn⁹ eius expeditionis fruct⁹, breuiter trãſeuntes, res fortiter geſtas diſſimulãter prętereũt. Non eſt fraudandus noſter ille comes laude ſua. Igitur peregrini cõuenerant Tyrũ, quę cum Acone pene ſola remãſit Chriſtianis in terra ſancta: Ibi ſpeculatis uiribus & rebus ordinatis ad proxima recuperãda cõtenderãt. Sydon olim florens iam diffiſa tueri, ab Saracenis deſerta eſt: Ampla in ea palatia principib⁹ uiris digna, cedrini parietes, & precioſa quęcꝫ domicilia tum relicta cernebantur: Tranſiẽt ad Sarepta Sydoniorꝝ, nec ibi diu hęſitatũ eſt: Peruenitẽ ad Baruth: Ibi quocꝫ opido relicto in munitiſſimã arcẽ ſe cum rebus Saraceni recępere, ſolis captiuis ſub cuſtodia in urbe relictis. Chriſtian⁹ exercitus terra mariꝫ diuiſus erat: Terreſtres copię primę cõſpiciuntur: Hoſtes uiſis pares ſe futuros arbitrati, cum maritimos non cernerent, egreſſi pugnam inuadũt: Chriſtiani excipiũt: Hic pręfectus turmarũ inſigni uectus equo, huc atꝫ illuc inter ordines uolitabat: Strages utrinꝫ non paruas. Adolphus non paſſus graſſari impune hoſtiũ ducem, proximũ cõpellat Bernhardũ de Horſtmaria: Vides, inquit, ſęuientẽ, una aggrediamur: Dicto citius lanceis ex latere inuadũt, eum iumento deiiciũt. Ille uir fortis in pedes ſe recipit iterũ aſcendẽs: Secũdo deiicitur, & inter laborandũ, laxatis armis uulneri locum faciẽs trãſſoditur. Capti ſunt prętera duo de primariis, cum multis alijs captis, atꝫ cæſis: Cæteri ſe retraxere & in fugam abierunt.

CA XI.

Dnauigabat interea claſſis Chriſtiana & quidã ex captiuis Chriſtianis, cũ uigiles & cuſtodes oppreſſiſſet ſomn⁹, ſignũ dat e ſpecula, ut inuadãt opidũ: Mirantur nautici quis ex opido uocet ſignũ oſtendẽs. Sed tñ Dei nutũ interpretãtes ex opido, oppugnãt: Capto opido & arcẽ expugnant. Hoſtes ubi uidere & ducẽ cecidiſſe & fortiſſimum expugnatũ preſidiũ, ſe per nemora & inuios montes fuga ſunt tutati. Celebre factũ eſt Adolphi nomẽ inter omnes ex hac prima cum hoſtibus cõgreſſione: Repertum eſt in arce armorũ & cõmeatuũ plurimũ, magno noſtris futurũ adiumẽto in hoſtili terra. Tantũ inerat ciborũ, ut trienio obſeſſis ſufficere uideretur: Tantũ armorũ, ut duabus licet magnis nauibus exportari non potuiſſent: Oportunũ erat hoc ſemper Saracenis prędidium, unde fiebant terra mariꝫ Chriſtianis incurſiones. Decẽ & nouẽ millia captiuorũ huic Saladino preſentata ferũtur ab ipſo Syrię excidentis initio: ubi etiã pro inſigni loci gloria Saladinus primũ eſt rex coronat⁹ & rex Ieroſolymę pariter & Babylonię cõſalutatus. Cũcꝫ hęc tam proſpe

ra fuissent Christianis, triste superuenit de morte Imperatoris nunciũ, & cœpit inter omnes trepidatio non uulgaris, cum alius patrimonio, alĩ⁹ be neficio suo timeret: Nõnulli de emulis, alĩs de amicis cogitauere, nec quiẽ uit tumultus, donec adunatis principib⁹ sacramẽta prẽstarẽt omnes, se Im peratoris filio parituros: quę res quietẽ peperit. Inde alia quoq; cura succe dit de rege Ierosolymorũ surrogãdo: Placuit in cõmune principi Tyri re gnum deferre: Ille accepto honore, relictã Hẽrici reginã sibi cõiunxit ma trimonio. Antiochia quoq; Christianis supererat: Aderat ei⁹ princeps, & rebus bene gestis, ad sua remeabat. Territi Saraceni multis de locis cessere Christianis: Ita ditio Anthiocheni quoq; principis extensa est. Thoruttũ a Tyro mille passibus distabat, in monte positũ, inexpugnabile uidebat: quod fortissima hostiũ manus tenebat, quotidianis incursionib⁹ Christia nam militiã fatigabat: Visum est principibus obsideri: multũ diuq; in ex pugnatione frustra laboratũ. Aderãt Saxones plericq;, qui in Hercinia fo diendis mineris desudãt: Aggressi opus, cuniculis factis, muros subruũt: Territi hostes circũspiciũt: sed occurrere tãto non poterãt periculo: Sũma cogitabant, mors, & quidẽ crudelis ante oculos: deliberabãt, ut interposi to colloquio, uitã, si non aliud paciscerent: Ad, pximos uersi inducias par uas ad mutuos sermones deposcũt, & accipiũt. Vbi uentũ est ad colloqui um, primũ poscũt quis sit princeps a quo oppugnentur. Illi referunt: Esse Henricũ Palatinũ Reni potentissimi ducis Leonis filiũ: Eius poscũt præ sentiam: Quibus obiicitur: Turbatores estis pacis & ueritatis inimici. Illi respondẽt de utroq; sibi certa esse colloquia cum principe. Venit & roga tur ab his, ut interposita pace & fide publica in medium ducantur princi pum facturi deditionem.

CA XII.

Enric⁹ Palatin⁹ eos deducit: Aderat inter alios Hẽric⁹ dux Brabã
h tię: Ibi ab Saracenis cœpta est oratio, quę cõmiserationẽ exflagi taret: Cõmunem esse Deũ quẽ utriq; colerẽt, ritũ duersum: Illis Abraham esse generis principiũ: q̃ a Sara geniti, Saraceni dicãtur, fratres esse, cõmuni prẽditos humanitate, sub uno patre Deo, humanarũ rerũ ua rietate, iam se uictos, sæpe ante uictores: nunc accipiãt deditos, solas uestes cum uita permittentes: In ipsa arce captiuos plurimos cum multis esse the sauris: accepta deditione abire sinant orant: necq; difficilẽ illis futurã, hoc capto prẽsidio duorũ proximorũ occupationẽ. Inclinauere multi ut dedi tionem acciperent: Alĩs ex re uisum, ut expugnata arce terrorẽ in hostem cõgeminẽt: Ita non unũ sensere. Adolph⁹ comes nõnullos ex cõtradicen tibus perducit ad muros, munitionẽ ostendit, pericula quãta immineant oppugnãtibus ponit sub oculos, & in sententiã suæ partis multos pduxit, ut placeat deditio, modo obsides dent ad implendas cõditiones. Retulere septem ex Saracenis qui uenerant rem ad cõsortes: Ibi fit cõploratio: Re sistunt milites in faciẽ primorib⁹: nũq; se uiuos arcẽ hostib⁹ permissuros: Quid enim desit nesciãt: Arma, cõmeatus, ualla, propugnacula. Igitur ex sententia militũ cõditiones pernegãtur: Iterum oppugnãtur, defendunt: & in longitudine tẽporũ defecere Christianis cõmeatus: A Tyro peten-

di erant, nec infirma manu propter incursionē hostiū dimidiū misere copi arum, reliqua parte ad obsidionem remanēte. Diu aberāt: Timor inuadit Christianos: sed cum rediisse nūciarent, recreati sunt: Simul tamen & hoc renunciat, properare Saphadinū principē potentissimū, cū Persis, Medis, & Assyrijs, & infinita hominū colluuie. Non potuere nō timere, qui apparatū hostiū & suorū paucitatē respexere. Itaq; relicta obsidione, Tyrum atq; Acconem petiuere: Vulnerati ac infirmi multi (misera facies) relicti, quib⁹ potuere uirib⁹ insequuti sunt. Iā ueniēte Martio de patria qñq; sua cogitabāt: & cōparatis nauib⁹, p̄sertim cp Imperatore mortuo nemo superesset, qui suppetias mitteret: & in rebus cuiusq; domesticis pturbatio, quę solet cum nouis surgere principibus timebat. Solus Moguntinus & Verdēsis p̄sules remānere, qui iādudū ex Impatoris decreto ibāt coronare regē Armenię: qui hoc ab Imperatore dudū efflagitasset. Peręgit ergo Mogūtin⁹ in rege Armenię, q̄d ante cācellari⁹ in rege Cypri: Cōposuitq; pace sequestra res inter eūdē nouū regē, & principē Antiochię. XIII.

Perępreciū est paucis inserere, hoc tēpore factā Liuonię ad Chri
o sti fidem cōuersionē per gentē Saxonū, & eos, qui in eā prouinci
am mercandi gratia e ciuitatib⁹ Saxonię atq; Wādalię nauigarunt. Fuit aūt primus hui⁹ plantationis author nouellę dñs Meyner⁹: alij dixere Meynardū: Zegebergēsis canonic⁹: quē eloquiū Dñi inflāmauit ut eidē populo infideli pacē Dñi nūciaret, & paulatim calore fidei faceret scintillare. Cunq; uir bonus per aliq̄t annos cum mercatorib⁹ eo nauigaret, & operę pietatis deuot⁹ insisteret, sensit manū Dñi non abbreuiatā, & auditorū deuotionē plurimā: Accedēs igitur Bremēsem ecclesiā, cui tum preerat Hartwic⁹ secūdus, de negotio pietatis apud eūdem atq; capitulū eius uerba fęcit, ne in uanū laboraret: sed maior̄ authoritate res inchoata procederet. Impartit archiepūs uolens uiro zeloso cuāgelisandi authoritatē: ipsumq; pontificali subuectū honore mittit in gentē Christo cōciliandam. Ipse igitur Meynardus humilis & deuotus, auditorib⁹ suis uerbi spargens semina, arguendo, increpādo, magis tamē obsecrando, duriciam gentiliū frangēs, ipsorū corda non min⁹ munerib⁹, q̄ exhortationib⁹ paulatim ad quod uolebat Deo annuente pduxit. Annus erat sextus & octuagesim⁹ post centū atq; mille, cum in Liuonia primū sedes episcopalis per Meynardū erigit, intitulata patrocinio beatę Mariæ uirginis in loco qui Riga dicitur. Et quia idem locus beneficio terræ & aquarū multis donis exuberat, nūq; ibi ex illo tempore defuerūt Christi cultores, & nouellę ecclesię plantatores: Est enim terra fertilis, agris, pascuis abūdās, irrigua fluuijs & perinde satis piscosa, & arborib⁹ memorosa: Multi se in eam operā cōtulere cum Meynardo, & deinde post illū: in quibus erat uir p̄cipuus Bertoldus abbas de Lucka, monasteriū arbitror Cirstercienſiū ubicunq; sit: nam alij annales p̄ferūt abbatē fuisse Grisеor̄ monachorū: quod genus uestiū habuere monachi Cistercij. Hic ergo cum laude memorandus intantū ad Christi gloriā efferbuit amplificandā: ut relicto fratrū suorum monasterio, relicta quā habuit sine turba quiete, in peregrinationē se con

tulerit laborioſam & periculo plenã. Meynard⁹ prior diu cõſedit in terra priuſq̃ gẽtis linguã perdiſceret: firmauitq; ſibi ab incurſione malorꝝ prẽſidium in inſula fluminis Dune (Kerckholm nũc uocãt) arcẽ, quã modo tenent fratres ordinis Theutonicorũ. Sed ubi Meynardus diuturno labore multis periculis curſum uitę in omni ſanctitate, iuſticia, & religione ferens pro Chriſto peręgiſſet, cõſummat⁹ fine bono, trãſiſſetq; ad meliora, Bertold⁹ ille uolũtate archiepiſcopi ſurrogat⁹ epũs Liuoniẽſis: Is aũt uir ad omnia pro Chriſto pericula prompt⁹ ſubeunda, accępto q; maligni armis poti⁹ q̃ uerbis ſubigẽdi uiderẽt (exuberat enim & exuperat in omni terra malorꝝ turba gregẽ Dñicũ) arma cõtraxit quãta potuit in Saxonia, & apud ſummũ põtificẽ pęgit: ut qm̃ res Aſię frigebant, ceſſauitq; pro magna parte in eã peregrinatio, Celeſtin⁹ ſumm⁹ pontifex remiſſionẽ peccatorũ in Liuoniã pugnãtibus cõuertit: Vnde excĩti multi utriuſq; ordinis uiri, & eccleſiaſtici, & ſęculares, in ſanctã ſe militiã cũ Bertoldo epiſcopo protin⁹ accinxerũt. Prouecti nauigijs in terrã, oppoſuere aciẽ ueniẽtib⁹ ex aduerſo rebellib⁹ fidei hoſtib⁹: Vbi iam ad cõflictum uentũ erat, epũs ferociori q̃ regere poſſet iumẽto deuect⁹, ferẽ inuit⁹ in medios hoſtes, ibiq; cõfodit anno octauo & nonogeſimo poſt centũ & mille. XIIII.

a Lbertus illi Bremẽſis ſurrogatur canonicus, uir ingenio acer, & ad omnẽ pro Chriſto laborẽ impiger: ętate iuuenis, manu & animo ęque prõptus: Is apoſtolica fret⁹ indulgẽtia in omni maritima Saxonia atq; Wãdalia, crucẽ & ipſe prędicauit, & per alios fęcit prędicari: & per annos triginta indefeſſus laborãs, per brumã uerſat⁹ in Germanię littore, collegit militaturos, q̃s primo uere dum mare peruium eſſet nauigãs, trãſportauit in terrã, ęſtatẽ totã pugnantes in hoſtes: Autumno quidã rediere: quidã etiã per brumã ſubſtitere: Redibat ille iterũ atq; iterum, deuehẽs ac reuehẽs milites multa perægit in ea terra ad Chriſti laudem. Hic eſt qui Rigã urbẽ primus muris ſepſit & cõmuniuit: Aliq̃t pontifices in eã terrã & duces in eã ſecum uexit militiã, milites ſine numero, ciues ac mercatores, in hoc negocio militãtes pro Chriſto. Multi ęſi terrã ſuo ſanguine ſunt mercati: Sępe perpulit hoſtes crucis Chriſti obſides dare, pacis ſubire cõditiones: Denicq; efferueſcẽte multorꝝ deuotione, nouũ inter ſe ordinẽ Crucegladiatorꝝ fratrũ erigere deliberauerũt, ſpe cõfirmationis apoſtolicę ſequuturę. Erãt ei⁹ ꝓfeſſionis duo poſt inuicẽ magiſtri: Inde tamẽ cum in Pruſſiã peruenĩſſent fratres ordinis Theutonicorꝝ, implorati uenerũt in Liuoniã, & ſtatim abſorbuit ille Gladiocruciatorꝝ ordinẽ, & trãſierũt uolentes in profeſſionẽ ordinis beatæ Marię Theutonicorũ: qui uſq; hodie tenẽt terrã illã. Sed ſtatim ab initio de dominio terrę exortũ eſt certamẽ inter epiſcopos & fratres memoratos: q̃d durauit ab illo principio in noſtra tẽpora, duraturũ in finẽ: cum ordo non cõtent⁹ tertia parte prędiorũ, quæ illi initio permiſſa eſt ab epiſcopis, iam pene duas occupauit, eccleſia uix tertiã retinẽte, de qua etiã nũc non ſatis quieſcunt: Plura tñ prędara facinora fęcere in gentẽ uiri fortes. Acceſſit rex quoq; Danię Eſtoniã a mari impugnãs, firmans urbẽ hodie prędarã Reualiam:

quę in teſtimoniū primæ cōuerſionis ab regib⁹ Danor⁹ epiſcopatū ſeruat Metropolitano in Dania ſubiectū. Res autē in ea terra geſtas, nec profeſſio noſtra continet, & alibi quidē ſuis in annalib⁹ tenent Liuones: In proſequutione tñ, ubi opus euenerit, interſerem⁹. Ordinis aūt Theutonicor⁹ primordia, & in Wādalia dixim⁹, & quod deeſſe uidebitur, infra ad tempora Friderici. II. qñ ille meruit ordo apoſtolicā cōfirmationē differem⁹: nunc hoc ſolū cōmemorare contēti, q̄ Liuonia cōuerſionis ſuę authores lingua teſtatur fuiſſe Saxones: Illi enim nūc habitāt: Illi ordinē fouēt: Illi tenent urbes & ruſticū populū in extrema ſeruitute: quod dura eius ceruix fertur depoſcere, gubernāt.

CA. XV.

TTo eius nominis. IIII. Henrici Leonis filī⁹, annitente Adolpho Coloniēſi archiepiſcopo, & fratre Ottonis Hērico comite Reni Palatino, rex Romanor⁹ creat, aduerſus Philippū Hērici fratrē, Friderici filiū Imperatoris, quē papa nō amabat. Agebat tum Otto in Pictauia, bellis pro rege Anglor⁹ auūculo ſuo implicit⁹: Qui ubi audiuit nepotis prouectionē, magnis miſſis theſauris annitit honorē illius attollere. Mittūtur obuiā Ottoni ſolēnes nūcij, qui deducerēt eūtem uſq; Coloniā. Prima in Aquiſgranū noui regis expeditio, q̄ illic eſſet coronādus, & ciues Imperatori mortuo ſeruiētes, ante principū concordiā portas tenuere clauſas; Sciebāt enim alios aliud ſentire: Sed multis inibi factis laboribus & impenſis, ad ſummā, ut ferūt, octuaginta milliū, ciuitatē obtinuit: Ibiq; per Adolphū Coloniēſem archiepiſcopū eſt cōſecrat⁹. Et ut ea electio eſt inſinuata ſummo pōtifici, eam pron⁹ cōfirmauit, magis in Ottonē q̄ Philippum inclinās: quod declarat decretalis Venerabilē, de elec. Philippus tñ a maiore principū numero ſurrogatur Hērico fratri, patriq; Friderico: Nam & Imperialia inſignia in manu eius fuere. Tenebat aūt robur Imperij maximū per Saxoniā, Sueuiā, Bauariā: cūcta pene præſidia in poteſtate illius erant: Ottoni ſola Coloꝛia cum quadā Weſtphalię & Saxonię parte patebat. Philippus aūt cōgregato magno principū & pōtificum cœtu in Moguntiā, ibi cōſecratur per dñm Tarentinū, cōniuente capitulo maioris eccleſię: Nā Conradus Mogūtinus archiepūs adhuc aberat in peregrinatione terrę ſanctę. Ibi regina Imperatoris Cōſtātinopolitani filia, pridem Tācredi filio deſpōſata, iungit Philippo, regio diademate non coronata, ſed circulata proceſſit: Id autē quale ſit nouerint aulici: ego quod in annalibus lego fideliter expono. Ibi duci Bohœmię regia dignitas primū acceſſit. Coactis ergo uiribus Philipp⁹ per Renū copias deduxit, mouēs in Ottonē: Sęcularis quidē potētia cum Philippo uidebat, ſed eccleſia Romana ſtabat pro Ottone: Nam nulli archiepiſcopo palliū dabat pontifex niſi Ottoni inhęreret. Fuere tñ qui ſe clam illi ſubducerēt, & Philippo inclinarent: alij etiā aperte rebellionē oſtenderūt. Ita tumultuatū eſt per uniuerſum regnū. Sed cū deduceret Philipp⁹ copias ſuas cis Renū, ad Moſellā ei occurrit Otto, & traiectū illi prohibēs cōflictabat uiriliter: Cecidere utrinq; multi, ſed ex Bohœmis plurimi: Prævaluerūt Ottoniani, & tranſitū interclusere: Fruſtratus ea uice Philippus, petētē regē Bohœmiæ

cõſanguinitatis gradus: cui ſi apoſtolico munere cõſulat, nihil eſt q̃d nos
detrectem⁹. Cęterũ rem omnẽ in cõmunẽ omniũ ueſtrũ deliberationẽ re-
ĳcimus, cõſilio ueſtro non defuturi: hoc enũciãtes, ſi ſex annorꝝ millib⁹ no
bis uita, quę ꝓangusta eſt, donaret, nollem⁹ inire cõſortiũ thalami cum de
trimento perpetuę ſalutis: quid enim habet omnis mũdus q̃d animę ſuæ
quiſqꝙ prępонat? Nec mouemur ſuper dote, quæ qm̃ ſit ampliſſima inter
quatuor Philippi filias diſtribuat: Nos in re toti ex ueſtro pẽdemus cõſi-
lio: nihil niſi quod communis proſperitas, & ueſtri iudicĳ indubitata gra
uitas denunciauerit, nobis eſt faciendum. CA. XXXI.

Lli abiere cõſulturi: Cũqꝙ frater eius Palatinus ipſe quoꝙ in cõ-
i cilium abire iam uellet: Sede, inquit rex, nobiſcũ germane frater,
ne cuiuſq̃ liberã in cõcilio uocẽ frõs tua diſcutiat. Deliberati re-
diere: Lupoldũ Auſtriæ ducẽ facundiſſimũ principẽ uerbo reſponſionis
onerãtes: qui his uerbis ſentẽtiã omnẽ omniũ explicuit: hic, inquiẽs, cœt⁹
prælatorꝝ ac principũ optime ac illuſtriſſime rex gratias habet modeſtiæ
tuę, ꝙ rem tantã in arbitriũ eorꝝ coniæceris, mecꝙ omniũ uerbis iuſſere ut

cdicerem: Rem esse nõ magni cõsilij, quę luce clarissima cõmuni toti⁹ Ger maniæ paci sit cõsultura: nec eñ soli⁹ tui nũc agit causa: sed cõmunis oim nostrũ sal⁹ & prosperitas eo inclinat: Si renitereris oratũ uenirẽt principes ut affectũ in se tuũ inclinarẽt: Nũc qñ in medio hęret sentẽtia ex eoꝝ qs euocasti cõsilio processura, nemo in hoc cõuẽtu discrepat: omniũ eo pro pẽdet inclinatio, ut fœliciſſimas, qd cõfidim⁹, nuptias, & nobiliſſimę puel lę tibi thorũ cõsocies. Quod ad, phibitionẽ sanguinis ptinet, assunt apo stolici legati cum ei⁹ rei plena facultate: qui suũ in ea re ministeriũ nõ de trectãt, qñ publica salus, & omniũ cõsensus hoc deposcit cõiugiũ: qd tibi omnes qui assunt, quicꝫ absunt, longũ, faustũ, fœlix imprecanť. Vbi rex non ingrat⁹ acquieuit, iussa est uocari puella: Vbi uenit, a principibus ex latere regis inclinãs, & sic suscępta collocať. Rex anulo subarrauit cõsiden rem, & excępit in osculo pacis: Inde in mediũ cardinaliũ ambo excipiunť. Tum assurgẽs rex: Ecce inquit qd petistis reginam habetis: uos quisqꝫ de suo ministerio cogitate: nostrũ fuerit cõmuni omniũ inuigilare saluti. So luto cõuentu puellã iussit cũ germana honorifice Brunswicũ deduci: ipse rex terrarꝫ negotijs & regni curis intent⁹, cogitabat iam de profectione in Italiã, decꝫ Imperij corona suscipiẽda cũ principib⁹ agere incœpit. Cõuen tu in eã rem in Augustã indicto, prelati & principes ex uniuerso regno or dinanť, qui euntẽ in Italiã regẽ comitenť. Erãt aũt hi: Treuerẽsis, Magde burgẽsis archiepiscopi, Herbipolẽsis, Spirẽsis, qui & regni cãcellarius, Ar gentinus, Wormaciẽsis, Basiliẽsis, Cõstantiensis, Patauiẽsis, Curiẽsis, Au gustensis, Eystatẽsis, Pragẽsis, Olmucensis episcopi: De Augia, de sancto Gallo, de Kempten, de Wissenburgo, de Seltza, de Prunna, de Ebsterna abbates. Principes hi fuere: Bauariæ, Lotharingiæ, Saringiæ, Carinthiæ, Morauię, duces: marchiones, & comites plurimi. Cęterum qui remansere trãseũtiũ sumptibus coopabanť. Circa assumptionẽ Virginis alpiũ iuga tãto septus a gmine rex transmisit: Per Insprugge Brixiã attigere: Deinde Athesis fluuij deuexa trãseũtes, Tridentũ puenere. Ad Clusam Veronẽ sium arx erat, quã magna manus militũ insedit Veronẽsibus infesta. Regi aũt trãsitũ fęcere incolumẽ qui arcẽ tenebãt, se ac sua offerẽtes. Veronen ses tñ ab impugnatione non cessauere, q̃uis rex pacẽ illis denũciaret. Qua ex re exasperato rege, multis illi millibus aureorꝝ regi datis, in gratiã eius redierũt. Procedẽs aũt cũ expedito agmine, a Cremonẽsibus, & Mãtua nis obuijs excipiť cum honore. Trãsito Pado, Parmẽses, & Põtremolẽses honore certabãt in suscipiẽdo rege: Nec defuere Mediolanẽses, Januẽses, Lucenses, qui in uiã occurẽtes, suarꝝ urbiũ claues, & magna ptulere dona ria, regijs agminib⁹ in solatia sumptuũ. Nec minor erat Aetrurię cura re gem in suis urbibus honorãter excipere. Ad Viterbiũ usqꝫ ꝓcedens, ob uium habuit summũ ab Vrbe pontificẽ per millia Italica uiginti: Ibi con plexus & osculatus, inuicẽcꝫ principes orbis gratulati sunt, ꝙ mutuos me

rerentur amplexus & colloquia miscere. CA XXXII.

i Am October appetebat mẽsis, priusq̃ rex ipse Romã cõtingeret adoratur⁹ ad limina sanctorꝝ apostolorũ, ut Imperatoriã qꝫ co-

ronã acciperet. Habuit autẽ in comitatu ſex millia loricarꝝ exceptis baliſta riis, quę leuis ferẽt armatura, & eorꝝ numero prẽterito, qui non ad pugnan dum, ſed illuſtrãdum tãti regis exercitũ affuere ex prẽlatis: qui etſi ipſi mi nime ad militiã ſcriberent, duxere tñ familiã nõ paruã, quę militãtib⁹ inſe reret. Cunctꝫ immineret dies coronationis, tãtus eſt factus populi cõcur ſus: ut preſſura grãdis, & interitũ multis & impedimẽta rerꝝ faceret agen darꝝ. Rex huic cõſultur⁹ negotio, ſpargi nũmiſmata iubet in diuerſum: ut a preſſura diſtraherent: & uix etiã ita lanceis & fuſtib⁹ iter tenere poterãt in ędẽ diui Petri, qui coronationi intereſſent. Igit̃ in Dñica qua cõcinit ec cleſia: Da pacẽ dñe, Impator fact⁹ Otto cõſecratur, & Imperij diademate coronat̃: cũctis, uel mẽte cõcinẽtibus: Fiat pax in uirtute tua. Expleto ma gnifice officio, papa uocat Impatorẽ ad cõuiuiũ: Sed maiori inſtãtia ur get Imperator, ut ſecũ ducat ad epulas põtificem. Cum ergo inſcẽdenda eſſent iumẽta, Imperator non immemor apoſtolicę reuerẽtię, ſtrepã appre hendit, & iſto animo pdurãs, cum illo, pficiſcit̃ per urbẽ in locũ cõuiuij ad Lateranũ: ubi ſimul in unum diuiti & pauperi parata ab Imperatore ſum ma cura manebat refectio. Waldemarus interim Bremẽſis poſt exitũ Phi lippi, iã pauper & exul, aures ſummi põtificis pulſare nõ deſtitit, miſericor diã implorãs. Sed qm̃ multiplex erat cõtumacia, nihil potuit ampli⁹ impe trare, niſi ut extra Bremẽſem eccleſiã in põtificalib⁹ diuinũ pageret offici um. Obſtitit ꝺ̃qꝫ illi Ottonis Imperatoris cum Danorũ rege Waldema ro adhuc perdurans intelligentia, propter affinitatem, quam frater Impera toris Wilhelmus cum rege inibat.

CA. XXXIII.

TTo iam Imperator factus priuſq̃ Roma abiret, ab Ro. exaſpera
o tus, ſe uertit in illos, intus & foris oppugnãs. Hucuſqꝫ autem in ter Ro. põtificem & Imperatorẽ integra durabat affęctio: Non ſatis aũt cõſtat qbus ex cauſis orta ſimultas, Imperatorẽ cõmouit in Ro manos, & pinde põtificẽ: niſi qꝫ prõptũ eſt cõijcere: iam ciues Ro. ipſa iã dudum uera Romanitate uaneſcẽte, ex omni colluuie gentiũ nouũ popu lum, ꝺ̃d Itali quoꝫ ſcriptores teſtant̃, pacis hoſtẽ, quietis impatiẽtẽ, noui ratis aliqd ab Impatore, ꝺ̃d ille dare nollet, popoſciſſe: unde orta ſimultas illos prẽlio cõſumpſerit. Ad põtificẽ aũt illa poterat ſubeſſe cauſa, qꝫ Impe rator per Italiã antiqua Impij iura repoſceret, quorꝝ iam quædã trãſiſſent ad eccleſiã. Vẽdicabat ꝺ̃qꝫ ille Mathildis potẽtis per Italiam fœminę locu pletẽ hęreditatẽ, quã illa legaſſe diceret̃ eccleſiæ: Imperatore reclamãte, qꝫ duplici iure ad eũ ptineret: Nam legitim⁹ hęres uidebat̃ amitę ſuę, quę na ta fuit, ut oſtẽdim⁹, ex marchionib⁹ Saxonię: & illo etiã iure non extante, uacantis feudi redibat ad Imperiũ directũ dñium. Abiẽs urbe Imperator prędia quę Romanę dicerent̃ eccleſię inuaſit Montẽ Faliſcũ, & urbes con terminas. Papa miſſis nũcijs admonuit ut ſibi tẽperaret: memor eſſet lon gęui in pſonã eius fauoris ab eccleſia, & qꝫ nouiſſime paternã benedictio nem prẽſens accẽpiſſet. Valuit ampli⁹ apud Imperatorẽ indignatio ꝙ ulla cõmonitio. Ex Tuſcia aũt iam diu fatigata, uertit agmina in Apuliã: quã Fridericus Hẽrici Impatoris fili⁹, ſub eccleſię manẽs, ptectione, iure hære

ditatis de materno sanguine tenebat, cū sibi ecclesia dñium directū ascri-
beret. Ergo ꝙ Impator magis magisq; increduescēs, ab iniurijs ecclesię nil
tēperaret, papa illū anathematis mucrone ꝓcussit. Interim Gerhard⁹ Osna
burgēsis epūs Ro. pōtificis trāslatiōe, in archiepūm Bremēsem cōfirmat:
Sed dux Bernhard⁹ pro Waldemaro faciēs ipsum reduxit Bremā: Cui ci
uitas intantū fauit, ut pro ipso interdictum ecclesiasticū diu sustineret. Sed
per idē tēpus idē dux Bernhard⁹ de Hadeleria reuersus finē uiuēdi fæcit,
filiū Albertū natu minorē in ducatu, Hēricū seniorē in comitatu de Berne
borg & Anehold habuit successores. Hēric⁹ aūt Palatin⁹ Leonis fili⁹ Hē
ricū moriētē filiū prēmisit, & sine hęrede remāsit. Luctant interim de Bre
mēsi dioceśi Gerhard⁹ & Waldemar⁹. Hēricus Palatin⁹ pro Waldemaro
arcē Valkēberg, & Gerhardus Sluttere in aduersos extruxerūt. Quare
aūt Bremēses inhęserint Waldemaro, uide in Metropoli. XXXIIII.

Nn⁹ erat duodecim⁹ post milleducētos, cum Innocēti⁹ papa, qui
a iam operas oēs in studio q̄d uerteret in Ottonē uidebat amisisse,
intantū cœpit odisse hominem, quantū ante dilexit: & cohortat
principes electores, ut qm̄ ipse excōicatū pridē, & deinde depositū Impe-
rio Ottonē abiæcerit, aliū sibi principē delígant ad Imperiū, obijciēs illis
Fridericū adulescētē annoꝝ. XX. Sicilię regē Hērici Impatoris filiū, Fri-
derici. I. nepotē. Interim Otto nuptijs Brūswico celebratis, breui post no-
uā nuptā amisit morte subtractā. Frideric⁹ aūt instinctu pōtificis rex Ro-
manoꝝ elect⁹, regē Bohœmię in societatē belli in Ottonē assumpsit, & du
xit in hostē, Brūswico illū pulsur⁹: Sed illos audiuit apparat⁹ Ottonis: ut
Quedelēborg ueniēs inde iter uertēs retro abiret: Priusq̄ tn̄ ad hoc pue-
niret, Otto qui sciret auersum sibi pōtificis animū, & ꝓinde principes per
excōmunicationis suę nexū cōgressu suo abstinere, nec ignoraret Friderī
ci mot⁹ ex Italia, omnib⁹ itinerib⁹ eius exploratis, apud Cōstantiā illi obię
cit copias: Sed ferocior erat Frideric⁹ ad transitū, q̄ ad interuertēdū Otto.
Cū primū ꝓueniisset inuito Ottone in Germaniā, terrā patrū suoꝝ, hostē
statuit in loco suę māsionis oppugnare: sed iter uertit ex causa quā dixim⁹.
Interim Francię rex Philippus, cū sciret Ottonē male sibi affęctū propter
propinquitatē sanguinis ad Anglię reges, quib⁹ iamdudū bellū erat cum
Frācis ex possessione Normānię, quā uterq; sibi rex uēdicabat. Is igit rex
misso Mogūtiā filio Ludouico, persuasit Friderico: ut in Valentianū opi-
dum situ ad Mosam, sibi pro ineūdo fœdere occurrerēt. Quod ubi factū
est, ingēs bellū exarsit in Ottonē: Iam em̄ Philippus Frācię rex infest⁹ Fer
nando Flādrię comiti filio regis Portugaliæ, in Flādriā ducit. Is comes se
regi Angliæ submittit. Rex Angliæ Ottonē Imperatorē ad arma uocat:
Erat em̄ Aquisgrani Otto: Parat bellū oīm maximū, cū reges duo, Ro.
& Anglię in Francū cōcitarent, Friderico adhuc ad omnia quieto: Expe-
ctabat em̄ exitū prelij q̄d parabat utrinq;. Igit cū rex Frācię iam Flandriā
peruastasset, Otto Impator, ꝙ esset sorore Iohānis Angliæ regis genitus,
uenit cū expeditis copijs in eam regionē. Rex Frācię tāta mole bellū age-
bat: ut omnē iuuentutis in regno suo florē duceret in agmine: Tornacum

Franci petūt audito tāto duorū regū in se apparatu: ꝙ eā urbē Flādrenses pridē occupassent: sed facile rex tātis copijs recuperauit. Dum aūt ibi Frāci multa moliunt, Imperator multo suo comitatu Flādrēsibus ꝓpinquat. Quod ubi Francis nunciat, parant se prælio. Sed cum essent angustiora itinera, ꝓcedere in hostes rex noluit: Verū prudēti usus cōsilio, retrocessit in patētiores cāpos, trib⁹ inde millib⁹, ad pontē (ut uocāt) Bouinū. Sequutus cū agmine instructo aderat Imperator: Iam in alterno cōspectu agmina erāt hostilia: explicuit utercꝫ copias suas ad pugnam. XXXV.

r Ex Frācię cōuersus ad suos ait: Otto cōtumax eccleſię, irā Dei super se merito cōtremiscit: nos, etsi peccatores, ecclesiæ tñ parem⁹: Quocirca auxiliū ei⁹ ab alto bene sperātes pręstolamur: in cui⁹ nomine prodeat diui Dionysij fœlix signū. Ab altera aūt parte Romanę fulserūt aquilę, uolāt per nubila signor̄ dracones. Ita aūt itineris ratio cōparabat: ut Otto in aduersum staret solē, cum rex a tergo illū patereť, & ipsa iam meridie acrius urebat. Sinistro aūt regis ac dextro Flādrensiū cornu prima pugnabat acies. Flādrēsiū comes memor, ꝙ in sua, procꝫ sua ditione tam magnū prælium iniret, ut fortē decebat, fortia facta suis præferebat. Sed dum audēti⁹ q̄ prudēti⁹ pugnat capit: Miscent pugiles: equites incurrūt equitib⁹: Acris pugna trib⁹ horis ꝓdurauit: Cędūt, ꝓcurrūt uicti uictoresqꝫ. Germani qui cū Impatore uenerāt, regiā aciē ualide perurgebāt: Peruenerāt aliqñ pfringētes aciē, tam de ꝓpinquo pugnātes, ut regē Frācię equo deturbarēt. Signifer inclinabat lilia: ut auxilia uocaret. Impator uicissim a Gallis non segni pugna impetit. Inuēt⁹ est qui approperās frenā iumēti ei⁹ arriperet: sed facile ille cū suo detrimēto repellit. Excępit uulnus in caput sonipes Impatoris: unde factū est ut inuitū auerteret acie: Sed no uo rursus impositus⁹ iumēto, redibat ad pugnā. Tāta aūt erat pugnātū dens itas, ut minime in aciē reciperet. Percrebuit fama de Impatoris fuga: Eā Galli excitarūt, & clamorib⁹ uulgarunt. Perurgebat utrinqꝫ acris pugna: Cędunt, capiunt, fugiunt. Comes Boloniēsis inter nouissimos ex acie Impatoris substitit, donec & ille caperet: Gallis tandem cedit uictoria. Hic erat exit⁹ grauissimę pugnæ, quā Galli multis celebrāt carminib⁹, gloriā suę gētis efferētes. Ottoni hoc cōtigisse inforunatū bellū quis non uidet ob cōtumaciā in Ro. eccleſiā. Comes Flādrię tū capt⁹. XII. cōtinuos annos egit in carcere, cū interim Iohāna cōiūx prudētissime Flādriā administrauit: effęcitqꝫ postremū: ut maritū post multa eductū uinculis reciperet in terrā. Otto aūt Impator in Saxoniā reuersus, sibi sępe indignat⁹, ꝙ contra filiū sumpserit oppugnādę Ro. eccleſię. Frideric⁹ aūt cōtra eum magis ac magis inualuit: Nam Triueltz, & Lādeskrone, quę usqꝫ in eū diē pro Ottone senserāt ui cępit, ānō. XV. post. MCC. a nato Christo. XXXVI.

q Vo tēpore rex Danię Waldemar⁹ multis nauib⁹ per Albim trāsiens in Stadiū, q̄d pridē Waldemar⁹ epūs occupauit, cogitabat opprimere: Sed ꝓhibebat Palatin⁹ Ottonis frater, ita ut tum infecto negocio rex frustrat⁹ redire cogeret. Imperator aūt cū fratre, & Otione marchione de Brādēburgo, & Waldemaro episcopo obsedit Ham

burgũ. Ciues cum regi Danorũ parerẽt, magis tñ afficerent Adolpho iu niori comiti, facile cesserũt tãtis uiribꝰ: Sequẽti tñ anno seruabat rex Da nię tẽpora cũ Albis glacie indurata esset: Qua occasione traiectis per gla ciem copijs ad Stadiũ peruenit oppugnandũ: ut extruderet Waldemarũ epũm regni sui insidiatorẽ: Sed cum gelu laxato, glacies q̃q̃ cępit flacce scere, timẽs rex ne regressu intercluso fame laboraret in hostica terra, redu xit exercitũ: & oẽs uires in recuperandũ opidũ Hãburgũ cõuertit, q̃d pri ori anno Saxones occuparũt. Iam in id roboris primũ coaluerat: ut regẽ q̃d antea nõ potuit, sustineret oppugnãtẽ: fame curabat perurgere, cũ rex subtus ad Albim erigeret pręsidiũ. Extat locus in parrochia diui Nicolai (Vrbẽ nouã uocãt) in quo tum arcẽ a rege firmatã crediderim. Angustũ enim opidum, pręter diui Petri parrochiã, tum, aut parũ, aut nihil inclusit: nam reliquę partes illi postea accęssere. Supra uero opidũ ad partẽ oriẽtis Albertꝰ Nordalbingię comes, quẽ rex fęcit Adolpho tertio succedere (co mes is erat de Orlemũde tertij Adolphi uterinus frater) & ipse fortaliciũ erexit, phibẽdis inuectionibꝰ rerũ necessariarũ. Afflicti aũt fame, & cũ nõ cernerẽt qui eximeret eos calamitate, pacti libertatẽ regi se dederũt. Inte rim Stedingi, qui hactenꝰ Waldemarũ epũm defensitauerãt, Gerhardo se archepiscopo cõiunxerunt, & Bremẽses cum Waldemaro impugnarunt: Cõtra quorũ impetus Bremẽses Hẽricũ Palatinũ Ottonis fratrẽ inuitãt. Idẽ q̃q̃ Gerhardꝰ, ut Waldemarũ epũm excluderet, adiutus ab Alberto memorato comite, arcẽ & pręsidiũ ad Zwingã fluuiũ erigit: Sed Hẽricꝰ Palatinꝰ pro Waldemaro & Bremẽsibꝰ sentiẽs deiecit. Proximo tñ anno ipsi Bremẽses iam malorũ pertęsi, iũcti Stedingis Gerhardũ archiepũm su um introducũt excluso Waldemaro. Impator aũt Otto cum fratre Hẽri co Bremensem parrochiã ferro & igne inuadunt, cum Waldemarum, cui studerent, cernerent excludi.

CA. XXXVII.

Lbertus comes Nordalbingiæ nauigat in Liuoniã pugnaturus
a aduersus infideles, quæ tum peregrinatio per singulos annos re nouata, multũ fructũ afferebat in cõuersionẽ gentiũ: quę pro du ricia nationis, non nisi armis potuit ad iusticiã flecti, procurante Alberto Liuoniẽsi episcopo: qui per annos triginta, cõtinuata nauigatione, peregri nos portat atq̃ reportat, duces, comites, põtifices, prelatos, milites, milita res, equites, peditesq̃, ciues, mercatores, qui zelo deuotionis accẽsi, fatiga rí non poterãt, q̃diu supereſſet q̃d ageretur. Sed interim Otto Imperator cum magnis diu laboribꝰ per annos pene uiginti in regno & Imperio la boraſſet, nihil adeo sensit infortunatũ, q̃ ecclesię rebellionẽ: Vnde factũ est ut nũ q̃ postea fœlix succeſſibꝰ esset. Cum aũt morbo laboraret, qui uitã il li abstulit, nimiũ facti pœnitẽs, & ineffabili cõtritione cõpunctus, in arce Hartesburg mãsitabat: A Sifrido Hildesemẽsi episcopo absolutus, in pace quieuit: quã absolutionẽ Honoriꝰ papa ratificauit. Tãta aũt fuisse fertꝰ mo riturí pœnitudo: ut coquinarijs suis pręciperet collũ suũ calcaneis preme re, & uilissimã Dei creaturã omnino supplãtare: Optima aũt spes salutis in tanta cõtritione. Quo tẽpore ministeriales ecclesię Bremẽsis, arcẽ Vordia

quã erexere duces Saxonię occupauerũt, per occaſionẽ, quã díxim⁹ in Metropoli. Sequẽti ſtatim anno Frideric⁹ rex conuẽtu habito apud Goſlariã, principes cõuocauit: ubi Hẽric⁹ Palatin⁹, Otconis frater, inſignia Imperij principib⁹ exhibuit: Et inde apud Frãcfordiã, Gerhardus Bremẽſis archiepũs, quẽ pro ciuitate Bremẽſi in cauſam traxit idẽ Hẽric⁹ Palatin⁹, ibi diẽ ſuũ obijt, ſubſtituto in eius locũ Gerhardo Padeburnẽſi prępoſito, Bernhardi de Lippia, primũ comitis, poſt abbatis, demũ epiſcopi filio. Quo etiam tẽpore rex Danię Reualiã in Eſtonia Liuonię, puincia occupatã extruxit, & ad Chriſtianiſmũ redęgit: ex quo tẽpore ſemper permãſit ſub eccleſiaſtica ditione metropolitani Lundẽſis, q̃uis temporale dominiũ peruenerit ad fratres ordinis Theutonicor̃ in eadẽ prouincia. XXXVIII.

f Rideric⁹ eius nominis. II. iãdudũ uiuẽte Ottone Ro. rex electꝰ, ab Honorio Romę coronaẽ Imperator, Hẽrici filius, Friderici. I. Impator̃ nepos, anno Chriſti uiceſimo poſt milleducentos. Sed quod cõtigerat eccleſię in Ottone, idẽ ſenſit in Friderico: Nam poſt accęptam a papa benedictionẽ, uterq; uerſo in eccleſiã dorſo in eiꝰ detrimentũ multa patrabat. Ferũt tum tẽporis cõceſſiſſe e uita Cõſtantiã eius matrẽ, fœminã & annis & prudẽtia maturã, quę filiũ diu uitijs pro ſua reuerẽtia cohibuit: Quæ ubi abceſſit, continuo liberiores ſumpſit habenas, frenatãq; aliq̃diu nequitiã paſſus eſt uulgari: Nam ſummo põtifici primũ reniſus, multa fęcit quę nõ decebãt: Monitꝰ nõ deſtitit: Excõmunicatione pulſatus cõtẽpſit, exarſitq; magis in malicia. Cõminatꝰ eſt põtifex in eũ deteriora: Irriſit primũ. Exinde põtifex exoluit uinculo religiõis oẽs illi ſacramento deuinctos: ſed inſanabilis p̃manẽs, etiã Imperio deponit̃: Sed neq; hoc magni fęcit. Nã filiũ ſuũ Henricũ decẽnẽ puerũ, ne ab Germanis abijceret̃, regẽ Germanię declarauit Frãcfordię: idq; ratũ habuere principes electores. Sũt huiꝰ rei exẽpla plurima. Nã hoc ante illũ fęcit Fridericus. I. de Hẽrico filio poſt ſe imperãte: Fęcit idẽ Henricꝰ. IIII. primũ de Cõrado filio, inde ubi iſte diſplicuit, deficiẽs a paterna improbitate, Hẽricũ. V. aliũ filiũ regẽ declarauit: qui etiã uiuẽtẽ patrẽ depulit Imperio. Hoc exẽplum ętate noſtra ſequutꝰ Frideric⁹. III. in Maximiliano filio, qui nunc regnat, magis, ut ferũt, fieri paſſus eſt a priuicipibꝰ electoribus, q̃ faceret. Erat tum annꝰ. XXIII. poſt milleducẽtos a Chriſto nato, cũ Waldemarꝰ rex in Dania ſua ruri p̃noctãs, caſum p̃tulit miſerabilẽ: nam q̃ caſtra tũ ſub diuo teneret, nõ apparet ex q̃te tẽpor̃ ſuorũ in regno: forte tũc uenationibꝰ aprinceret, nõ apparet ex q̃te tẽpor̃ ſuorũ in regno: forte tũc uenationibꝰ aprimo Saxonici generis, audax facinꝰ, & oĩi ſęculo memorabile eſt aggreſſus. Erat idẽ Hẽricꝰ extra regis gratiã ex cauſa quã ſupra memorauimus: q̃ Iohannẽ Gantz arce ſua Grabow exęgiſſet, profugientem in regnum: Eacq; ratione præcępto regis Albertꝰ de Orlemũde comes, Hẽricũ memoratum etiã q̃buſdã ſui iuris arcibꝰ exuiſſet, iãq; publica interpoſita fide idẽ Henricꝰ ad placãdũ regẽ ueniſſet in Daniã: Cũq; illi duras recõciliationis ſuę cõditiones, quas ſubire nõ poterat obtendiſſet, obſeruabat tẽpora q̃bꝰ in uenatione omnes regij ſtipatores iam dilapſi regẽ in tẽtorio cũ uno uel

altero reliqſſent,noctu ingreſſus Henric⁹ cũ fidiſſimis,regẽ uinxit cũ ſuis, & obturãs ora captorũ,ꝓducit in nauim,quã nõ lõginquã habebat appa- ratã:ita regẽ noctu eremigãs nemine ſentiẽte,captũ ꝓducit in Saxoniã,& in Dannẽberge graui cuſtodię mãcipabat. Tẽtatũ idẽ aliqñ de Friderico I. Impatore,ad amnẽ cũ ſolo famulo diuerſante: Vnde emergẽs quidã qui obſeruabat,coriaria,ſed ſtricta ueſte, Impatorẽ mediũ implicuit, conatus pertrahere in amnẽ ut abriperet,ꝓgiſſetq;,niſi gladio miniſtri a bacto la- trone Impator ſe explicuiſſet:illo per amnẽ ad ſuos natãdo reuertẽte. Sed hęc alias. Cũ ergo Hẽric⁹ rex Imperatoris Friderici. II. fili⁹ ſenſiſſet captũ Danię regẽ in Saxonia,puincia ditionis ſuę detineri, gratiã aliqñ ei⁹ initu rus,curiã indixit in Bardewico,dudũ euerſo per Hẽricũ Leonẽ opido,ſed nũc paulũ reſpirãte. Aderat eidẽ Hẽrico Engelbert⁹ Coloniẽſis archiepũs multa molit⁹ in relaxationẽ uincti regis:nihil ꝓfęcit. Permãſit aũt duob⁹ annis in carcere,donec. XLV. marcharũ argẽti millib⁹ ſe redimeret,excę- ptis denarijs & munerib⁹,quę in eã rẽ medio tẽpore impẽdit amicis, ſicq; uincula exiuit,quę duos per annos a comite tenuit. XXXVIII.

e Am bene gerẽdarũ rerũ occaſionẽ obſeruãs Adolph⁹ iunior co mes de Scowẽborg,auxiliãte patre & Gerhardo Bremẽſi archie piſcopo,Hẽrico de Zwerino,& Hẽrico de Werle comitib⁹ dum rex capt⁹ teneret:exꝓgiſcentib⁹ etiã Holſatis, qui iuniorẽ comitẽ latentes in paluſtrib⁹ Wilſtrię induxerũt trãs Albim uocat auxilia, terrãq; occu- pat patrũ ſuorũ Trãſalbinã. Albert⁹ de Orlemũde comes,qui hacten⁹ a re ge terrę prefectus omnia gubernabat,cũ nullas a capto interim rege ſup- petias haberet,obuiã tñ ꝓfectus ueniẽtib⁹ collatis prelio manib⁹,ab Hen rico Zwerinẽſi comite capit,& cũ rege Danorũ auũculo ſuo uinculis mã cipat: Rege tñ,ut diximꝰ,ſuo ære redęmpto: manebat ille in carcere ex eo die in annos duos. Quo tẽpore Fridericus Imperator,mortua prima cõiu ge,filiã duxit Iohãnis regis Ieroſolymitani: unde reges omnes Sicilię uen dicãt eandẽ ſibi inſcriptionẽ:nam ille pro dote ſuſcępit titulũ inanẽ eiuſdẽ regni Ieroſolymitani. Anno deinde ꝓximo,qui fuit ſext⁹ & uiceſim⁹,rex Danię Waldemar⁹,cum multũ doleret per tempora captiuitatis ſuę iterũ amiſſam Nordalbingiã,captũq; Albertũ cognatũ ſuũ de Orlemũde co- mitẽ,expeditionẽ fęcit in Holſatiã,ad eã ſi fieri poſſet recuperãdã. Auxilio illi fuit Otto princeps Luneburgẽſis, Wilhelmi,qui erat Leonis fili⁹,nat⁹ ſorore Waldemari regis Helena. Sed nõ pręualuit tam ſubito recuperare, q̃d tãta iam uirtute comes Adolphus cũ Holſatis tenuerũt. Hic prudẽs le ctor attẽdat uulgarẽ omniũ ſuper hac re ſcribentiũ errorẽ,q̃s nominis fal lit ſimilitudo: Tradũt Adolphũ tertiũ,quẽ cęſus apud Demyn pater par- uulũ reliquit,quẽq; primũ Henric⁹ Leo Holſatia exturbauit: deinde cum per Impatorẽ Fridericũ eã recæpiſſet,ſecũdo ab Kanuto rege,& Walde- maro tũ duce ei⁹ fratre ciæctus ſit:eũdẽ nũc tertio Nordalbingiã recępiſ- ſe,& inde nauigaſſe in Liuoniã,& reuerſum,ordinẽ diui Frãcilci ſuſcępiſ- ſe. Sed ratio tẽporũ nõ ſinit: ut unũ hũc extitiſſe credam⁹: Nam qui anno ſexageſimoquarto,cũ pater cędereť,puul⁹ erat:iam eięct⁹ a Kanuto rege,

ad min⁹ erat quadragenari⁹: hoc uero tẽpore recuperatę Holſatię ſupra ſe-
xageſimũ ageret annũ: Quomodo ergo potuit idem poſt triginta annos
& ordinẽ Frãciſci ſuſcipę nonagenari⁹, & ſupra, ac in eo per annos. XVI.
& ultra uiuere? Quis credat octuagenariũ cũ cõiuge nauigaſſe in Liuo-
niã & ibi depugnaſſe? Sed qui diligẽter rem intuent, inueniẽt filiũ ei⁹ pa-
tri extitiſſe ęquiuocũ: qui terrã Nordalbingiã patre iuuante recuperarit,
quẽcę aduleſcentulũ mulier quã dixi nobilis a patre impetrarit: qui proce
dentib⁹ annis, cũ in eã ueniſſet ętatẽ, ut armis idone⁹ eſſet, ſumptis auxilijs
quę dixim⁹, ſit uſus occaſione capti regis, & Holſatiã receperit, regicę oc-
currerit, hoc uiceſimoſexto: & deinde maiori apparatu, q̃d in Wãdalia di-
xim⁹, & nũc paucis ad ſequẽtẽ annũ repetam⁹, regẽ ipſum ſuparit. XL.

h Enric⁹ Palatin⁹ comes, qui iam ſol⁹ ex Hẽrici Leonis filijs ſuper-
erat, ſine ꝓle maſcula moriẽ, uiceſimoſeptimo poſt milleducẽtos,
& perinde Bremẽſis archiepũs comitatũ Stadẽſem diu uarie ia-
ctatũ recuperauerit. Hẽric⁹ Leo prim⁹ illũ per arma uẽdicauit: Inde pulſo
illo in Angliã, Adolph⁹ terti⁹ Holſatię comes, illũ deditũ ex Hẽrici cuſto-
dibus per arma occupauit: unde illũ recępit Hẽricus Palatin⁹ Leonis fili⁹.
Waldemar⁹ q̃cę Sleſwickcẽſis epũs, tũc elect⁹ Bremẽſis, aliquoties accę-
pit: ſed in hũc uſcę diem in manu Palatini ꝓmanſit. Nam a diebus Luderi
ducis, poſtea impãtis, qui, ut dixim⁹, capto Liemaro archiepiſcopo in illi⁹
redęmptionẽ accępit aduocatiã Bremẽſem: & deinde per potẽtiã Henrici
Leonis acceſſit ducib⁹ comitat⁹ iſte Stadẽſis: Vnde factũ eſt, ut tres Hẽri-
ci Leonis filij ita partirent paternã ditionẽ, ꝙ Ottoni ꝓueniret Brũſwicũ
cum attinẽtijs: Wilhelmo Luneburgũ cũ terra ſua: Hẽrico Stadiũ & Bre-
ma cũ ꝓtinẽtijs. Sed cũ ſine uirili ꝓle Hẽric⁹ decederet, pact⁹ eſt eccl'ię red-
dere ſua iura: & ex pacto q̃d idẽ prędente Impatore Friderico .II. cũ Ger-
hardo fęcerat archiepiſcopo, idẽ nũc comitat⁹ Hẽrico moriẽte ad eccleſiã
redibat unde poſtea nõ eſt auulſus. Quo etiã tẽpore, cũ Frideric⁹ Impera-
tor expeditionẽ in terrã ſanctã ꝓmulgari fęciſſet, multicę ſe principes eidẽ
peregrinationi accinxiſſent, inter alios Ludouic⁹ Turingiæ Landgrauius
beatę Eliſabeth marit⁹, in portu nauigatur⁹ moriẽ: & Imperator quę reli-
quit arma, & in auro argẽtocę iocalia, omnia iuſſit cõfiſcari: Cum interim
Hẽricus rex Impatoris filius Brũſwicũ occupare cõtenderet: ꝙ eã precio
cõparaſſe diceret a ſeniore filia Hẽrici Palatini moriẽtis. Ad eãdẽ q̃cę poſ-
ſidendã iure cõtendebat dux Bauarię, qui minorẽ eiuſdẽ Hẽrici filiã tene-
ret cõiugẽ. Cũcę hæc principes molirent, Otto princeps Luneburgenſis,
Wilhelmi filius, Leonis nepos, omnes ꝓuenit: & ingreſſus urbẽ, eã ma-
gnifice defendit: ut fruſtraret, qui uel armis, uel emptionis, uel ſucceſſionis
titulo conabãtur occupare: Factuſcę eſt prim⁹ utriuſcę poſſeſſor ditionis,
Brunſwici, & Luneburgi, poſt auũ ſuũ. Titulus aũt ducat⁹, qui uacabat a
tempore deſtituti Leonis, per Fridericũ .II. illis reddebat: q̃d ſtatim dice-
mus. Hic ergo Otto ſolus maſcula ſtirpe remanſit ex ſucceſſione Leonis:
Nam Otto Imperator, & Henric⁹ Palatin⁹ ſine uirili prole, ut dixim⁹, de-
ceſſere. Saxonię aũt titulũ tũ Albert⁹ habebat Bernhardi filius: quẽ q̃dẽ

Albertũ ducẽ Nordalbingi uocauerũt: ut qm̃ regi Danor̃ iam rebellare cœperũt, Lubicã atq; Raceburgũ illi cõsignarũt. Dños aũt Nordalbingię uocãt annales eos: qui intra Albim & Daniã aliqd ditionis tenuerũt. Hi fuere Adolph⁹ iam ei⁹ nominis quart⁹, Hẽricus de Warle, de Zwerino, & Raceburgo comites: Instabat enim bellum maximum, quod totis Danici regni uiribus imminebat.

CA. XLI.

Nnus erat septim⁹ & uicesim⁹ post mille ducẽtos, cum iam terror
a Danici nominis obsolesceret, minusq; timeri inciperet ante uicto rioſus rex: posteaq̃ ab Hẽrico comite de Zwerino capt⁹ & redẽptus esset, & iam semel ex regno detonãs, armis esset a Nordalbingis repressus: Cum interim ciues Lubicẽses, iam se recogitãtes pridẽ Impio per Fridericũ. I. cõiunctos, per annos iam. XXV. seruisse Danis, uiderentq; Adolphũ in Holsatia iugũ eius reiecisse, & ipsi de sua libertate cœperunt intẽdere: mittentes ad Imperatorẽ iam Fridericũ. II. qui Imperiali culmini ostẽderẽt, se non uolẽtes esse per arma detractos Imperio, nũc ad ei⁹ subiectionẽ iterũ aspirare: si modo ,ptectione Impiali securi, tutiq; manerẽt. Nihil grauatus Imperator, ad unionẽ Imperij illos recepit, eximens a iure uiolento, qd nolentes subierãt, armis illos precipiẽs suã tueri libertatẽ: scri bensq; uicinis præsidibus, ut pro Imperij honore, accederẽt eor̃ auxilio. Quibus apud Impatorẽ impetratis, mox obseruãtes tẽpora, arcẽ quã Lubicę tenuere regij, ciues occupãt, custodes precipitãt, & apertã regi rebellionẽ moliunt. Rex euocato ex Transalbianis Ottone principe Brũswickense & Luneburgẽse, ex sorore sibi nepote, ipse toti⁹ regni uirib⁹ in expeditionẽ uenit: Mouit trãs Eydorã in Holsatiã: nec segniores occurrerant archiepũs Bremẽsis Gerhardus: dux Saxonię Albert⁹: Adolph⁹ de Scowenborg & Holsatia: Hẽricus de Zwerino comites, dñiq; Wãdalię, Pxime: quib⁹ Lubicẽses ciues omnia quę possent arma cõiunxerãt. In regis aũt agminib⁹ erãt Thietmarsi, qui comiti Adolpho clam fidẽ fecerãt, pugna feruescẽte, se trãsituros ad eius signa. Ipso die Marię Magdalenę acie cõcurrũt in Bornehouede: Ferũt aduersum solẽ oculos Saxonũ pcussisse. Sed tum ciues Lubicenses uotũ cõcæpisse super eius diei peragẽda annua solennitate celebriter, si uincerẽt: Apparuisse Magdalenã inter nubila, & nubẽ oppositisse fulgẽti soli. Pugnatũ est acriter: & cũ aliq̃diu cõis mars seuiret, demũ uolitasse uictoriã in partẽ Saxonũ. Rex cum filio uix elabit̃: Otto dñs Luneburgensis capit̃: Dani qui cædi supfuerãt, fugę presidium quęrũt. Capt⁹ Otto in uincula deducit̃: pręda inter milites diuidit̃: Adolpho Holsatia: ciuib⁹ Lubicẽsibus libertas ,puenit ex uictoria. Interim Albertus de Orlemũde comes, quẽ Hẽric⁹ de Zwerino uinctũ tenebat, reddita arce Louenborg, quã sui tenuerunt, liber euadit. Arx Alberto duci redditur, quã pater eius primus firmauit: unde successores eius tenent in hodiernũ: Id erat militię stipendium duci: Nam captum Ottonem Zwerinensis comes suo lucro asseruabat.

FINIT LIBER SEPTIMVS.

INCIPIT LIBER OCTAVVS. CA. I.

FRIDERICVS IMPERATOR PER EA tempora, ad quod uenerat, quod intẽdebat, quod pontifex cupiebat, quod omnis Christianismus expectabat
f ut exequeret, properaturũ se promisit: Constitutũq; est ueris tempus ad conueniendũ Brundusij, quo ex portu tunc soluere est pollicitus. Pontifex Gregorius ex Anagnia Romã reuersus, crucesignatos, qui in orbe Christiano multi erant: ut ad diẽ cõuenirent, missis quaq; uersum tabellarijs, admonuit. Cõuenit uero ingens multitudo, quoꝝ genere & potentatu prestãtior fuit Hassiæ ex Germania Lãdgrauius. Ver aũt iam plene exactum erat, cum expectatus, requisituſq; Fridericus, ęgritudinẽ incidisse simulans in Sicilia se cõtinuit: Malo enim uir animo, mala mẽte nũcios, q̃d postea rescitũ est, expectauit a Soldano Babyloniæ redituros: cum quo fœdera rei Christianæ pernicioſissima, inierat: quibus etiã respõdebat, clades per eam inuecta morã in Christianos milites Brundusij desidentes: Nam superueniẽtia æstatis caumata, occidẽtales milites, præsertim Germanos, sub frigidiore cœlo nutritos, grauissimis morbis afflixerũt: quoꝝ acerbitate multi interiere: In q̃b⁹, ut dixim⁹, Lãdgraui⁹: plurimi lãguorẽ morti similimũ inciderũt. Ad eũ aũt Lãdgrauij necis nunciũ Fridericus ex insperato Brũdusiũ nauigauit, ditissimiq; principis, equos, arma, aurũ, argentũ, & lautissimã supellectilẽ diripuit. Põtifex crebris illũ nũcijs, oratorib⁹, epistolisq;, in profectionem est annisus impellere. Tunc uero, ut factę predę cõtẽtiones declinaret Fridericus, tãdem ad. III. idus Augusti, cum omni classe, Brundusio soluit: cęteri autẽ ad destinatũ in Acconẽ cursum, uelis, remisq;, ardentissime cõtendunt. Fridericus noctu triremi dilapsus, Brundusium est reuersus: quẽ sui omnes admoniti, eadem nocte sunt sequuti. Ad eam nauigantis Friderici famã, mouens ex Gallijs, Iohãnes socer eius rex Hierosolymitan⁹, cum Berengaria uxore Bononiã usq; peruenerat, & ipse in Acconẽ Venetoꝝ nauigijs traiecturus: Quẽ audita Friderici perfidia Bononiæ desidentẽ, põtifex Gregori⁹, Romãdiolę, & Exarchat⁹ Rauennatis gubernatorẽ, ducẽq; instituit. CA. II.

Ontulerat iam se Acconẽ Christiana militia, cum requisitũ, de-
c syderatũq; Imperatorẽ Germani milites, qui postremo omnium Brundusio soluerãt, in Italiã reuertisse primi nũciarunt: destitutoq; duce primario milites Christiani, incõmodũ capere formidabãt: nisi eos recreasset Corradini mors, quondã filij Saladini: cui⁹ filioꝝ tutor inducias cum illis in duos annos petitas concessit. At Gregorius pontifex, q̃primũ intellexit Fridericũ omissa nauigatione in Italiã reuertisse, malignũ hominẽ, cõfirmatis sui prędecessoris, ꝓmulgationibus, quãtis potuit maledictionib⁹, est, ꝓsequut⁹. Ad quas ilico est sequutus uxoris Friderici Iohãnis Hierosolymę regis filię obitus: cui Cõradus puer filius, superstes fuit: Expectabant Christiani proceres per annũ Friderici Imperatoris accessum: Tandẽ nauigationẽ ingressus, Cypro substitit, Senescallo militię

ſuę magiſtro cum copijs Ptolomaidã prę̃miſſo: non magis militię Chriſtianę cauſa, q̃ ut Soldani Babylonis conat⁹ apparatuſq; inſpiceret. Abiens autẽ Italia Frideric⁹, Rainaldũ Theutonici generis nobilẽ uirũ, regni Sicilię reliquit adminiſtratorẽ, cum mãdatis, ut pontificẽ, eccleſiaſticoſq; omnes, uelut aduerſantes haberet: Iſq; dño ſuo ſatiſfactur⁹, cum exercitu Marchiã Anconitanã eſt ingreſſus, & opida ibi quędã occupauit: Peruſinos autẽ, cum pertentaſſet ad rebellionẽ, promiſſa ingenti pecunia, fruſtratur: Vix Peruſio reuerſus põtifex: ubi diuũ nuper mortuũ Frãciſcũ in catalogũ ſanctor̃ miraculis coruſcantẽ aſſcripſit: cum Cõradus Guiſcardi alter Friderici ſatelles, in uallem Spoletanã duxit exercitũ, quẽ Fulginatum cõiurata factio introduxit: nec tñ diu ea urbs in rebellione perduraſſet: q; fidelis eccleſię populus, & Cõradum, & perfidos ciues eię̃cit. Interea Seneſcallus Friderici, in Acconẽ miſſus, multa Chriſtianis ibi manentibus damna intulit: quos ęgre cerneret ferre nocturna cum Soldano Babylonis colloquia: in quibus ipſe aliqñ fuerat deprehenſus: Quã primum tñ Soldani fœdera ſatis habuit cõſtituta, Fridericus ab illo accerſit⁹, Ptolomaidã adnauigauit: Nec mora, oratores Romam dimittẽs, abſolutionem a põtifice recõciliationẽq;, cõpoſitis uerbor̃ lenocinijs, implorauit: Põtifexq;, qui omnia reſciſſet, quę Seneſcallus in Aſia cõmiſerat, perfidia domini in oratorũ facie exprobrata, petitionibus eorũ dedit repulſam: & Templarijs, Hoſpitalarijſq;, in Aſia pro crucis honore militãtibus, ut Friderico tanq̃ hoſti publico fauores auerterẽt, iniunxit: Quãobrem Frideric⁹ cõfuſione & indignatione plen⁹, cõſulti⁹ ſibi duxit in Italiã nauigare. Interim põtifex in Friderici per regnũ duces miſit exercitũ, Iohãnẽ Hieroſolymę regem, e Romãdiola uocãs, male in eos animaduertit. Iohãnes aũt rex in Romãdiolã reuerſus eſt, eo tẽpore, q̃ Frideric⁹ in Tarẽtino portu, quẽ primũ de nauigatiõe attigit, Neapolim anxi⁹ aduolauit.

III.

Agiſter interim militię Theutonicę Prutenor̃, ibat Ptolomaidam, cũ expeditiõe Brũduſij coacta, quã Frideric⁹ deſtituit: qui rem Chriſtianã per inducias Damiatę cõſtitutas, perq; perfidiam Friderici torpeſcere uidens, cum ipſo Friderico rediit in Italiã. Et qm eius militaris ordinis incidit mentio, primordia eius ſunt nobis paucis attingenda. Cum Imperator prim⁹ Frideric⁹, magna illa in Aſiam expeditione, aliquot in hoſtes per itinera cõfeciſſet fœliciter prę̃lia, & in Armenia merſus amni perijſſet: exercit⁹ tñ eius, & ſi uideretur ſine capite, ductu Friderici filij eius, accedente cõſilio Cõradi cacellarij, cęterorumq; in exercitu procerũ, peruenit in terrã ſanctã: ibiq; rebus bene geſtis, aliquãdiu ſubſtitit: Per eſtatẽ, cum & regionis caumate, & aliquot nõ pauci uulneribus male affecti iacerent, ſine cura, & reſpectu principũ, ciues Bremẽſes, & Lubicẽſes, qui expeditionẽ auxerãt, negociũ ſubiere pietatis. Prolatis enim uelis de nauibus, tẽtoria in campis erexere: ſub quę qualicũq; cauſa, ęgrotãtes cõportauere, curã illor̃, ut poterãt, agẽtes: Id cõſpicati principes memorati, Frideric⁹ dux, & Cõradus cancellari⁹ Herbipolẽſis epiſcopus; nec deerat Holſatię comes Adulph⁹ ei⁹ nominis tertius, pietatis

plenũ opus collaudauere: Inſtitueruntq; in urbib⁹ domicilia, quibus offi cium in pauperes plenius q̃ in tentorijs impleretur, primũ fraternitatẽ pij operis ineũtes, inde etiam militarẽ ordinẽ inchoãtes, deputauere ex fratri bus qui domi ſedentes miniſterijũ pietatis exequerentur: cum interim alij foris militãtes, crucis Chriſti in perfidos tuerẽtur honorẽ. Eam quidẽ ſa cri ordinis religionẽ, Fridericus dux memorat⁹ per Henricũ ſuũ germa num, tũc Imperatorẽ, apud ſedem apoſtolicã, cui tum prẽerat Celeſtinus III. impetrabat cõfirmari: Fridericus aũt. II. Imperator, cuius nũc tempo ra attigim⁹, dedit illi ordini Theutonicorũ beatę Marię terrã Pruſſię, quę Polonis, Letuaniſq; cõtermina eſt: ut fines ibi Chriſtianitatis & tuerentẽ & amplificarent: Qui etiã poſtea in Liuoniã ſunt propagati: cum milites ibi gladijs cruciati, ſuis uirib⁹ diffidẽtes, inuitarẽt fratres ordinis Theuto nicorũ, in illorũ religionẽ ſe cõmiſcentes: cuius ordinis tum (ut diximus) Magiſter in Italiã redibat cum Friderico Imperatore: quẽ etiam tum Im perator cum Meſſanẽſe archiepiſcopo Romã miſit ad pontificẽ: ut recon ciliationẽ & benedictionẽ pro eo impetrarẽt. Pontifex mitior, ac debuit, indicta Imperatori mulcta auri ingentis, ad ſumptũ proximi belli, q̃d ſui excitarũt, abſoluit, reconciliauit, ac Imperatorẽ deinde Romanũ, regẽq; Sicilię reſtituit. Terrã etiam Imperator de Neapolitano regno amiſſam, noua inueſtitura recœpit.

CA. IIII.

INterim uero in Saxonia, Otto Brũſwickcẽſis & Luneburgẽſis princeps, agebat in carcere Zwerinẽſiũ comitũ: Henrico aũt co mite moriente, Guncelinus eius frater ſatis propendebat, poten tem illum principẽ laxare ſine precio: ut magnã apud illum gratiã iniret: Sed reſtitit dux Saxonię Albert⁹: qui in ei⁹ captiuitate lucri partẽ habere rat⁹, nullo pacto laxari permiſit, priuſq̃ Hiddeſacker ab Ottone illius do minio traderetur. Solutus uinculis, Otto multam a ſuis miniſterialibus pertulit rebellionẽ: q̃p per lõgęuã captiuitatẽ in cõtemptum illis uenerat: cum & Magdeburgẽſis, & Halberſtadẽſis pontifices, Imperatoris (ut fe runt) uolũtate, fouerẽt rebelles. Hoc aũt erat illud tempus anni uiceſimi octaui poſt milleducẽtos: cum rebus in Liuonia flacceſcẽtib⁹, ſubita bar barorũ incurſione, arx Dunemũde capta, & omnes inibi religioſi uiri, nõ paruo numero, ſunt oppreſſi, martyrioq; pro Chriſto coronati. Quo etiã tẽpore, ut dixim⁹ papa Gregori⁹ ueniẽs Aſſiſiũ, in cõſpectu maximę mul titudinis, quę deuotionis gratia eo cõfluxit, beatum Franciſcũ canoniſa uit: his uſus uerbis: Ad laudem & gloriam omnipotẽtis dei patris & filij & ſpirituſſancti, & glorioſę uirginis Marię, & ſanctorũ apoſtolorũ Petri & Pauli, & ad honorẽ eccleſię Romanę, beatiſſimũ patrem Franciſcum, quẽ dñs glorificauit in cœlis, debito in terris obſequio uenerãtes, de con ſilio fratrũ noſtrorũ & aliorũ eccleſię prẽlatorũ, in catologũ decreuimus ſanctorũ adnotãdũ, & feſtũ diẽ obitus eius celebrãdũ. Statim cardinales, Te deũ laudam⁹ incipiunt, & populi uoces laudes Chriſti excipiũt. Papa de ſolio deſcendit, & cum cardinalibus ſanctũ corpus de tumba leuauit. Sunt qui ſcribant Friderico Imperatori, cum in terra ſancta eſſet, Solda

noꝙ uerba cõtuliſſet, Hieroſolymã recuperauiſſe: quã, ut aiũt, Imperator in uigilia paſchę nudis pedibus ingreſſus, in templo Chriſtũ adorauit, & Bethlehẽ Nazaretꝙ, cum cæteris Galileæ opidis in deditionẽ receptis, in Siciliã maturaſſe. Sed ea narratio apud me fidẽ nõ habet, ꝙ peregrini, qui tum ibi militabãt, nihil horæ retulerint, nec a diſertiſſimis authoribus ulla eiꝰ rei mentio eſt: quã procudubio, minima ſcribẽtes, non prętericſſent ſilentio: Hoc facile crediderim, Imperatorẽ ſub cõductu Soldani loca ſancta inuiſiſſe deuotionis gratia, ſed in deditionẽ recœpiſſe quis credet? Per hoc aũt tẽpus Albertus Liuoniẽſis epiſcopꝰ: qui Rigã urbem primꝰ com muniuit, e ſęculo migrauit, uiceſimonono poſt milleducẽtos: & Bremẽſis eccleſia, iure ſuo uſa, magiſtrũ Albertũ Bremenſem Scholaſticũ in epũm cõſtituit: Sed Rigẽſes canonici aliũ quẽdam Nicolaum elegerũt: diuꝙ fuit altrinſecus, corã iudicibus impetratis a ſede apoſtolica, diſceptatum. Tandem papa Bremẽſibus ſilentiũ impoſuit, pro ſua (ut dicitur) uoluntate. Poſtea anno quadrageſimoſexto idẽ Albertus, a papa Innocẽtio. IIII. apud Lugdunũ, ciuitatẽ Galliarꝝ tũc agente, legatus in Pruſſiã & Liuoniam eſt miſſus: & ſequenti anno, defuncto Iohãne epiſcopo, reſidentiam obtinuit in ſede Lubicẽſi, per annos ſex: demũ factus archiepiſcopus Rigẽſis. Hoc etiã tẽpore Adulphꝰ comes Holſatię, poſtꝙ terrã ſuã recuperauit, arcem firmauit ad Albim fluuiũ prope Hãburgum, cuiꝰ nulla hodie extant ueſtigia: eo crediderim in loco, quo ante illũ rex Danię ibi fortalitium erexit: Permanet loco nomen, ut urbs Nouauicus dicaẽ: tunc extra urbẽ, nũc uelut in medio cõcluſus: Tanta eſt facta urbi acceſſio. V.

a Nnus erat triceſimuſquintus poſt milleducẽtos, cum Imperator Fridericꝰ tertiã duxit cõiugem, Angliæ regis germanã, & menſe Auguſto nuptię celebrãtur Moguntię: Ibi pater filiũ ſuũ Henricũ regno deſtituit, ꝙ grauiter & implacabiliter patrẽ offendiſſet: eũꝙ in Calabriã miſit aſſeruãdum, unde nunꝙ rediit: Ibi quoꝙ Otto dominꝰ Brunſwickcẽſis & Luneburgẽſis dominiũ omne ſuũ poſuit in manus Imperatoris: qui renouato titulo, ducatũ inde erexit, quẽ inſcribi iuſſit Brũſwickcẽſem, deꝙ illo Ottonẽ inueſtiuit, primũ eius tituli ducem: nec enim poſt tempora deſtituti aui ſui Hẽrici Leonis, ullus erat ducatꝰ in Saxonia pręter eũ, quẽ deſtituto Henrico, memorato Bernardꝰ accœpit, & ex eo nũc tenet filius Albertus. Otto iam dux renouata quęſtione, in urbẽ Bremam, quam auus eius aliqꝰ poſſedit, eam cingit obſidione: & extortis inde pecuniis, incẽdiiſꝙ multis factis, rediit: Arcẽ Ottersberge quidã ab eccleſia captã duci tradũt: Sed anno ſequẽti, facta inter epũm & ducẽ reconciliatione, quędã feuda donãtur ab eccleſia duci: & cõmuni utrinꝙ conſenſu, Horneborg & Ottersberg arces euertũtur: ꝙ alterã teneret archiepiſcopꝰ: alterã uero dux, in alternũ prędiudiciũ. Proximo anno beata Eliſabeth, in Mersburgũ trãſlata eſt præſente Imperatore, multiſꝙ principibus, & infinita hominũ multitudine. Per quæ tẽpora, cum a memoria. I. Friderici, duraret ciuitatũ Lũbardię colligãtia, Imperator illã rũpere conatꝰ, urbes eiꝰ ligę non cõpotes, ſibi deuinxit: Mediolanũ, Brixia, Mãtua,

ac maior Romãdiolę pars, in his quę ultra Padũ ad nos sunt: Verona, Vicẽtia, Padua, & Taruisiũ Imperatori reluctãtur, quib⁹ urbs Veneta conspirauit: In Friderici partib⁹ Cremonẽses Bergomẽsesq;, Parmẽses, Regienses, Mutinẽses, & in alpib⁹ Tridentũ persistebãt: cęterę urbes & opida Lumbardię ac Romãdiolę, Marchięq; Taruisinę, pro uarietate fortunę fauebãt alternis. Cunq; Imperator ex Germania magnũ duxisset exercitum, prima Verona, Ecelini, uiri nobilis opera, concessit Friderico: Inde Mantuanũ ingressus agrũ, opida minora cœpit, diripuit, & incendit: & Cremonã circũsedens, nouẽ mensibus apud eam est moratus: ex qua cum esset motur⁹, obsidendã sibi Mãtuam cõminat⁹, flexit in itinere ad Vicentinos: qui ex improuiso circũuenti copijs, inierũt deditionis consiliũ. Eaq; fret⁹ occasione Frideric⁹, dum ultro, citroq;, cõmeant oratores: urbẽ dolo captã, solẽni kalendarũ Nouembriũ die, diripuit, atq; incendit: ad eã tam tisper moratus, quoad populatur exercitus, deuastatq; Paduanũ propinquum agrũ: in Taruisinos duxit, circũsessamq; cœpisset urbẽ, ni Patauinus, immisso milite, subuenisset. Dum autẽ in Taruisina obsidione agit, rescijt Henricũ filium, paterna abhominatũ in ecclesiã impietatẽ fœdera, cum bello socijs Lumbardis cõstituta habere: quorũ primores regni Germanię fuere suasores: Itaq; ueritus, ne ducẽti aduersus filiũ proceres populiq; Theutonũ aduersarẽtur, impudẽtia usus inaudita, pontificẽ per nũcios orauit: ut in filiũ maledictionẽ distringeret: Põtifex, ut uidetur, fœderis ignar⁹, cõcessit literas apostolicas: quarũ ui regno subditi Alemãni, patri, in filium paruerũt: Vnde factũ est: ut ante fili⁹ in Apuliã relegat⁹, tũc a patre iubeẽ (ut ferunt) interfici. Cruẽtum Imperiũ, quod suis uisceribus non parceret.

CA. VI.

Ontifex aũt de Friderici in Italiã reditu apparatuq; certior fact⁹ p Gregoriũ Mõtelõgũ sedis apostolicę protonotariũ ad illũ misit orans, obtestãsq;: ut si pacẽ ecclesiæ, uel poti⁹ Iesu Christi: si suam ipsius beneuolentiã, quę proximis dieb⁹ in fauore aduersus filiũ, & uxoria dispẽsatione, testata fuerit, tãti faceret, quanti sane Christian⁹ princeps facere deberet: cõstituta cum Lumbardis ab auo suo fœdera, quę Henricus pater inuiolata seruauerit impleret: Et cum assensum prẽstare Friderieus uideretur, misit põtifex unũ in breui post tres cardinales: qui re infecta, seu poti⁹ exasperata, Viterbiũ sunt reuersi: Pontificem nanq; magis, q̃ Lũbardos Frideric⁹ anhelabat deprimere. Priusq̃ aũt cardinales Lũbardia discederẽt, Fridericus in Montẽclarũ duxit Brixianor; opidũ, & expugnatũ, direptũq; incẽdit: Brixianos deinde, cum non posset trahere in suas partes, duxit in Mediolanẽses, qui cum exercitu & impedimentis illi in itinere occurrerũt: pugnatũ est utrinq; animis ardẽtissimis, & spe neutrobiq; inferiore. Sed q̃primũ sanguinẽ effundi, cadẽtesq; utrinq; calcari cernerẽt Mediolanẽses, acie plurimũ sunt delapsi: quor; exẽplo quoq; socij populi, uias in patriã ducẽtes, uel notas ingrediebãtur, uel stãtes in acie proximos ita interrogabant: ut uiderẽtur impendentem perniciem expauescere. Itaq;, quod plerunq; assolet, factum est: ut maior pars minorem,

exercitatiorq; rudē ſuparet: melioreſq; e Mediolanēſiū populo, & ſocio-
rum auxilijs, quos pudor & uirt⁹ in prelio cōtinuit, partim cecidere, par-
tim ad Corrociū cōglobati, Friderico præſenti, exhortātiq; ſeſe armis de-
poſitis permiſere: in qbus Venetiarū ducis fili⁹, Mediolanēſiū poteſtas, &
copiarū ductor primarius fuit: Nec ceſſit Friderico uictoria incruēta, tam
multis e ſuo exercitu interfectis, uulneratiſq;: ut potiundi Mediolani ſpe
poſita, quę haudquaq; tenuis apparebat, Cremonā redierit: unde Venetū
Piſas, & inde in Apuliā miſit, ubi in uinculis perijt: Et ſub ipſum uictorię
nunciū, Paduā allatū, non mediocriter ſe cōmouit Ecelin⁹ urbis domin⁹,
in Azonē Eſtenſem. Pontifex aūt arma ſpiritualia diſtrinxit in Fridericū
excōmunicatione in illū ad diē cœnę Dñi promulgata, & omnib⁹ iuriſiu-
rādi religione ſolutis, qua Imperij, regnicq; ratione, tenerent aſtricti: Cui⁹
rei nunciū, tertia die paſchę adiēs eccleſiā accœpit, cum Paduę apud Eceli
num ageret: Eius tn rei fama Paduā totā prius puaſerat. Iuſſit autē ſuarū
magiſtrū epiſtolarū, magna ut in illa ętate facundia uirū, ſermonē habere
ad populū, ſuis laudib⁹, ſuiſq; de Ro. eccleſia, decq; Sūmo pōtifice meritis
redūdantē: & tn exercitu, tum in paluſtrē Venetorū regionē ducere iuſſo,
ipſe frēdens pręceſſit. Itum eſt in ſancti Hilarij monaſteriū, & terra omnis
Veneto ſubdita, Patauino cōtigua agro, uix ſuſtinuit operientē ſe Roma-
ni Imperatoris exercitū. Superueniēs interim a Venetijs cymbarū ſagitta-
rijs plenarū multitudo: quæ aquas, ſicut equites terrā, cōpleret, Fridericū
re infecta redire cōpulit. Inde uero creſcētib⁹ per Italiā malis, tota in com
motione per tēpora Friderici permanſit. CA. VII.

Axonia interim ſub Ottone Brunſwickcēſi, & Alberto Saxonię
s ducib⁹ cōquieuit: Adolph⁹ etiā comes Holſatię rebus bene ge-
ſtis in prouincia, cum filiā ſuā Abel duci Sleſwickcēſi nuptā tra
didiſſet, ipſe cum uxore deuotionis gratia militatur⁹, ſe cōtulit in Liuoni-
am cum expeditis. Hic prorſus locus aperit, non eſſe tertiū Adolphū, qui
regē Danię uicerit, quicq; in Liuoniā ad militiā ſit ꝓfectus: nam is hoc tē-
pore, ſi uixit, non erat minor octogenario: cui⁹ pater ad ſexageſimumquar
tum fuit cęſus apud Demynū, cū ipſe puer eſſet. Idem uero iſte Adolph⁹
poſt duos annos reuerſus, cum ageretur ann⁹ Chriſti quadrageſim⁹ poſt
milleducētos, rebus in Holſatia ad bonū modū cōſtitutis: Cum filij eius
duo, Iohānes, & Gerhard⁹ ſtudijs literarū Pariſio inſeruirēt, terti⁹ Lude-
rus admodū paruulus eſſet, adminiſtrationē terrę permiſit Abel duci ge
nero ſuo, ipſe ordinē Minorū ingreditur, die Ipoliti in Hāburgo, cum du
ob⁹ militarib⁹ de Ghikow. Hic tum erat feruor in diuinā religionē apud
nobilitatē: Equidem nouitas rei plurimū inuitauit: Deferbuit enim cha-
ritas in ſęculo: deferbuit in religionib⁹ alijs approbatis: quo fuit conſpe-
ctior nou⁹ ille in diuina religione calor. Ferunt eundē Adolphū, uoto ſe
aſtrinxiſſe, cū immineret hoc grāde prelium in Bornehouede: ut ſi uictoriā
parti ſuę ꝓmitteret altiſſim⁹, redderet ſe fratrib⁹ minoribus: Reb⁹ q̄primū
in terra cōſtitutis, uouit, & reddidit: Vbi ſacrā ueſtem accœpit in laicatu
dño ſeruitur⁹: cœpit, ut erat, literis ſatis erudit⁹ ſecū cogitare, ſi forte poſ-

ſet apoſtolica diſpẽſatione ad ſacros ordines peruenire: Eãq; cogitationẽ, magis, ac magis animo uoluẽs, permittẽte guardiano ſuo, iter inīt de more fratrũ pedes, urbẽ Romã inuiſere, ſimul & calẽtia loca de recẽti memoria diui patris Frãciſci, in quib⁹ adorare dñm, maxima deuotionis pars fuit uiſitare, Romã ueniẽs, ſummo pœnitentiario omnẽ cauſam detexit de integro: quid in effuſione ſanguinis, dum prælijs intereſſet, ęgerit: patriã repetẽs ditionẽ, & eam defendẽs: rurſus aduerſus infideles in Liuonia pugnãs. Quę cum plane expoſuiſſet, apoſtolicã ſupplex diſpẽſationẽ petiuit, ut ad ſacros ordines permitteretur. Erat tum in apoſtolica ſede. IIII. Innocentius, ſummus ipſe doctor: qui cõſilijs iuriſperitorũ non multũ indigeret, ipſe omniũ peritiſſim⁹: perpẽſa uiri nobilitate, & diuinę zelo religionis, ſimul etiã de cõmunione ſacri ordinis, quẽ tum gerebat, diſpenſationẽ prompt⁹ impẽdit: ut ſacros ordines, & ſumeret: & ubi accœpiſſet, etiã exequeretur: Quo impetrato, omnia ſe regna mũdi aſſequutũ reputabat: Ita gaudio gaudẽs tripudiabat, ꝙ in ſortẽ dñi admitteretur: ſubdiaconatũ in urbe capiẽs: ſacra deinde diui Frãciſci loca inuiſit, a fratrib⁹ qui tum locis preerãt perbenigne accœpt⁹: Hic inquiũt ſanct⁹ orabat: hic ſtigmata uulnerũ Chriſti promeruit: ibi uiſionẽ uidit: illic alijs claruit miraculis. Hęc cum oculis ſuis omnia illuſtraſſet, multũ ubiq; lachrymat⁹, ualefacto fratribus in Holſatiã ſuã repedauit: Sacris deinde ordinib⁹ per ſua temporã alijs ſuſcœptis, primũ altaris miniſteriũ peręgit in humillima capella: quã in profundiſſimo ſaltu fratres habuere, dum illac iter agerent, ibi orantes: Deinde publice Hãburgi in cõuẽtu fratrũ ſuorũ miſſam cũctis collachrymantib⁹ peręgit: Virũ in ſęculo aliqñ nominatiſſimũ, nũc in abiectiſſimã ueſte mẽdicantẽ: & ad altare, diuinũ officiũ celebrantẽ, mirati. Hęc eſt inquiunt mutatio dexterę excelſi. Quis enim alius ex tam glorioſo milite ſęculi faceret tam humilẽ peditẽ Chriſti? Monaſteriũ ſui ordinis ipſe manibus multa molit⁹, in opido Kijl, ubi nũc requieſcit, curauit erigere: Eleemoſynas ſuorũ quondã ſubditorũ humiliter poſcens & accipiẽs: Curauit quoq; eccleſiã, in terra Aldenburgenſi, quę noua dicit, erigere, in honorẽ Diui Antonij fratris ſui ordinis: q̃uis rerũ ignari, patrociniũ deriuent ad Aegyptiũ Antoniũ. Cũq; multũ ſollicite laboraret in erectione dicti monaſterij in opido Kijl, ibat hoſtiatim, lac in hydriam mẽdicãs: ut haberẽt operarij, & fratres, quo inter laborãdũ per eſtũ reficerent. Media iam platea, ubi declinare iter non poterat, ibat hydriã baiulans lacte plenã: & cũ obuios habuiſſet filios ſublimes in equis: comitũ more ſęcularium, paſſus eſt humanit⁹ aliquid, ut rubore cœperit pfundi: Sed ille infremuit, & robur mẽtis aduocãs, cum adhuc in cõſpectu eſſent filij, hydriã leuatã ſuper caput euertit, ſeſe totũ a uertice lacte perfundẽs, dixitq;: Infœlix erubeſti Chriſti pauperiem, baiulare lac in manibus, nunc, uel in capite oſtende quid portaueris? Quis non iure miretur tãtam humilitatem, patientiam, fortitudinem? Vixit autẽ in religione annis quatuordecim, peruenitq; ad annum Chriſti ſexageſimumprimũ, tumulatus ſub lapide quadro in choro fratrum in opido memorato. Inde uero redeuntes exequamur, quę in

medio fuere tẽpora ſub Imperatore Friderico ſecundo. CA. VIII.

Mperator interim Fridericus a papa multis ex cauſis excõmuni-
i catus, quas in bulla declarauit, diu permãſit, in ſordib⁹. Explicui-
mus autẽ cauſas in Metropoli, & quid inde Impator cardinalib⁹
reſcripſerit. Pontifex uero ſollicitauit archiepiſcopos, & epiſcopos, ut Im
peratorẽ excõmunicatum cunctis denũciarent: ſed epiſcopi Theutonię ne
hoc fieret, ſupplicarũt, ueriti tyrannidẽ eius. In Francia aũt, Anglia, & Da
nia, denunciabatur ſine timore: Quę res interim inualuit: ut cum Impera-
tor ſęuitię modum non poneret, crucẽ etiam in ipſum, quaſi Chriſto perſi
dum papa faceret prędicari. Inde etiam principes electores, ad aliũ eius lo
co ſurrogandũ, cõmonuit pontifex: Sed diu reſtitere, expectantes, ſi forte
admonit⁹ Fridericus reſipiſceret. Quo tempore maior etiã timor incubu
it Chriſtianiſmo de Tartaris gente Scythica: quę more ueterũ nationum
finibus ſuis egreſſa, populatur prouincias, etiam Chriſtianas. Nam diui-
ſis agminibus, alij orientẽ, alij occidentẽ inuaſere: qui Poloniam Ruſſiãq;
oppugnãtes, latiſſimos illos Sarmatię campos, quos uſq; hodie tenent, oc
cupauere. Ceſſere illis Poloni Ruſſiq; de aridis cãpis, ubi nullę fruges, ſo
la pecora ualent. Paſtoralis enim populus Tartari, quilac cõcretum, cum
ſanguine potat equino: quod multo ante ſcripſit Virgili⁹ de Gelonis: Sin
gulare dei flagellum, de inundationib⁹ populoꝝ per terras, & quod a ue-
tuſtiſſimis temporibus corrigẽdo orbi deus immiſit. Imperator interim,
cum papa cõciliũ pręlatoꝝ euocaſſet, ad ſuccurrendũ terrę ſanctę, reuoca-
tis cardinalib⁹ de ſua quẽq; legatione, omnes uias, terra, mariq; occupauit
& itinerãtes ad urbẽ, captos, ptraxit in carcerẽ cardinales, epiſcopos, præ-
latos, nobiles, doctos, cuiuſq; generis, & ordinis, ab orbe Chriſtiano ad
ſummũ pontificẽ miſſos oratores. Doluit Chriſtianiſm⁹ tãtũ eſſe uuln⁹ in
uiſcerib⁹, ab eo pręſertim, qui tueri omnia ſuſcœperat, & ſacramẽto ſe adę
git: cum interim Turci & Saraceni premerẽt Chriſtianos in terra ſancta,
& Tartari noui hoſtes Polonis, Vngariſq; imminerẽt. Sed Imperator, nõ
quieuit, partiũ ſtudia in Italia excitãs, cum naſcerẽtur noua illa nomina fa
ctionũ, quę in hodiernũ uſq; durãt: cum ſtudioſi eccleſię Guelphi: Impa-
tori aũt fauẽtes, Gibellini uocitent: a germanis fratrib⁹, ut putãt, initia du
cẽtes: q̃ꝝ Guelph eccleſię: Gibel Impatori militabat. Sub qua de imo tar-
taro nata diſſenſione, Italicę ciuitates, per tot annos tumultuãtes, miris cir
cũuectionib⁹, & uertiginoſo circuitu implicitę, implacabili odio ſęuiũt in
inuicẽ: neſciẽtes quidnã ea in re inſequant. Nõ modo enim ſigna bellica
habent aduerſa, ſed colores, terrę fructus, habit⁹ corpoꝝ: ipſe hominum
inceſſus, digitoꝝ cõcrepitus, & oris hiatus, ſuam habuere partiũ ſignifica
tionem. Brixiani, Bergomenſeſq;, alliũ, cuius apud eorũ plebem frequens
eſt uſus, quo ſcindas modo, plurimum a ratione partium exiſtimãt inter-
eſſe: Auditumq; aliqñ eſt, fuiſſe in Bergomẽſium montibus, qui aduenas
ex Calabris, Apuliſue, aut Hetruſcis, uiatores hoſpitio recœptos, alliũ, q̃d
ſuo ipſius hoſpitis iudicio, in nucleos natura diſtinctos, diuidi oportuit,
gladio ſcindentes, tanq̃ diuerſaꝝ partiũ interfęcerint. CA. VIIII.

f Ridericus postq̃ suos ubicꝫ notos habuit: eorꝫ qui aut diuersarꝫ censerentur partiũ, qui neutris uellent cõsentire, expugnata opida, locacꝫ populatus est, & diuersarꝫ partiũ patria pulsos, omnes in suam redegit potestatẽ: Nõnullos e uestigio interfici: quosdam effossis oculis in Apuliã relegari: quosdam per diuersa cruciatuũ genera ad mortem usqꝫ fecit laniari. Et Pisani interea prẽsentia Imperatoris animati, tanto fauore animis tumefacti, nihil eque annisi sunt, q̃ ut Genuenses aliqua insigni clade afficerent. Armauerũt classem triremiũ ultra centũ: adeo etiam milite ex Friderici copijs sumpto refertam: ut & celeritati pondus, & pugnãtib⁹ obfuerit pressura. Sed hoc tum inter se Itali, Frideric⁹ aũt pontificẽ, & ecclesiã fatigabat: crucesignati in ipsum, aliqñ se opponũt uenienti: properanti nancꝫ etiã, ut portas murosqꝫ urbis Romę perrũperet, amplissimo exercitu, crucesignata cohors comin⁹ est cõgressa: Ad cui⁹ conspectũ, adeo territ⁹, adeo in furorẽ uesaniãcꝫ est cõmotus: ut captos ad se uiuos perduci crucesignatos, in prima ipse pugnãs acie, exclamauerit: Inde perductos ad se Romanos, partim quaternis ad crucis formã perfodit uulnerib⁹, partim caput in crucis modũ quadrifariã scidit, partim fronte eadem ferro cruce reddidit insignitos: Clericos uero detonsam in uertice coronã, ferro cęsim, in crucẽ uulneratã (ut dicebat) iussit ornari: quorum unus inflictũ uuln⁹ nimis patienter tolerare uisus, in palearũ cumulũ, funiculo est pertract⁹: & cum benedicere, ac laudare Deũ perseueraret, igni supposito est cremat⁹. Eam cum uidisset Frideric⁹ populi Romani cõstãtiã, tertio q̃ aduenerat die, mœrẽs, frendẽsqꝫ, & omnia urẽs, deuastãsqꝫ in itinere obuia, trãsijt in Cãpaniã: unde breui post duxit Beneuentũ: quã urbẽ, partim dolo, partim ui captã direptãcꝫ, dimisit mœnib⁹ ĩmunitã: Et in Picentes delat⁹, Ascalim obsedit: in cui⁹ fortiter resistẽtis agro, uastitas est magna cõmissa: Inde in Romãdiolos ducere cupiẽs, Actiũ filiũ, Sardinię regẽ, agitãdis sibi de Piceno aduersantib⁹, subigẽdisqꝫ, dimisit: A quo adolescente, patri similimo, direptiones ubicꝫ, incendia, & uastitates, sunt cõmissę: ut quicquid resistere est ausum, ad calamitatẽ sit maximã perductũ: Cum tñ mirę sint, & raro alias auditę crudelitates, quas per id tẽpus Frideric⁹ exercuit in legatos, per regnũ Sicilię, ecclesiasticos: qui multos archiepiscopos, episcoposqꝫ, partim occiderit, partim carcere tenuerit, partim relegauerit: in quibus Cataniẽsis fuit episcopus, a quo ille ab infantia fuerat educatus.

CA. X.

c Vm interea põtifici satis, supracꝫ, esset, eius cauenti insidias, rem ecclesiasticã reformare: Eo enim tempore decreuit pontifex, Salue regina: certis diuinę rei horis addi, campanasqꝫ ad eucharistię cõfectionẽ, & laudes uirginis dei genitricis, speciali oratione in matutinalib⁹ celebrari: qb⁹ ecclesiasticis institutis, rerũcꝫ suarꝫ saluti necessarijs, fuit intẽt⁹: Nam Iacobũ Columnã Prẽnestinũ episcopũ cardinalẽ, in Frãciam: & Ottonẽ Mõtisferratẽsem marchionũ genere oriũdũ, in Angliã, misit oratores, prẽsidia afflictis ecclesię reb⁹ oraturos: Eacꝫ dũ curat põtifex, Friderici rem in Sicilia administrãtes, in nullũ sacrũ locũ magis sęuie-

runt, q̃ in monasteriũ Cassinẽse, diui Benedicti: aurea cui⁹, & argẽtea uasa fregerũt: quę Frideric⁹ cõflata redęgit in nũmos: & monachis inde ui, ac cõuitio, deturbatis, satellites, sunt in habitationem, ruinãcp̃ pręfecti: & quod impietatẽ auget, Saracenos adeo fouit Fridericus: ut eos mercede cõductos, magis q̃ cęteros Christianos in militia charos habere sit uisus: prętercp̃ arma tractãtes, multos ex ea barbarie amplis per Italiã, & Siciliã honoribus & magistratibus euexit. Eiuscp̃ gentis amore in Christianos uscpadeo est debacchatus, ut Luceriã Apulię ciuitatẽ, eięctis populariter Christianis, Saracenis dederit habitãdam: cui⁹ facti memoria inde ad posteros peruenit, cp̃ diu Luceria Saracenorũ sit appellata. Quacũcp̃ autem ratione sit factũ, pietate in Lucerinũ episcopũ, uir alioqui scelest⁹ est usus: quẽ cum Christianis duodecim permisit episcopiũ inhabitare: Sed legem in regione promulgauit, qua Saracenos adeo uoluit saluos esse: ut cõtendentes cum illis, impune occiderẽtur: cęsor̃ aũt Saracenorũ quęstio, si captus non esset, qui uim attulerat, in uicinę regionis populos habereẽ: quę eris summa, ac totidẽ capitũ supplicio punirẽtur. Quin etiã alia impietate atcp̃ insania, ut Saraceno non magis sibi militãti, q̃ in Aphrica agenti cõmodaret, est usus: qui forma pręstãtiores per Siciliã mulieres, & suũ Italię regnũ cõcupitas uirgines, a parentũ sinu, matronascp̃, a maritor̃ cõplexu rapi, & passus fuerit, & curauerit. Tunetis Aphricę regis fratrem, baptisari uolentẽ Panhormi, prohibuit: Eadẽ ratione tentũ, ne Romã ad pontificem accederet. Creuit Friderici pertinacia: & interim Gregorio defuncto Celestin⁹ senex sufficitur: quo intra uicesimũ diem moriente, cardines qui in uinculis erant protestãtur, ne se absentib⁹ fieret electio: quę res uacationẽ pręstitit sedis apostolicę per mẽses uiginti: Cum periculũ esset, ne Frideric⁹ omnia perturbãs, urbẽ Romã, capite carentẽ, caperet: Fauẽtiam diu obsessam accœpit deditã: Inde in Bononiã agmina cõuertit: Studio literarũ eam priuauit, quod tum primũ est Paduã trãslatum: Et cum potiri urbe non speraret, peruastato agro, duxit in Mutinenses, atcp̃ Regienses: Nec diu apud eos morat⁹, sola agrorũ uastitate cõtentus, abiuit: pręsertim cum properaret ducere in Parmẽses, a quorũ nõnullis Placentinorũ tradendę ei urbis spes erat oblata.

CA. XI.

Ecũdus iam annus fluxerat latę in Fridericũ excõicationis: quo in tempore sedis apostolicę nulla, aut tenuis, erat authoritas, aut minima fuit potestas, Gregorio ad postremos sui pontificat⁹ annos, uarijs afflicto persequutionib⁹, & sede ipsa postmodũ per tantũ tẽporis uacante. Qua tempestate, Balduin⁹ Imperator Cõstantinopolitan⁹, & cęteri Latini, in Romania agentes, meliora quęcp̃ amisserãt: adeo ut detinenda Cõstantinopoli desperarẽt: quam sæpe apparuit in Gręcorũ potestatem rediturã, nisi proprio Veneti impendio succurrissent: Non erat apud eos obscurum auxilia Christianis frustra expectari, aut peti posse, quib⁹ mittẽdis Romani pontificis deesset, & opera & authoritas. Dedit itacp̃ Balduino, sicut plerisqp̃ laborãtibus, ingeniũ necessitas, qui Raimundo comiti Tolosano sociatus, in Italiã est delatus, primumcp̃ sicut debue-

rant, ipſi principes adierũt Fridericũ: Is enim Parmã urbem a factione ſu arum partiũ introduct⁹, aduerſarios numero plures, q̃ ſui erãt, eiecit: hiſq; populariter Placẽtiam cõmearũt. Impetrarũt uero Imperator & Raimũ dus, a Friderico cardinales, prelatoſq;, Amalphitano carcere liberari, fore polliciti: ut illis ad collegiũ perductis, ad optatiſſimã põtificis electionem ueniretur: cum quo ipſi coram Imperij, & ipſius Friderici iurium, & ſolide pacis, haberent exactiſſimã rationẽ: Venientib⁹ inde Romã Balduino, & Raimũdo, quicquid in urbe fuit, cardinaliũ, prelatorũ, curialium, atq; Ro manorũ, obuiũ prodijt: Et quia miſſus Amalphim Friderici nunci⁹ pre ceſſerat, tertio principis Cõſtantinopolitani in urbem aduentus die, ſubi to rumor urbẽ peruaſit, liberatos cardinales, Anagniã perueniſſe: Vnde non magis ex cõpoſito, collegiũ eo acceſſit, q̃ effuſam omnẽ curiã, & Ro manos primarios ciues eſt ſequutum. Quo cum Balduin⁹ Raimũduſq; acceſſiſſent, ilico de electione agi cœptũ: que Iunio mẽſe, quadrageſimo quarto poſt milleducentos, apud ſancte Marie baſilicam eſt celebrata: Et Simbald⁹ ſancti Laurẽtij in Lucina preſbyter Cardinalis, Fiſcea comitũ Lananie Genuenſiũ gẽte, in. IIII. Innocẽtiũ eſt creat⁹. Placuiſſe ferũt Fri derici nũcijs apud Balduinũ Impatorẽ agẽtib⁹ eius uiri aſſumptionẽ, Fri derico, omniũ eius collegij, & curie amiciſſimi: certatimq; Parmã dimiſſi ſunt equites acceleraturi: a quibus leto Fridericus nũcio afficeret. Is aũt mẽtis ſue conſcius, fertur ex compoſito reſpondiſſe: bonũ ſe amicũ cardi nalem, in acerrimũ hoſtẽ Romanũ pontificẽ permutaſſe. Ab Anagnia in urbem, ut eſt reditũ, de pace agi placuit: que cura Imperatorẽ Balduinum & Toloſanũ comitẽ, eque ac ipſum pontificẽ cupientiſſimũ totos menſes quatuor, die, noctuq; exercuit, Friderici oratorib⁹, nũcijſq;, per dies uari antibus, & nulli ſat formule, nulli oblate cõditioni, ſine ſcrupulo adquie ſcẽtibus: Et reſcijt interea pontifex Fridericum in eius caput cum Roma nis ciuibus machinari.

CA. XII.

Vius quidẽ machinationis ea erat ratio cõſtituta: ut accedẽs Ci uitatem caſtellanã pontifex, Fridericũ ad ſe uenturum expecta turus, in itinere caperetur: Quare uerit⁹ pontifex, ne ſi petitas ne garet cõditiones, cõiurati ad facinus in ipſa urbe proſilirent: & petite pa cis cõditioni, uerbo aſſenſus, & diem ſui acceſſus pauxillũ remotiorẽ ex formula cõſtituit. Interea petitas a Genua triremes, ad Centumcellenſem portum applicuiſſe certior factus, noctu adequitãs, ad illas delatus eſt: & nauigans Genuã incolumis peruenit: ubi periculoſiſſimã incidit ualitudi nem: ex qua cum cõualuiſſet, ad Philippũ regem in Frãciam ſe contulit: Ingreſſum Rhodano amne aduerſo, Francie regnũ, pontificẽ Innocenti um rex ſumma ueneratione excipi curauit, deducicq; Lugdunũ: qua in ur be cum cõcilium celebrare pontifex cõſtituiſſet, ſue primũ cõſuluit hone ſtati: Quoties enim ſermonẽ ad populũ, homeliamq; habuit: quod uno quoq; ſolenni die fuit, Fridericũ alta inclamauit uoce, illum admonens, ut ad ea reſpondeat, que aduerſum ſe pro iurib⁹ eccleſie cõſequẽdis habeat, Lugdunũ ſe cõferret: futurũ proteſtat⁹: ut ſi non acceſſiſſet, ſatiſq; poſtu

latis feciſſet, ipſe patrũ uetere inſtituto, cõciliũ cõuocaret. Cunq; aliquot elapſis mẽſibus, nil ab illo reſponſionis haberetur, accerſiti ſunt ad concilium patres, de iure, & cõſuetudine aduocãdi: inchoauerat tũc ſext⁹ quadrageſim⁹ poſt milleducẽtos ann⁹: cõuenerãt uero maxima ex parte conciliũ inituri: cum Fridericus Thadeũ Sinueſſanũ iurecõſultum, & quidem preſtãtiſſimũ, miſit oratorẽ, omnia, ut poſtea cõſtitit, diſturbaturũ: Cuius legationis apparẽs ſumma, & quã pre ſe tulit, ea erat: Fridericũ de re ſua, decq; omni iuſticia, coram patribus dicturũ, breui affuturũ: quẽ expectandum, & rogabat, & de iuriſpõtificij rigore, cum aduerſantib⁹ cõtẽdebat: Nec morã grauiter pontifex patreſcq; ferebãt, quouſcq; reſcitum eſt Fridericum Parmę agentẽ, id maxime moliri enitiq;: ut Brixianos, Mediolanẽſeſq; bello diu meditato paratiſſimus inuaderet. Erant pontifici in Parma urbe cõſanguinei, & affines multi nobiles in regione primarij: quor⁹ ſalutis ratione, dum fuit cardinalis, amicicią cum Friderico ſeruauit: Eos nunc põtifex clam admonitos, iuſſit uel nudos, Placẽtią cõmigrare: Quod q̃primũ eſt factũ, ſentẽtiam põtifex in Fridericũ excõmunicationis, depoſitionis, priuationiſq;, pronũciauit: omnib⁹ iuramẽto abſolutis, quo illi tenerentur: & poteſtate electorib⁹ attributa, nouũ, quẽ uellent, principẽ deligendi. Ad eam nũciationẽ, iracũdia, cuius erat impotẽs Fridericus, adeo excanduit: ut profugor⁹ põtificis neceſſariorũ ędes Parmę, & uillas ruſticas ſpecioſiſſimas, funditus euerteret. Paulopoſt, a quodã, ut creditũ eſt, multa in põtificis oppreſſionẽ pollicẽte ſuaſus, Lugdunũ accedere propoſuit, mouitq; Parma, comitatũ ducẽs, non armatorũ magis, q̃ togatorũ: qualem, quantũcq; poſt ſtantis Romani Imperij tempore, nullus, aut domi habuerit, aut in itinere duxerit Imperator. Lumbardię aũt, & rerũ Italię adminiſtrationẽ Hencio filio, regi Sardinię cõmiſit: ea iniũcta conditione: ut ſeſe apud Parmã cõtinens, quęcũq; ingruerẽt remotius agenda, per legatos, miniſtroſq; curaret: Iãq; Taurinũ Frideric⁹ attigerat, cum Hencium pepulere Cremonenſes: ut oblata Quinciani Brixianorũ opidi furto, aut prima oppugnatione, capiẽdi occaſione, per ſuam ipſius ſolitã celeritatem, diligentiãq;, uteretur: Sed illo haud quaq̃ impigriores fuere Parmẽſes patria extorres, qui Placẽtinorũ allata populariter ope freti, ad recipiendam patriã ſunt ingreſſi. Inerat Parmę prętor Henric⁹ Aretinus: cui dicẽdo iuri, a Friderico pridem impoſito, Hencius in Brixianos ductur⁹, urbis, prę-ſidijq; regimen demãdauerat: Iſq; a factionis Imperatorię Parmẽſib⁹ impulſus, ſtructa acie extorribus ad Tarũ obuijs cominus eſt cõgreſſus: & pręliũ hincinde, utrinq⁹ odio maiore, cõmiſſum eſt: in quo Hẽric⁹ Prętor, & prędidij primores ſunt interfecti. Parmẽſiũ aũt Fridericio ſtudẽtiũ, non magna magis, q̃ crudeliſſima cędes commiſſa fuit, minimoq; poſtea negocio, extorres, in patriam ſunt reducti.

CA. XIII.

INgreſſum iam alpes Fridericũ petendi concilij, quod Lugduni agebatur, gratia, auditus Parmę caſus, ad reditum traxit: futurę tantũ exiſtimauit: ut eo in Gallijs remotiſſimo, Parmenſiũ, ſi incolumes mãſiſſent, exẽplo, multi de Italia rebellarẽt: uſuſq; eſt conatu, cæ-

teris antehac omnibus maiore, copijs undicꝫ contrahendis. Venit enim, cum omnibus Marchię Taruiſanę neruis Ecelinus: Aduenere ex Sicilia Apuliacꝫ Saraceni: & millium ſexaginta copijs Parma eſt cincta. Præuenerat aũt cõſilio, & prudẽtia, frementẽ Fridericũ, etiã priuſq̃ Taurino mouere poſſet, Gregorius Mõtelõgus, apoſtolicę ſedis in Lumbardia legatus, quẽ Innocenti⁹ pontifex Aquilegienſi patriarchatu ornatũ, apud Mediolanẽſes Placẽtinoſcꝫ iuſſit permanere: Eo curante, hinc Placẽtini, Mediolanenſes: inde Bononiẽſes, Ferrariẽſes, Regini, Mutinẽſes prędia īmiſerant Parmã celerrima: ut Fridericus illoꝝ eruptionib⁹, pene quotidianis, agitat⁹, caſtra remotius fuerit cõmunire coactus: Quę quidẽ caſtra, in magnum circuitũ, foſſa, uallocꝫ, primũ caſu, & prędter intentionẽ muntiſſima, Frideric⁹ in urbẽ ędificata, linquere cõſtituit: ut Parma, q̃primũ capere tur, funditus diruta, hęc in eius locum ſuffędta maneret: nomẽcꝫ nouę urbi Victorię fuit inditum: Et tutelaris ſanctus, de more Chriſtiano martyr Victor, in baſilica cathedrali eſt nũcupatus: Victoriniꝫ in ea urbe monetata fuere dicti: Cõtinuatũ eſt poſtea duos ferme annos bellũ atrox, uariumꝫ & Lũbardię, ac omniũ Italię pniciоſiſſimũ: omnib⁹, quos per Italiã partium Gibellinę, & Guelphę labes infęcerat, auxilia, non magis militũ, q̃ pecuniarꝝ, odio partiũ, utrinꝫ cõtribuentib⁹. Et fuit urbs Victoria, uario gentiũ, & rerũ inuſitatarꝝ cõmercio, ac multitudine frequẽtata: ꝙ per ſingulos fere dies, ex Aphrica, Mauritania, Aſia, Aegypto noui homines, noua ueſte, uouis moribus ſunt uiſi. Animalia etiam uidit urbs Victoria, quę poſt theatrales, ſtãtis Romani Imperij ludos, Italia non uiderat: Elephantes, dromedarios, pãtheras, leones, pardos, lynces, & urſos albos: Cũ canes tũc uiſi, hinc magnitudine uiſucꝫ horribili, inde extrema puſillitate ferũtur: Aues quoꝫ & rapaces, & cicures, Fridericus curauit, prędter uſitatas in Italia multas: in quis falcones, chilnoneſcꝫ aſtures, & grifalci albi, & quod eam decuit maieſtatẽ immenſæ magnitudinis barbati bubones fuere cõſpicui. Contraxitꝫ eo Frideric⁹, habitas prius, & tunc primũ captas, ſpecioſiſſimas mulieres: quib⁹ a ſpadonũ grege cuſtoditis, uiridaria, uineas, hortos, & cõſitiones cum uillis apud Victoriã urbẽ lautiſſime procurabat. Qua tẽpeſtate, dum Tartari ſuis locis, & Groſſoni Arabes Hieroſolymã uaſtãt, papa expeditionẽ molit in Aſiam: Fridericus apud Parmam deſidet: res Germanię erãt inquietiſſimę. Nam electores Imperij, facte de Friderico priuationi innixi, Landgrauiũ Turingię, Romanoꝝ regem deſignarãt, cognomẽto Raſpen. Hic iuxta Herbipolim in Aſcẽſione dñica, a Moguntino, & Coloniẽſi archiepiſcopis, & quibuſdã principib⁹ in regem aſſumitur: & ſubito crux a Moguntino prędicatur: & a proceribus multis expeditio in terram ſanctam cum cruce aſſumitur. XIIII.

h Enric⁹ Turingię landgrauius, aduerſus Fridericũ electus, anno ſexto & quadrageſimo poſt milleducentos, apud Frãckfordiam anno proximo curiã indixit: Sed Conradus Friderici fili⁹, quem pater poſt extinctum Henricum cõſtituit regem per Germaniã ſub ſe regnaturũ, filius lolę, quę hęreditatẽ afferebat patri ac filio, ut reges Hiero-

ſolymorũ dicerẽtur: is collecto exercitu Henrico Landgrauio, iam recens electo, occurrit: cum ad indictum ferretur cõuentum: collataq; manu superior factus Cõradus, copias Henrici diſpulit, diſiecit, & diſſipauit: multis capitaneis, ac nobilibus, de exercitu captis. Cœperunt deinde, quib⁹ ea diſplicuit electio, cõtemnere Henricũ, & irridentes, dicere regem clericorum. Papa tamẽ omnes principes Alemãnię, per legatos ſollicitauit: ut Friderico, & Conrado derelictis, Henrico parerent electo. Feruntur & literę tum exiſſe ab Soldano ad ſummũ pontificẽ, quarꝝ exemplar in Metropoli poſuimus: cum tanto in Fridericũ papa ferret animo & feruore: ut illi non modo Chriſtianos, uerum etiã infideles principes auerteret. Fridericus interea in obſidione Parmę, in noua ciuitate Victoria, ſecurum ſe obſidere arbitratus, didicit, quid ſit hoſtẽ per incuriam cõtemnere. Poſtq; enim ui expugnandę ſpem abiecit, & fame illã in deditionẽ cogere eſt adnixus, multa truculentiſſime ſunt cõmiſſa: Captos nanq; diuerſarꝝ partiũ Regienenſes, Mutinenſes, Placentinos, Bononienſes, atq; Hetruſcos, ante urbis Parmę portas promuraliaq; truncari, laniariq;, & baliſtis maiorib⁹, in urbem ſemiuiuos proijci curauit: nec a mulierculariũ pudore eſt tẽperatum, ſi quãdo pauperculę in agrum delatę, Saracenorꝝ, & Friderici ſatellitũ manus inciderent. Tandẽ anno obſidionis ſecundo prope exacto, Gregorio Mõtelongus legatus, & Philippus Vicedñs Placentinus ciuis, Lumbardorũ prędidio prędęctus, oblata, quã diu expectauerãt, occaſione, ſunt uſi: Sagittarij Germani, & Saraceni in magnũ coacti numerũ, ad Parmę portas, foſſaſq;, cõglobati ſunt: id maxime adnixi, ut cõgredi auſos, aut ſi nulli aperuiſſent, ſtãtes in propugnaculis q̃ plurimos uulnerarẽt. Tum legatus prędęctuſq;, ſtructis in urbe ordinibus, quãta maxime poſſunt celeritate, erumpunt: nulla conficiendi ſagittarijs, quod facile erat, mora adhibita: Id enim ſolum, quod conſtituerãt, adnitebãtur: ut urbem Victoriã eximpro uiſo adorirentur: & in ea ſecuritate, quã Friderici potẽtatus, & ſimul obſeſſorum Parmę, credita debilitas, iam diu prędtiterant, uiam, quę a caſtris in urbem recta lataq; ducebat, ocioſi milites Friderici inermes deambulando cõpleuerãt, Friderici exemplo, quẽ, qui interfuit ſcortorꝝ gregi, laſciuientem tunc per nemora, colluiſſe affirmat. Ortus tamen a ſagittarijs ad prima eruptionis ſigna clamor, in uiam ſubito, portãq; relatus: quẽ accœpta a furente uulnera, morientiũq; gemitus, & fugientiũ trepidatio, ingeminarunt, cõuerſus ad urbis Victorię portã q̃frequẽtiſſimus fuerat. Sed inermes, uiſendi ſtudio ſe inculcãtes, hoſtem aduentare furentẽ, ſanguino lẽtumq; cõſpicati: dum arma arripere properãt, portã reliquere hoſtibus indefenſam, & confugiẽti ſagittariorꝝ, aliorũq; inermiũ, immixtus globo hoſtis, eã ardenti animo tenuit occupatã. Nec mora, in omnes ad eã perducentes uias, & uicos, pugnari truculentiſſime cœptum erat: cum Fridericus, altero ſuper alterũ, portę occupationẽ, & hoſtẽ urbe Victoria potitum, nunciãte, unicã in fuga ſpem ſalutis arripuit: Qui prędter alia accœpta cladis damna, prędter dedec⁹ & ignominiã, aurea quoq;, & argentea, ac pene maiora, q̃ Imperatoria, perdidit ornamenta: In quis corona fuit mirabi

lis precioſiſſimaq; iaſpidū ornatu: Eam enim pondere, ac forma, maiuſcu-
lam, q̄ quę capitis de Imperatorio noſtri temporis more geſtamen eſt, ad
diuitiarū, quas certe maximas habuit oſtentationē, in cubili ſemper cōſpi-
ciendā habebat. Ditatus tanta pręda, quā particulatim referre operoſum
fuerit, eccleſiaſticorū exercit⁹, Victorię urbē glorioſe deuictā, ſolo ęqua-
uit: nulla re magis alia damnandus, q̄ q̄ in humani ſanguinis, non magis
barbari, q̄ Italici effuſione modum exceſſit.

CA. XV.

Vo tempore, cum Iohannes, & Gerhardus, Holſatię comites, fi-
q lij Adolphi, iam fratris minoris, de ſtudio Pariſiēſi, cui iam ſupra
bienniū incubuerāt, nō modico ſuorū deſyderio expectati, reuer
terentur incolumes, die Iouis, quę fuit octaua Frāciſci, cum maximo cleri
ac populi tripudio ſunt recœpti. Terrā quidē in tumultu, ſub bellicis mo-
tibus inuenerāt, regi Danię Erico, fratrē ſuum Abel, qui eam defenderet,
impugnāte. Anno deinde proximo, Guncelinus Zwerini comes, & dñi
Wandalię, qui tum regi militarunt, aduerſus Iohannē Holſatię comitem
exibāt in pugnam, peruenerūtq; in Todeſlo (limes tum hic erat Holſatię,
atq; reliquę Wandalię) ubi comes ad tutandos fines ſuę ditionis, prę ſidi-
um militum collocauerat. Sed fortiores uenerāt hoſtes, q̄ poſſent a paucis
ibi ad cuſtodiam cōſtitutis militibus repelli. Capto ab hoſtibus opidulo,
quoſdā etiā ex Holſatis defenſorib⁹ intercipiūt: nōnullos pertinacius reſi-
ſtentes cędunt: alios fuga ſibi cōſulentes abigunt. Fratres ipſi Hoſatiā &
paternā omnē ditionē adminiſtraturi, in eam uenere ſententiā: ut hęredita
tem partirentur, q̄n cōmunib⁹ auſpicijs gubernare non poterāt: Euenitq;
illis, quod ſolet de gubernatione diſſidentib⁹: ut minime cōmuni cōſilio
in omnibus agerēt. Igitur partitione facta, Iohannes natu maior Wagri-
am (ea eſt ditio ex Wandalis olim capta) Gerhardus iunior, uelut pater-
nam domū accœpit Holſatiā, Stormariamq;. In Wagria aūt pro magna
parte pulſis & cęſis Wādalis, Adolphus ſecundus, Weſtphalos, Phriſios
Hollādinos, Traiectēſes: quod ſuo loco dixim⁹, collocauit: Ea cōplectitur
Aldenburgū, Lutkenburgū, Nyeſtadiū, uſq; in Trauenā: Inde Todeſlo,
Zegeberg, Plone, & quicquid mediū hęret. Stormaria, a Stora flumine,
ad Bilenā in orientē porrigitur: ab aquilone Wagriā: ab occidente Holſa
tiam: a meridie Stormariā. Ea cōplectit, Reynoldesborg, Nyemunſter,
Itzeho: & quicquid mediū eſt, uſq; ad Wagriā & Stormariā. Stormaria
uero inſigne & uetus opidū Hamburgū habet: ab olim quidē anguſtum
nunc tribus, q̄ initio partibus magis amplificatū, & opibus non in poſtre-
mis. Sed hac etiā, quā nūc ſcribim⁹, ętate, ſola diui Petri parrochia urbem
faciebat: cętera acceſſere per tēpora, paluſtribus locis ad Albim iacto fun
damento firmatis, ut ſuperędificaretur: Ea eſt diuę Katherinę portio. Ab
occiduo uero, prolatatis muris, includi cœpit non minima pars urbis, quę
diuū Nicolaū habet tutelarē patronū. Nouiſſima acceſſit Iacobi ad oriē
tem porrecta parrochia. Gerhard⁹ iniquā rat⁹ partitionē fratri cœpit inui
dere, q̄ lōge uberiorē ſua accœpiſſet ditionē: Queſt⁹ eſt amicis, cum per
fraternā cōmonitionē nihil impetraret: peruenitq; diſſenſio in apertū bel-

lum: ut Gerhardus ope Alberti ducis Saxoniæ, ac Lubicensiũ, arma extu
lerit in fratrem: obsidens opidum Kilonense, de quo potissimũ contentio
uidebatur: ꝙ ipsum Iohãnes teneret, cum potius Holsatiæ deputandũ ui-
deretur. Sed nihil ibi per arma proficiũt, reuertũturq; sine fructu. Hẽric⁹
interea Romanor̃ rex elect⁹, cum anno quadragesimoseptimo finẽ uiuen
di fęcisset, papa Innocenti⁹ non cessauit Friderico nouũ hostẽ opponere:
misitq; in Alemaniã legatũ Petrum Caputiũ cardinalẽ diaconũ ad Vela-
brum: qui euocatis principib⁹ electorib⁹, iuxta Coloniã ꝓfęcit ut Wilhel
mus comes Hollãdiæ, uir impiger ad arma, rex Ro. eligeret. XVI.

Ilhelmus Hollandiæ comes in Nussia rex Romanor̃ declarat:

W Aderat inter multos principes, prælatos, & nobiles, Iohãnes co-
mes Holsatiæ, & ab rege nouo pro more, cum multis alijs, cingu-
lo militari decoratur: ut auratus inde miles uocaret, & esset. Quo tẽpore,
cum in ecclesia multę pullularẽt hæreses, pernicioſissima quędam surrexit
in Sueuia: quę in summũ pontificem, & cardinales, os aperuit, grauissime
blasphemãs, Friderici Imperatoris, & Cõradi filij causam iustificãs. Multi
in eam sentinã fluxere errores. Audebant dicere apud summũ pontificem
nullã residere authoritatẽ, neq; cardinales, & episcopos: ꝙ omnes una la-
be symoniæ macularent, qcq̃ tenere a Christo potestatis: ꝙq; sacerdotes
in mortali cõstituti, neq; ligarẽt neq; soluerẽt, neq; cõsecrarẽt: ꝙ nemo in
orbe Christiano interdicere posset diuinis officijs: ꝙq; sine discrimine, ea,
audirent, & celebrarẽtur impune. Et in fine suę prędicationis: indulgẽti-
am inquiũt, quam annũciamus, non a papa cõfictam, non a prælatis com-
positam, sed ex deo omnipotẽti uobis irrogam⁹. Conradus rex cum hos
tueretur prędicatores, ipse pene incidit capitis periculum. Nam docti un-
diq; uiri, aduersus ista tam friuola, & rustica dogmata, cõtendentes: effę-
cere, ut omnis nobilitas Cõradum desereret: ipseq; cogeretur clam egre-
di de prouincia. Interim Wilhemus cõtenderat ad sui coronationem: sed
Aquẽsis urbs ita Friderico inhærebat: ut non permitteret Wilhelmo pri-
mam ibi de more accipere coronã. Crucesignati in hæreticos, oppugnaue-
re eam urbem, ut cõpelleretur admittere principes solennia coronationis
peracturos. Inde progrediẽs rex, ripã Reni legit, Impij prędia in suã acci-
piẽs potestatẽ. Sed cum aliquãtã ibi morã facerẽt, nec essent abũdi cõme
atus, quibus regiã suã sustineret, magnificentiamq; dignã Imperio imple-
ret: in Hollandiã suã est regressus. Inde tñ proximo reuersus anno, cum au
ctis uirib⁹ incederet plura q̃ ante Imperij sibi iura uendicauit. XVII.

Nterea Iohannes Holsatiæ comes, cum rex Daniæ Ericus fratres
i suos insectaret, pro Abel duce Slesuici, sororio suo, arma sume-
bat in regem, fratrẽq; Gerhardũ uocabat in cõmunionem belli:
adunatis uiribus, & auctis, per Bremensem archiepiscopũ. Dum autẽ illi
magnis itineribus, ingentiq; apparatu, uenissent in Iutiam, rex cum fratre
iam in gratiã rediisse uidebatur: nec poterant, nec uolebãt, qui armati ue-
nerant, fratribus iam unũ sentientib⁹, se interponere: unde pacatũ agmen
reduxere. Sed anno deinde sequẽti, cum recruduissет bellum inter fratres,

nihil moratus Iohãnes comes, iterum amicos ad arma uocabat. Archiepiſcopus Bremenſis,& Simon Padeburnenſis electus auxiliaria illi facile arma mittebãt,procinctuſq; mouebat in Daniã. Obſtitit illi propriis in finibus arx Reinoldeſborg:quę ueteri memoria ſemper erat iuris Holſatici: ſed auus Iohannis Adolphus,cum a rege Kanuto premeretur,nec aliter manibus eius elabi poſſe uideret:quod ſuo loco dixim⁹: arcẽ regi cõſignauit:eamq; rex & magis cõmuniuit,& uiris fortibus inſeſſam iuſſit cuſtodiri. Tum uero Iohãnes cum cõmilitonib⁹ acriter,animoſeq;,cœpit impugnare. Sed cum interea rex Ericus factione fratris Abel (quod in Dania diximus)interęmptus nũciaretur:ipſeq; Abel ſororius comitũ ad coronam uocaretur,proficiſcereturq;, & coronaretur, facile reliquit Iohannes cœptã oppugnationẽ,cũctis iam ſtantib⁹ ad nutũ ſororij ei⁹,pro quo ipſe cũ amicis in regẽ Danię arma ſumpſiſſet. Wilhelm⁹ autẽ Romanorũ rex,iam magis,ac magis in regno proficiens,affinitatẽ principũ inſtitit ini re,ductaq; uxore filia Ottonis ducis Brunſwickcenſis. Ea ſolẽnitas Brunſwici peragebat in palatio Leonis, ipſa nuptiali nocte, quæ fuit proxima diui Pauli cõuerſioni,graue in palatio incendiũ exorit,cum omnes quieti ſe permiſiſſent,incuria miniſtrorũ:qui paleis,fœnoq;,ignem incaute miſcuerunt: pene rex & regina ſunt exuſti: uix nudi extracti,periculũ euaſerunt: regina ducente regem uiarũ non cõſcium. Sartores qui incẽdio cauſam incauti prębuerunt,primi ſunt exuſti,perierũtq; miſerabiliter per imprudentiam.

CA. XVIII.

f Rideric⁹ aũt Imperator,amiſſa Victoria noua urbe,cum multa, ut diximus,ſupellectile, & armis, in Cremonẽſem agrũ de fuga ſe cõtulit: nec Cremonã rogatus accedere eſt auſus: maxime ueritus,quod facilime cõtingere potuit: ne populus tanta clade,eius laſciuia atq; imprudẽtia afflictus, pœnas ab eo ſuppliciũq; ſumeret. Cremonẽſis enim militię flos cum carrotis in urbe Victoria amiſſus, & odio partiũ,in primores quoſq; ſęuitũ erat. Reparauit tñ breui exercitũ Frideric⁹,& in Placentinos ducẽs, monaſteriũ ſanctę Columbę ſecus Doninũ opidum demolitus eſt: Inde mouẽs in Hetruriã, Henciũ filium cum parte copiarũ in Fauentiã,Rauẽnatũq;,puinciã,ut in poteſtate,fideq; cõtineret, ire diſpoſuit,iuſſitq;. Hetruria pene tota,prẽter Florẽtiam, magis illi ſubdita,q̃ partes ſequi uidebatur: Marchia quoq; Anconitana illi parebat: nihil autem magis cupiebat q̃ exulcerati apud Parmã animi dolorẽ in opprimenda Florentia euomere: nec magni fęciſſet Gibellinã partẽ ſuã,una perdere quę longe minor erat: Quod ſciens pars utraq;,portas illi clauſit: Oppugnãs tñ obtinuit,ut pars ſua eiectis aduerſarijs dominaret. Quod cum fieret, magna pars nobilitatis ad quoſdam ſe cõtulit comites uicinos, cum quib⁹ ſtatim ab Friderico eſt oppreſſa. Hæc cum ageret Frideric⁹,accœpit triſte nũcium, de capto a Bononiẽſibus Hencio filio: a quib⁹ diutiſſime ille tentus eſt. Frideric⁹ inde in Apuliã mouẽs,morbo corripit,a quo cũ cõualeſcere inciperet, a Mãfredo filio, impoſito ori puluino,oppreſſus a nõnullis memorat: Alij Panhormi uita fũctũ ferũt. Hoc cõſtat,priuſq;

decederet, Māfredo filio principatū Tarentinū, cum quibuſdā deſignatis urbib⁹, quę ante ſub illū nō ptinerēt donauiſſe: ut haberet egregi⁹ adoleſcens, formę dignitate, & ingenij magnis, & multis dotib⁹ preſtās, literis etiā imbutus, unde ęuum traduceret: Timebat enim illi ab auaricia fratris Cōradi qui legitimo iure in omnia ſuccedēs minimū fratri notho permitteret. Sed ille patre uita functo, alior⁹ fret⁹ fauore, alibi uim obtendēs, ad regnū Sicilię aſpirabat, & iam pene maiorē partē occupabat: cū diu expectat⁹ Cōradus rex, ex Germania deſcēdēs, recœpit armis, quę ille pridem occupauerat: nec tñ diu ſuperat, ueneno, ut apparebat, extinct⁹: reliquitq; filiū Corradinū ſiue, ut alij ferūt, ex fratre Henrico nepotē, quē ſcripſit hęredem. Sed nos tumulato Friderico, in Saxoniā reuertamur. Erat tum annus quinquageſim⁹ poſt milleducentos, ad ſupputationē Euſebianā: Saxonię enim debitores ſum⁹ ex ꝓfeſſo: q̄uis Imperatorū res non iuiuria illi miſceam⁹: ꝙ omnes inde ab Hērico. I. Ottonis Magni patre, ad hūc uſq; Fridericū, ſanguinē traxerint Saxonicū. Inde ſumūt, qui aiūt, prędarā Saxonię domum annis trecētis & quinquaginta Imperium tenuiſſe. Ex illo enim tēpore nullus eſt aſſumptus princeps, ſiue ex Frācis, ſiue ex Sueuis, qui non Saxonica ſe domo prodijſſe gloriarēt: q̄d in Ottone. I. oſtendimus: qui Sueuię filiū, & Bauarię fratrē pręfęcit, Frāciſq; iūxit affinitatem ut omnes per Germaniam domus illuſtriores, Saxonicum ſanguinē cum laude teſtarentur.

CA. XIX.

TTo dux Brūſwickcēſis, unicū dec⁹ Saxonici germinis, nepos ex filio Hērici Leonis, cū iam eſſet in ꝓcinctu eundi ad curiā Frācfordię indictā: quā Wilhelm⁹ rex principib⁹ cōſtituit, diē ſuum clauſit extremū. Rex aūt memorat⁹ Ottonis gener ſatis difficulter honorem Romani regni ſuſtinuit: cum illi principes non parerent, & ab uicinis ſatis cumulate impugnarēt. Nam inter Coloniēſem archiepūm, & eūdem regem, tanta in opido Nuſſia cōtrouerſia undecūq; exoritur: ut ignē Colonienſes applicarēt regię, in qua rex māſitabat, ita ut rex ipſe, cum apoſtolico legato pene cōflagraſſent. Comitiſſa Flādrię per ea tēpora cum rege ſimultatē de finib⁹ patrię ditionis habebat: quę in apertū ꝓceſſit bellum ita ut non cōtemnēdas copias illa per mare mitteret in Hollandiā. Sed rex uenientes ita excœpit, ut non ſe ueniſſe gauderēt: Multos cœpit, & pertinacius reſiſtentes, cęcidit, ut reſidui fugę prędiū quererent. Ad annum autē a Chriſto quinquageſimūſextum poſt milleducētos, rex cum uicinis Phriſonibus bellum gerebat, in quos copias duxit expeditas, ruſticum, & inermē populū, facile rat⁹ ſub iuga mittere: Sed eas ſenſit, quas non putauit, difficultates: Nam circūfuſus ab hoſtib⁹, qui lōgis haſtilib⁹ trāſuolare foſſata didicerāt, quo equites peruenire, non poterant, rex cum multis opprimitur: cęſumq; abſcondūt in limo, ut ne hodie quidē ſciatur, quo ſit loco tumulat⁹ rex Romanor⁹: Ita clari nōnunq̄ uiri, obſcuros exitus aſſequunt. Vacabat perinde regnū, quod Italici ab Friderico ad Rodulphū Sueuū uacaſſe ſcribūt: nam medior⁹ principū nulla ſenſerant arma: ita aſſueti Germanor⁹ gladijs, ut uiuere, aut regnare non crederent, qui in pro-

uinciam ſuã non bello detonarẽt. Sed in Saxoniã redeam⁹. Otto moriẽs quatuor reliquit filios: Albertũ, qui in honore ducatus maior natu patri ſucceſſit: & Iohannẽ, qui poſtea cum fratre partitur ditionẽ: Cõradũ Verdenſem, & Ottonẽ Hildeſemẽſem epiſcopos. Quinq; quoq; filias ita collocauit, ut primã Albert⁹ Saxonię dux, ſecundã Henricus eius frater, comes de Anchold: tertiã Landgraui⁹ Haſſię: quartã Wẽflaus Rugię princeps: quintã uero Wilhelm⁹ Romanor̃ rex cõiuges haberẽt. Vnde late propagata eſt nobilitas domus Brunſwickcẽſis. Albert⁹ aũt dux cõgreſſus archiepiſcopo Mogũtino, per occaſionẽ quã infra memorabim⁹, cœpit pontificẽ: quo captiuitatis uinculo laxari non poterat, priuſq; a Richardo Anglico Cornubię comite, ad Romanũ regnũ aſpirãte, redimeretur, impenſo magno ere, quod infra memorabimus. CA. XX.

Per hęc tempora trahebaſ diuturnũ bellum inter Ottonẽ de Brãdẽburgo marchionẽ, & Willebrãdum Magdeburgẽſem archiepiſcopũ, Ludolphũq; Halberſtadẽſem antiſtitẽ: quod bellũ uaria fortuna gerebatur. Captus ab Halberſtadenſi aliq̃ marchio, ingenti pecunia redęmit captiuitatẽ, immo libertatẽ ſuã: quã bello captus amiſit. Iterum cõgreſſi alios habuere exit⁹: nam tum marchio fugauit uulneratum archiepiſcopũ: Halberſtadenſem etiã cœpit, ut uicẽ illi redderet: Multi ſe interpoſuere principes, ut rem pacarẽt, nec poterãt. Poſt diuturnã uexationem, duo diuerſar̃ partiũ milites, ſoli pacem repererũt, excogitãtes, quod multi inuenire non poterãt: idq; placitũ utriſq; firmauit pacẽ: Nec erat marchio illis tũc uirib⁹, quibus modo prędītus manet, accedẽtib⁹ modernis, de Frãcia, de Bauaria, non paruis ditionibus. Per idem fere temp⁹, magnũ hoc bellũ gerebaſ inter Odoacrẽ Bohœmię, & Balam Vngarię reges: magnis uterq; apparatib⁹ inſtruxere. Bohœmo ſuppetias tulere Saxonię principes: Otto Brãdenburgẽſis marchio, qui in cõmunionem ei⁹ belli traxit Albertũ Saxonię ducẽ, nepotem ex fratre ſuum, & Albertum ducem Brũſwickcẽſem cognatũ ſuũ. Ferũt centũ millia fuiſſe pugnator̃ in parte Bohœmi: millia ſeptẽ ferrator̃, quor̃ etiã iumẽta pro magna parte ferro tegerenſ: Et tum cõſtitit uictoria Bohœmo: multis Vngarorum ad uicinũ pugnę amnẽ, cum ferrũ fugerẽt, aqua intercœptis. XXI.

Interim morte Wilhelmi regis uacãte Impio, Alphõſus Caſtellę Hiſpaniar̃ rex: & Richardus Cornubię comes, regis Angliæ frater germanus, in uanã ſpem Imperij Romani ſunt inducti. Alphonſus quidẽ, ut fauorẽ ſibi Romanę cõciliaret eccleſię, duas Tranſpadanas urbes illi permiſit, Taurinũ, & Altęrã: facile donãs, quod non habuit: & aquilã explumãs. Sic agiſ cum infœlici Romano Imperio, poſtq̃ auaricię nihil ſatis eſt: ut qui aſpirẽt ad regnũ, prompte promittũt de nõ ſuo. ut cumulum rerum, & faſtigiũ aſſequantur. Studuit huic principi Cõradus archiepiſcopus, per ea tempora Colonienſis: qui perductum Aquiſgranum, de more coronauit: quod illi⁹ opere ab antiquo tanq̃ in ſua prouincia apud diuum Karolum. I. permittitur: Datur hoc memorię magni Imperatoris, qui ibi creber manſit: ibiq; tumulatus: tubam expectat no-

uissimã. Audiens aũt Richardus, alios ex electoribus emulo studere Alphonso, magnã auri summã extulit Anglia ditissimo regno: & circũuectus, q̃s poterat, ea sibi re principes & magnates cõciliabat: Mirũ, quę res spem fęcerit alienigenis principibus ad coronã aspirare: quam tantis fęcuris sola Germania, & pręsertim Saxonicus sanguis promerebaṫ. Arbitror summã rer̃ tum maxime cõstitisse in archiepiscopis Reni: parum tum ei⁹ rei arbitriũ permissum Saxonię principib⁹, marchioni, atq; duci: minime uero regi Bohœmię, cuius nomen inter electores non legiṫ ante quartum Karolum: qui eam rem, non satis ordinatã redęgit in bonũ ac legitimum ordinẽ: qui usq; hodie per annos centũquinquaginta seruatur. Richard⁹ ergo Anglicus, tum requirebat Mogũtinum archiepiscopũ in electione regis primarium: Erat is in carcere, captus ab Alberto duce Brunswicensę, per hanc occasionẽ. Albert⁹ quidẽ princeps modestus, & animo satis tranquillus, aluit per mansuetudinẽ quorundã suor̃ militariũ audaciam: nam qui de excelsa arce traxere nomẽ, ut de Asseborg dicerenṫ ministeriales, in id temeritatis sunt prouecti: ut ducẽ suũ non modo contemnerent, sed quibusdã etiã in rebus cõtumelia non abstinerẽt: Insigne eorum quod clypeis prę ferebant lupus erat: cum interim principes Brũswici, geminos a memoria Hẽrici Leonis in clypeo præferebãt leones, quos ille ex Anglia referebat: Vt aũt cõtemptum animi sui facto proderẽt, in clypeis figurabãt leonẽ: cuius tergori lupus immineret. Ea res cum non esset obscura, neq; interpretatu difficilis, mouit tranquillũ principẽ: q; cõtemptui suo iunxissent facti cõtumeliam. Itaq; leo per aures tractus, expergiscitur: arma ꝓducit in cõtemptores, & obsessa diu arce Asseborg, oppugnataq; tandem expugnauit: & eiectis illis inexorabiliter de terra, arcẽ sibi suisq; iuribus desumpsit habitandã. Vix tandem exulantes, ipsi per amicos impetrarũt: ut ad opidũ Brakel sinerentur cõmanere. Cum aũt in eius arcis expugnatione, dux Albert⁹ hęreret, Tidericus comes de Euersten, tracto in armor̃ societatẽ archiepiscopo Mogũtino, terram inuasit Gottingensem, prędis & incendijs omnia miscẽs: non satis ante more militari denũciatis hostilibus. Reliquerat dux in ea terra prefectũ cum expedita manu: quę sufficere uideretur terrę tutãdę: cui tamẽ in aperto cõgredi tanto exercitui cõsilium nõ erat, q; impar esset uiribus: sed collecta equitũ quanta ex tempore potuit ala, magnam rusticę plębis multitudinẽ secum traxit leui armatura, & clanculo sequut⁹ hostile agmen obseruabat, ubi castra ponerent: Quieuit autẽ prima nocte ad curtem monasterij: Exercitu enim foris tendente, archiepiscopus ipse curtẽ ipsam ingreditur. Prefectus ducis, cum explorata teneret omnia, & quieta cũctis uiderẽtur silentia, noctu irruẽs in quietos, capit archiepũm, & comitẽ: & qui se cõmouerãt repressit: Trahit utrũq; captiuũ in castra ducis: Archiepũs Brũswicũ mittiṫ: ibiq; anno integro seruaṫ: comitẽ uero q; uiolator esset sacramentor̃, quib⁹ duci suo astringereṫ, erecta trabe, iussit appẽdi per pedes: ut exq̃sito cruciatu finiret: qui execrabile scelus in dñm suũ cõmisissẽt. Hæc est illa captiuitas archiepiscopi Mogũtini ab duce Brũswickcẽsi. CA. XXII.

Ichardus ergo Cornubię in Anglia princeps, cū per hūc archie-
r. piscopū aspiraret ad regnū, ingenti exprōpta duci Brunswckcēsi pecunia, archiepiscopū e carcere liberauit. Quocirca redemptus redemptori suo inclinabat. Peruenere ergo ambo Alphonsus, & Richardus, tituloten⁹ ad regnū: sed non ultra progressa est ulli⁹ authoritas: Nihil enim administrasse leguntur, nisi ꝙ Alphōsum Coloniēsis, & Richardum Mogūtin⁹ fouerent archiepiscopi: & cōtinuit alterū, alterius metus, ne quid attentarēt: Siue id modestię deputemus, ꝙ uiri sensati lacerare se mutuis uiribus, pro alieno Imperio, iudicabāt indignū: Nusq̄ enim referuntur in inuicem arma aut acies produxisse, cōtenti glorioso nomine: in quo Richardus magis efferbuisse cernit. Nam Alphonsus, ubi sensit sibi ortum emulū, intra regni sui se limites cōtinuit. Et quoniā nihil magnum in regno perȩgerūt. Italici scriptores, per eorꝝ, ut diximus, tēpora, uacasse scribunt Imperiū. Interim uero, cum per annos octo & decē, nemo in Romano se cōmoueret Imperio, qui magnopere publicā uideret curā admittere, res Asianę factione stultissima Italorum sunt periclitatę. Ptolomaidę enim, dñi Veneti & dñi Ianuēses, inuicem tumultuātes, pro sola superbia, locum fęcere Ethnicorū irruptioni: ut finaliter omni Asia Christiani exturbarentur. Girationes suas insanas, & uertiginosas, quas in Italia cōcęperāt, usꝙ in terrā sanctā efferebāt. Nam per ea tēpora sęuijt in Italia, illa tartarea, & ab imo barathri prolata diuisio, Gibellinorū, atꝙ Guelphorum: quę neꝙ hodie penit⁹ extincta fumat. Sed hec Blondo cōmemorandа relinquētes, in nostrā Saxoniā reuertamur. Ille enim, quasi nihil in reliquo terrarꝝ orbe rerum cōmemoratione dignarꝝ geratur, in solis illis Italorum suorꝝ diris girationibus cōmemorādis, multum temporis impendit: aureum suę orationis filum, fœdissimis tumultuationibus suorū comprouincialium cōmaculans.

CA. XXIII.

Er quę tēpora Adolph⁹, dudū comes, nunc frater minor: zelū di-
p uinę religionis feruescētē, magis atꝙ magis, in diē protulit, usꝙadeo ad omnes: ut ad uisitādos quosꝙ religiosos una cum prȩlatis ascisceretur: Speculum statuere patres in oculis omniū mundo crucifixorum: ut in eo ędificarētur, qui uiderēt, & audirēt, ex comite sęculi, principē in religione: effęcitꝙ ut fratres noui monasterij, iam familiari⁹, q̄ religioni suę par erat, mulierculis adhęrentes, procul a se dimittere cogerent. Sic in alijs reformabat, q̄d ipse sęculi casus internoscens, pernicioſum sibi comprobauit. Interim filij eius Iohannes & Gerhardus Holsatiā gubernabāt: cum Iohānes coniugē sibi asciuisset, filiam Alberti ducis Saxonię. Gerhardus aūt filiam Iohānis principis Obotritorꝝ, quem illa ętate, recenti memoria, lingua Wandalica, Knese Ianike, sui uocitarunt. Iohānes aūt comes ex uxore tres sustulit filios, Iohānem, Adolphū, & Albertū, & filiam unam, quā duxit cōiugem Otto Brādenburgēsis marchio. Maior filius Iohānes ad nuptias peruenit filię Danorꝝ regis Erici: Ea tum fuit comitum ęstimatio in nobilitate: Adolph⁹ filiam accœpit Mestiwoi Pomeranorum. Albertus aūt ecclesiā sibi spōsam delegit, factus Hamburgensis

prepositus: Gerhardus quã prolem reliquerit, diligenti⁹ infra explorabitur. Interim uero Waldemarus, Abelis, primũ ducis Slesswickcẽsis, deinde Danię regis filius, comitum memoratorũ ex sorore nepos: cum de Parisiẽsi gymnasio patriã repeteret ab archiepiscopo Coloniẽsi, nescio quid in coronã Danię referẽte detent⁹ est pro captiuo: nec abire potuit, priusq̃ Iohãnes Comes auunculus, sex argẽti marcharũ millia, pro redimẽdo numeraret. Crebra erant his comitib⁹, pro sororio suo, ut diximus, in Dania bella, dum supereſſet Ericus Abelis frater. Cum autẽ Christopherus, cęso in Phrisijs Abele, quod in Dania dixim⁹, ad regnũ peruenisset: non æquo erat animo in comites memoratos, q̃ Abelis filios in ducatu Slesswickcensi tuerentur.

CA. XXIIII.

g multiplicem in filijs calamitatem: singulariter motus atroci exitu Adolphi, reb⁹ cōpositis, Lubicā ingreditur, cum filijs: ibi, ut confidebat, securior futurus: ꝙ amaritudinē ex priscis bellis consediſſe uereretur apud nōnullos in oportunitate uindicaturos, Eius, ut diximus, filius Gerhardus, solus parentibus superstes, ab ecclesia redibat in seculū: apud quem institisse ferūt Christopherū Danie regem: ut qui in urbe Lubica cōmaneret, accœpta pecunia Iohāni adulescētiori fratrueli suo, regis uterino fratri, ꝑmitteret in Stormaria suā ditionē. Recusabat Gerhard⁹, ꝙ & illi fili⁹ esset Iohānes, & nōnulli fratrueles propiores ex fratre Hērico. Creuit aūt Gerhard⁹, qui postea dictus est Magn⁹: nā arcē Reynoldesborg ille possedit, in qua turrin exedificasse dicitur ei⁹ cōmodis Bremēsis archiepiscopus Gisebertus, eius auūculus, eam que etiā nūc cernitur, rotunda. Gessit autē ille rem in Holsatia cum Iohanne fratruele Gerhardi filio, qui prefuit Stormarie. Sed, ut fieri solet, multitudo fecit presidum, ut tenuis fieret cuiusq; ditio. Henricus tamen pater Gerhardi uectigal constituit in

Hamburgo de mercibus exterorũ: quod,&ſi ciues non grauaret, diu tñ reſtitere: arbitrati hocipſum rebus eoꝝ incõmodari,q; extranei mercatores fugiũt ea loca, quę uectigalib⁹ nouerint oneroſa: Sed prꝫualuit comitis in ea re uoluntas. Erat aũt annus poſt milletrecẽtos decimus, cum Albertus Romanoꝝ rex pacato agmine per Reni ripã deſcenderet,& a fratris filio nepote ſuo,cum nihil illũ formidaret improuiſus opprimit: Adoleſcens erat egregię uirtutis, quẽ rex negligere uiſus eſt: ut nullo ductu, nulla adminiſtratione, nulla ditione a patruo honoraret: Id dolẽs nimiũ acerbe & immaniter ſuo uindicauit periculo atrociſſimo in regẽ facinore.

FINIT LIBER OCTAVVS.

INCIPIT LIBER NONVS.

ENRICVS COMES DE LVTZENburgo in Lotharingia, uir ad arma ſtrenuus, rex Romanoꝝ poſt Albertũ ab electoribus Frãckfordię deſignatur,Septim⁹ eius nominis. Aderant Itali Gibellini, urbibus ſuis pulſi: qui expectãtes electionẽ noui regis, oſtenderũt, quibus per Italiã modis res proſpere Imperatori futurę uiderentur: Summus tum pontifex Auinione agebat. Miſſi oratores ab Imperatore ad pontificẽ, oſtenderũt electionem de Henrico factã,ut illam papa cõprobaret: Non aliter fertur annuiſſe,niſi,ut intra bienniũ Romã peteret,coronam ibi accœpturus Imperij. Non expectabat bienniũ Henricus: ſed miſſis ad Italię urbes oratoribus, tranſitum ſuũ docuit futurũ. Ad Florentinos autẽ,quos ſciebat imprimis Imperio reluctari,iuſſit ire ſuos,& apud illos renouare iura Imperij, q̃bus recte facerẽt, ſi non reluctarent: ſcituri,cum illis rem eſſe regi,niſi quę ſe digna,quę Romano Imperio debita facerẽt. Reſponſum inde retulere non ſatis placidũ: Sed rex copijs undecũq; pro dignitate & rerum neceſſitate contractis,cõtendit in Italiã: & primũ Mediolanẽſes aggreditur: qui ubi arma uiderunt,quib⁹ pares eſſe non poterãt, Turrianis eiectis, Vicecomites regẽ in urbẽ admiſere. Cum aũt primã Aquiſgrani de more dudũ coronam accœpiſſet,ibi promeruit ſecundã, non Modoetię, ut ueteres. Lippoldus Auſtrię dux,cum Germanoꝝ cohortibus, in Vicecomitũ gratificationem,urbi prẽſidio imponitur. Audita aũt Mediolani deditione regi facta,omnes Lumbardi circũſedentes,prꝫter Alexandrinos, fidelitatis ſeruãdę ſacramẽto ſeſe Imperio obligarunt: & cum ſinguli uicarios accœpiſſent regios,nullus fuit aut populus liber,aut in ciuitate aliqua tyrann⁹, & factionis primari⁹: qui eiectos prius aduerſę factionis cõciues in patriam iuſſus a uicario non admiſerit. Henricus interim ferreã Imperij corollam Mediolani,ut diximus,ſuſcœpit: cuius muneris exequẽdi celebritas, maiore facta eſt impẽdio,q̃ cui ęrariũ Mediolanẽſe ſuffęcerit: Vnde hinc atq; inde,annitẽtibus diuerſę factionis in urbe principib⁹, inſolito ciuitas

eſt grauata tributo. Fuit id plębi moleſtiſſimũ, & murmur primũ, poſtea etiam aperti clamores auditi, ingeminatiq; ſunt: auctam eſſe Mediolanen ſi populo ſeruitutẽ, non introductã diu ab imperio ſperatã libertatẽ: & ma num rapinis Germani non cohibuerunt: quos factioſi rerũ nouarũ cupidi adiuuarũt. Tandem ad arma eſt uentũ: Germani initio territi, cum cædes in ſuos & uulnera edi cernerent, introductis, quę in ſuburbijs, & in agris diſperſę erãt, copijs, aperto in utranq; factionẽ prælio decertare cœperunt. Sed Galeati⁹ Vicecomes, magno uſus aſtu, Matthęo genitore domi, tãq; ad arcem ſuã ſeruandã relicto, Lippoldo duci, & Germanis, ad eũ cõglobatis, adhęſit: ne quod timuit, in ſe quoq; uerterentur. Tumultus: & plębeę audaciæ ac temeritatis cauſam omnẽ & culpã in Turrianos referẽs, tyrannidem affectãtes. Bonus artifex, culpã propriã deriuat in aduerſarios, ut illos reijceret. Nec fuit difficile furẽtes ſua ſponte Germanos accẽdere. Pari ergo odio Germani, & Gibellini, in Turrianos feruntur: Erãt illi magna parte populi cõſtipati, in platea ędi uirginis ſubiecta, quid agerẽt dubij: q; Imperio, & populo pariter aduerſari, & ſtultũ, & nephariũ dicerẽt. Ad primũ itaq; impetũ admirabundi, ac prope amentes diſſipati ſunt. Pugna deinde ad uicos relata: cędes utrinq; promiſcua fuit. Guido Turrianorum princeps, omniũ primus inſidias Vicecomitũ recognoſcẽs, cum ſuis in fugã eſt uerſus: quẽ ſuorũ pars maxima eſt ſequuta: profectiq; Vercellenſi porta, omnes cum pueris & uxoribus Vercellas petiere: debachatiq; in aduerſam factionẽ Vicecomites, ad triginta illi⁹ primores, in quibus quatuor ex Turrianis fuere, Imperatoris militũ Germanorũ auxilio interfecerunt. Ad eũ exciti tumultũ, nõnulli Lũbardię populi a promiſſa Hẽrico obediẽtia receſſerũt: primiq; & eodẽ die, Cremonẽſes, & Cremẽſes impoſitũ a rege uicariũ, & Gibellinos, armis, nõ ſine cęde eięcerũt: Magijq; Brixiani Guelpharũ partiũ duces, aduerſæ factionis principẽ, paulo ante iuſſu regis reductũ, interficere cũ queſiſſent, fuga ſe contulit ad Henricum: Pariter Parmę factũ: qui paulo ante rege iubente reducti ſunt, tũc eijciunt. Ita tartarea illa erynnis, & amor dominãdi, regnat in populo uertiginoſo Italię: ut nihil aliud dies cogitent ac noctes, q̃ dominari, & in aduerſos uindicare: Huic uni ſtudio, & tẽporalẽ, & ęternã ſalutẽ prõpte impendũt, nihilipẽdẽtes omnia, ad dñandi, uindicãdiq; cõparationẽ. II.

Is quę tot in locis fiebãt auditis rebellionibus, Henric⁹ urbe Mediolano Vicecomitũ curę & cuſtodię relicta, exercitum tum primum coactũ in Italia, duxit in Cremonẽſes: cuius urbis Guelphi reſiſtere diffiſi, Brixiam cum uxorib⁹, pueris, & aſportata leuiori ſupellectile, emigrarũt: Cremẽſes uero deditione facta, mitius agi ſecũ ſupplices impetrauere: Sed Cremonę a Gibellinis deditę, mœnia portaſq;, & Guelphorũ domos, cum Germani euertiſſent, Cremã q̃q; reddiderunt minori excidio immunitã. Ad eius facti terrorẽ, Parmẽſes Gibellini, eięctis Guelphis, accerſitũ & precib⁹ impetratũ regis uicariũ habuerũt. Duxit paulo poſt in Brixiam Henric⁹, ad quã urbẽ, cũ propriis, alienigeniſq; Guelphis probe defenſatã, aliq̃diu ſedere coact⁹ eſt: editaq; in agro omniũ, quę ex-

cindi,uri,euerticꝫ poterãt,uaſtitate:adhibitę oppugnationibus machinę: cuniculi ſunt acti: & tandẽ fugientibus in mõtana Guelphis, dedita a cę teris urbs, muroꝝ, portarũcꝫ munitiones amiſit; nec aliter ibi,q̃ Cremo nę a Guelphoꝝ ędibus,uel excidio,uel incendio,eſt tẽperatum. Ad Pla centiam uero, cum ducere pariter irat⁹ pararet Henric⁹, cardinali de Flí ſco intercedẽte, Placẽtini eięcto armis Guelphoꝝ duce, cõtraria ſentiẽte, Imperialem uicariũ admiſere. Papiã, nõnulli in partibus Henrici conſtan ter duraſſe,& fœdera a principio per Philippũ comitem cum illo icta ob ſeruaſſe: nõnulli poſt rebellionẽ afflictam fuiſſe contendũt. Interea,dum Henric⁹, primũ oppugnãda, deinde euertẽda Brixia occupat⁹ eſt: orato res,quos ad Venetos miſerat, redeuntes, paratã eſſe eam rempublicã na uigiũ quod poſtulaſſet prębere,quo ad regiones urbi Romę propinqui ores cum omni exercitu trãſportaretur nũciarunt. Per quod tempus, Ve ronenſes, Vicentini, Patauini,& Taruiſini, miſſos ad ſe uicarios accœpe runt: preſidia pariter,quę danda crediderãt admiſſuri. Sed Henricus co pias integras ad urbẽ Romã ducẽdas retinere maluit: & uicariũ Anſpur gẽſem comitẽ, Lumbardię præſidem inſtituẽs,copias illi non magnas at tribuit,quib⁹ prouinciã cõſeruaret: Ipſe deducẽtib⁹ ,qui apud eũ erãt aſ ſidui, Amodęo Sabaudię comite,& Piſanoꝝ Genuenſiũcꝫ oratorib⁹,per Placentinos Genuã ſe cõtulit: qua in urbe eũ adĳt Richardus Gãbatoſa, Roberti Neapolitani regis orator: adierũtcꝫ pariter Friderici Aragonis, Sicilię regis nũcĳ,amicitiã & fœdera aduerſus Robertũ regẽ,uticꝫ hoſtẽ offerentes: Quibus benigne Henric⁹ reſpõdit,oblatis aſſentiẽs fœderib⁹, quę cum eſſet Romę initurũ ſe ſpopõdit. Gambatoſa igitur, pro uanis ſi mulatione redundãtibus,quę afferebat,uerba ab Henrico ſimulata recœ pit. Certũ enim Henric⁹ habebat,a Ianuenſib⁹. Piſaniſcꝫ relatũ,regẽ Ro bertum Romę,& per Hetruriã impedimẽta,& aduerſarios,ſuis conatib⁹, & coronationi pro uiribus pręparaſſe. Nam pręter cõfirmatas per Hetru riam Guelphoꝝ partes,q̃primũ Neapoli agens,Henricũ Brixiã obſidere intellexit,ueritus,ne illa urbe potitus,per Bononiã duceret in Hetruriam, Digotionem mareſcallũ,attributo duoꝝ millium equitatu,miſit,qui Fer rariam Bononiãcꝫ primo,poſt Florentiã, & Hetruriã defenſando, prout neceſſariũ in tempore in partibus cõſeruaret,Digotiocꝫ intelligens Hen ricũ Ianuã acceſſiſſe,Florentiã,& inde Lucã cũ copĳs eſt delat⁹. III.

a

Nnus erat undecimus poſt milletrecẽtos, cum Clemẽs. V. pon tifex Roman⁹ cõcilium apud Viennã,Narbonẽſis Gallię urbẽ, celebrauit: In quo ad alteri⁹ anni medietatẽ ,ptracto, Tẽplariorũ omnino nomen extinxit: decꝫ ſubueniendo Ieroſolymæ multa in eo uer ba iactata ſunt: quę in irritũ cecidere: & decreta ,pmulgauit extãtia,quib⁹ de illius nomine Clemẽtinis appellatio perſeuerat. At Henric⁹ ,cũ mẽſem Ianuę egiſſet: maris,quã expectauit, tranquillitate oblata, triremib⁹ qua draginta Ianuenſiũ,Saonenſiũcꝫ, Piſas petit: equitatu terra per Lucenſes pręmiſſo,quib⁹ uaſtitas eſt cõmiſſa maxima. Digotionis uero, & additę a Florentinis, ſocĳſcꝫ Guelphis copię,numero longiſſime Germanis infę

riores,minori q̃ erat opus Lucensibus prę̃sidio fuere. Prę̃misit ex illis Henricus Ludouicũ Sabaudię̃sem Amodęi filiũ, quingẽtos equitũ ducẽtem: qui Romã ad Stephanũ Columnã accedẽs, in ędibus Lateranẽsi palatio contiguis,se cõtinuit: Idq; gẽtem Vrsinã, ad inuidiã,nouiq; Imperatoris suspicionẽ plurimã cõcitauit: Et Florentini post Henrici in Italiã aduentũ plurimã exulũ suor; manũ reuocauerãt: cõfirmãdisq; societatibus,a Roberto rege institutis,fuerũt intẽtissimi. Quare agentis apud Pisanos Henrici,& uastãtis Lucẽsem, Miniatensemq; agrum, Germani equitat⁹ periculum ut cauerẽt,neminẽ extra urbẽ agere,& opida, ac castella conspici curauerunt. Tres cardinales a Clemẽte pontifice missi, ad coronãdum in urbe apostolica uice & authoritate Imperatorẽ: Ad quos ilico Robert⁹ rex Iohannem germanũ suũ, magno stipatum,sed inermi comitatu uenire curauit: ut nouo Imperatori uel simulate gratulatus, pompam redderet sua prę̃sentia ornatiorẽ. Profę̃ctus Pisis Henricus Plumbinũ secus, per oram Hetrurię maritimã, Viterbiũ se cõtulit: ad quẽ clerus omnis, Romani populi,pars maxima, cum uenisset, deduci inde cœptũ est pompa in talibus cõsueta: Perductus in Lateranẽse palatiũ rex: quod Viterbi audierat de Vrsinor; a se alienatione,uoluit intelligere. Omnes igitur urbis primores & honesto natos loco inferiores,ad cõuiuiũ inuitauit: ut qui malo in eum essent animo absentia notarent: Venerũtq; prę̃ter aliam multitudinẽ Stephanus Columna,Nicolaus Miletus,Hanibal,Hanibaldus,Iohãnes Sabellus, Theobaldus de Cãpoflore: ut sola eius sęculi primatibus,defuerit gens Vrsina: quę sub ipsum Henrici aduentũ, partẽ urbis infimã, ędibus suis cõtiguã,& circũadiacentẽ Tiberi,pontiq; Traiani cõtinentẽ, ad uiar; exitus repagulis cõmunierat: magis uerita,ne aduersa factio quicq̃ in eos machinaret,incautosq; inuaderet,q̃ q; mot⁹ intẽtare quę̃siuerit. IIII.

Depuli finẽ Henric⁹ de suo aduentu in hanc sententiã est loquutus: Iussu se & pactione a pontifice Romano Clemẽte coactum, ueniisse Romã: cum alias certo sciri a Romanis posse,tum maxime trium cardinaliũ,ibi prę̃sentiũ testimonio: qui & cõfirmationi electionis de se factæ præsentes Auinione fuerint,& Romã ad eius coronationẽ legati uenisse cõspiciantur: Non tamẽ tam longi itineris laborẽ sibi fuisse grauẽ,cõsyderanti suos se Romanos amatissimũ sibi populũ uisurũ, cum quo lętos iucundosq; aliquot dies,cum quo ludos & cõuiuia ageret. Sed falsum se iudicio & opinione, hostes in ea, & sine causa aduersarios inuenisse: quos nedum uerbo,minus unq̃ facto lęserit: sed inter primarios Vrbis,ut sunt,habere, & in amicitiã recipere cõstituerat: Hinc quos uiderat inimicitias secum gratis ostentare, eor; insidias quin caueat, ac pro posse repellat,temperare non posse. Quę cum dixisset,ad suos qui circũstabant conuersus, adigendos esse fidelitatis sacramento omnes qui aderant Romanos,poscendasq;,& in custodiã recipiẽdas Vrbis arces: demũq; teneri dos omnes imperauit: Iurarũtq; omnes, & solus Theobaldus de Cãpoflorę,cum affines,& cõsanguineos suos, sua sequi consilia solitos,sicut & cęteri fęcerãt Romani ciues, tenere ac obligare id iuramẽtum uoluisset,so

los excœpit Vrſinos: de quibus cõſanguineis ignominioſe loquutus eſt: necilli ſatis fuerũt maledicta in ſuos adulãter iactata: ut quod quęrebat, cum Stephano Columna, datis obſidibus, abire permiſſo liberaretur. Arces uero urbis, quas Imperator petiuit, ędes erant in theatris, thermis, & uetuſti operis ędificijs, in arcis formã, quod etiã nũc facile intelligitur, cõmunitę: quib⁹ tũc Germanorũ prędidia ſunt impoſita. Vſus eſt etiam alia tũc maiore Imperator imprudẽtia: qui pręter tentos, de quib⁹ eſt dictum ciues, tributa popoſcit a populo, ſolito ſemper antea, uel uicatim, uel diſperſas in multitudinẽ pecunias, ab alijs qui coronabant accipere. Cõmota eſt itaq; in tumultũ ciuitas, & omnis utriuſq; factionis populus ad Vrſinos cõfluxit: primũq; in deturbatos occupatis arcibus, poſt in alios Vrbem perambulantes Germanos, impetus cum cæde & ſanguinis effuſione eſt factus. Eo exaudito tumultu, datos a Piſanis ſagittarios, a nauib⁹ uocari iuſſit, quib⁹ paulo prius fuerãt adducti: in quos a naualib⁹, quę ſub Auentino ſunt, ut Lateranũ accelerarẽt, mouentes: Iohãnes Roberti regis frater, turmas nauales impetũ facere iuſſit: qui eodem die Neapoli ueniẽtes, in eadẽ naualia, attractis triremib⁹ ſe recœperũt: Iohãneſq; oppreſſis dolo Piſanis, turmas ſuas omnes eo uectas nauigio, & equitatũ ob id in ꝓpinquo Vrbi loco paratũ, in Vrbẽ Henrico rebellẽ duxit. Augebat interim cõmeatuum inopia. Imperator, & pecuniarũ carentia, in odiũ Romani populi erat inductus. Quare cardinalib⁹ facile aſſenſus, coronã, cui⁹ in baſilica apoſtoli Petri de more accipiẽdę ſpes omnino ſublata erat, in Laterano accœpit, Tiburq; migrauit. Eo cum copijs Vrbe profecto, cardinales Iohannem quoq; Roberti regis fratrẽ, cum ſuis copijs, quę multiplicari cœperant, Vrbẽ purgare iuſſerũt: Paxq; & quies urbi Romę reddita, tertiodecimo die, poſtq̃ Henrici imprudẽtia tumultuari cœptũ erat. V.

h Acten⁹ proſpera ſatis omnia fuere Hẽrico, nũc Imperatori. Nam priuſq̃ in Italiam ueniret, initio regni ſui Bohœmia rege caruit, morte ſceptro uacuato. Moriens autẽ rex filiã ſuperſtitẽ reliquit, eam futurã cũ regno pro dote cõiugem ambiebat nepos Alberti Romanorum regis: incq; eã ſpem regnũ cum non cõtemnẽdo ingreditur exercitu. Sed Henricus tum Romanorũ rex, euocata Spiram puella, Iohãni filio ſuo, de uoluntate magnę partis procerũ, cõiugem dedit: eundemq; filium parato quẽ tenebat exercitu perduxit cum cõiuge in regnũ: eiecto per arma Alberti regis nepote: Vnde Iohãnes filiũ ſuſtulit Wentzlaũ: qui cum auo Henrico longe poſtea in Imperio ſuccederet, dictus eſt Karolus. IIII. Sed hęc poſtea. Hoc aũt tempore, Albertus Saxoniæ dux, princeps pacificus, & qui ſingulari zelo inſectaretur latrones inſidiantes publicis itineribus, mortem obijt: uiuax nimirũ ſenex, & qui ſupra centũ annos ſi numeres uictitaſſe inuenitur. Ilico autẽ erexere caput, quos ille preſſos tenuit: arcemq; Linow, dudũ armis Lubicẽſiũ deiectã, memorati ducis accedente fauore, prędones inſtaurant: Priſtini quęſtus negotiũ repetunt: Publica iterũ itinera tenent infeſta: merces cum mercatorib⁹ inuadũt, nudãt, cędunt, & niſi ceſſerint etiã occidũt. Succeſſit illi in ditione Rodulphus fili-

orum ſuorũ nepos: tum tamẽ ętate, ut princeps eſſet elector. Nam Alber-
tus diu uiuẽdo, filijs, & nepotib⁹ & ꝓnepotib⁹ ante ſe defunctis, Rodul-
phum in quinta generatione nepotẽ habuit electiuę dignitatis primũ ſuc-
ceſſorẽ: Intercurrerãt multi principes. Iohannes, Erici, Ottones, Alberti:
qui ditionẽ patriã diuiſerãt: quoꝝ ſucceſſiones quodã in loco uberius in-
ſtructi explicabim⁹: nũc hoc dixiſſe cõtenti, ꝙ Albert⁹ ille grãdęuus fili-
os genuit Rodulphũ atq; Ottonẽ, ante patrẽ defunctos. Otto filios non
reliquit: Sed Rodulph⁹ Iohãnem, qui etiã auũ moriẽs reliquit, & Iohan-
nem filiũ: qui & ipſe ſuperſtitẽ fęcit ꝓauũ, relinquẽs filios Iohannẽ, & Al
bertum: quorũ utercq; reliquit prolẽ maſculã. Sed mortui ſunt & illi, auo
ſuꝑſtite Alberto. Nam per omniũ horꝝ tẽpora, ſuſtinuit ille ſolus dignita
tem electurę, quã reliquit Rodulpho hui⁹ Alberti filio. Sic monſtrãt an-
nales, ſi non aberrãt: Peruenit aũt diu uiuẽdo in decrepitã ſenectã. Iſte ta
men Albert⁹ terti⁹ Rodulphi pater, hęc tẽpora, quę in manib⁹ ſunt tetigit
aut uicina. Rodulph⁹ reliquit Rodulphũ filiũ electorẽ: & ille Wentzla-
um, de quib⁹ poſtea. Iohãnes quoq; terti⁹ reliquit Ericũ filiũ, & ille Ericũ
cum Alberto. Multę ſunt laudes quoq; huius Alberti: ꝙ odio latronum
multa fęcerit, perpeſſuſq; ſit. Quo ſine prole maſcula moriẽte, Eric⁹ frater,
iam ſacris prędit⁹ ordinib⁹, apoſtolica fretus diſpẽſatione uxorẽ duxit, pa
ternã ditionẽ gubernauit, & filiũ reliquit Ericũ. III. patrẽ Bernhardi, Eri-
ci, Alberti, Magni: quoꝝ Bernhardus noſtrã tetigit ętatẽ, pater Iohãnis,
nũc ſuperextãtis: Cui⁹ fili⁹ Magn⁹ hodie ducatũ inferioris Saxonię admi
niſtrat Electiua dignitas permãſit in linea Rodulphi, cui⁹ ſucceſſio fuit in
principatu ſuperioris Saxonię, in terra de Wittẽburgo: Sed ea deficiente,
iuſto ordine rediſſet ad proximos agnatos, inferioris hui⁹ Saxonię duces:
qui detruſi ſunt, fauore, & gratia marchionũ Miſnenſiũ: q̃d ſuo loco non
tacebit. Sed in uiam, digreſſi, redeamus. CA. VI.

Enrici Imperatoris res, nõ ſine cauſa Saxonicis miſcem⁹, ꝙ in uici
h niã horꝝ tẽporꝝ ſemper Saxonicũ genus impauerit: quoꝝ per Im
periũ res cõmemorãtes, nũc fini ꝓpinquantes, relinquere qui reſi
dui ſunt ſine culpa non poſſum⁹. Igit agentẽ Tibure Henricũ, nũcij adie-
runt Friderici Aragonis, Sicilię regis: cum quib⁹ ꝓmiſſa apud Genuã fœ
dera tam cupide cõſtituerat: ut affinitatẽ q̃q; regi Siculo honeſtiſſimam
ultro obtulerit: actũq; imprimis, ut bellũ Fridericus ſubito uicinis Sicilię
Calabris inferẽs, claſſem educeret, quã poſſit maximã, Piſanę & Genuenſi
cõiungendã: quas Imperator ad ſe potẽtiſſimas nauigare curaret: ipſe pau
lopoſt Tibure, ꝓfect⁹ per Sabinos, Vmbroſq;, Peruſiã, & inde Aretium,
amiciſſimã tũc ſibi urbẽ delat⁹, uallis Arni ſuperioris opida & caſtella, ne
mine omnino reſiſtere auſo, ui cœpit: Cõfluxerãt eĩ ad eũ omnes Gibel-
lini, & Albę partes Florẽtini, ac cęteri Hetrurię exules: quibus deducẽtib⁹
edocẽtibuſq;, bellũ illud Imperator gerebat. Ductũ eſt inde ad urbẽ Flo
rentiã, & caſtra ad mõtoſam illi⁹ partẽ, nondũ muro cinctã, firmata ſunt.
Erat tñ foſſa, & uallo, firmiſſimis plãcis, pluteis, materiaq;, ſpiſſo urbs tam
cõmunita: ut facile a multitudine quę inerat defenſaretur. Nam Lucẽſes,

Miniatẽſeſq́, & Senẽſes immiſere ſuppetias,& auxilia. Bononiẽſibus aũt & Ferrariẽſibus, regis Roberti uenerat equitat⁹. Quare Imperator oppugnatione abſtinẽs,quã cerneret ineficacẽ futurã, incubatiõe potiri,& obſidiõe cõſtituit: hinc ſede ſibi ad S. Saluſ̃ monaſteriũ, tertio ab urbe ſtadio in prętoriũ ſumpta, uicina opida nullo grauauit onere q̃ ut cõmeat⁹ in caſtra ferrẽt. Ad mẽſem inde unũ & dimidiũ, hyemis aduentu, rerũ penuria in caſtris laborari cœptũ: & cum hominũ ſuſtẽtationi neceſſaria, ingenio,& induſtria importãdi, ſpes aliqua oſtenderẽt, nullus alendi iumenta,& equos, in illa ſterilitate ſoli modus apparebat: motis ergo per Nouẽbrem caſtris Imperator, ad Donatianũ opidũ, uia Senẽſi, octauo a Florentia milliario cõſedit: & prękti ex Gibellinis extorrib⁹ Florẽtinis duo, un⁹ ad Scarpariã, alter apud Inciſam, attributis Germanorũ cohortib⁹ relicti, capta de Florẽtinis ſeruauere, & ſimul urbẽ incurſionib⁹ infeſtare curarũt. Morat⁹ apud Donatianũ mẽſes duos Imperator, poſtq̃ ſementis faciẽdę ſpem omnino prętericſſe,& agrũ penit⁹ uaſtatũ uidit, excedẽs dixiſſe fert: Florẽtinos, uel ſociorũ urbi incluſorũ auxilio, ſatis ſufficere indigẽtię & famis ita cumulãdę: ut ante ęſtatis initiũ, ſe qui in deditionẽ recipiat, pariter uocare,& orare coganẽ. Sed illi alijs armis pugnare ſtatuerũt. VII.

Roſęctus Donatiano Imperator, primis ad Bonicĩ caſtris quępnit: ubi opidũ reſtituit, quod dudũ ante Karolus rex exciderat: dumq́ hiberna ibi ducit, Senẽſes, & proximiores ſibi Miniatenſes, Collẽſeſq́, uaſtatione agrorũ, & illatis q̃nq́ in erũpentes cladib⁹, agitauit. Intellexerãt interea Florẽtini abeſſe non poſſe, quin uel fame coacti inimico Imperatori futura ęſtate dederẽtur: quare petitũ ſępenumero auxilio Robertũ regẽ, cum, ut amicis ſubueniret, peruincere non potuiſſent, deditũ urbis dominiũ, urbẽ ut cõſeruaret impulerũt: nihil in ſubiectitios cõditionibus acto expreſſius, q̃ ne exules quouis tẽpore, quacunq́ cauſa & ratione reduceret: nec tñ alia tũc prędidia rex immiſit Robert⁹, q̃ quę a Bononia, ut oſtẽdim⁹, & Ferraria aduenerãt: nouo enim bello ipſe agitari cœperat: q́ Fridericus rex Sicilię trãſmiſſo cum copijs freto, & capto Regio tunc intulerat, agentiq́ ad Bonicium, Imperator de Friderici in Calabros aduẽtu & Piſanorũ, Genuẽſiumq́ parata, ut iuſſerat, claſſe, fuit nunciatum. Quare, ut cum Roberto in Neapolitanum regem, a Romano põtifice inſtituto, iure ageret, Piſas ſe contulit: Quam urbem præclaram,& ut dicebat liberã, Robertũ regem, obiectis ſe purgaturũ, edicto adire terrepetito, admonuit. Interea tamen Lucenſes, Miniatenſeſq́, tantis affæcit cladibus: ut Lucenſes, amiſſis agri opidis, apparuerit eo anno ſimul cũ Florentinis in deditionem fuiſſe uenturos. Acta igitur in hunc modum maxima ęſtatis parte, Imperator per Senenſem agrum, ubiq́ uaſtatum, cõtulit ſe Aretium: Qua in urbe, cum magnis honoribus eſſet accœptus, Robertum regem priuatum regno pronunciauit: & hinc claſſem in illum iuſſit nauigare: inde in Senenſes ipſe profęctus eſt: cõfiſus, dum eam obſideret ciuitatem, Florentia per deditionem, Lucaq́ potiri. Cum eſſet uentum ad mõtem apertum Senarum urbi ad tertium, uel circa, lapidem proximum,

& Florẽtina clade nobilitatũ: Imperator incidit in ægritudinẽ, ex qua, ut cõualesceret, medicor cõsilio balnea adijt Maceratẽsia: Quo in loco certior est factus Clemẽtem Romanũ pontificẽ censuisse, & literis declarasse regno priuare Robertũ non potuisse: qui ad loca non tuta fuerit euocat⁹. Cum autẽ Imperator ea balneor lotione min⁹ recreari & cõualescere uideretur, medicis item cõsulentibus, purioris aeris loca petere uoluit, Itũq; est Boncõuentum: quod opidũ duodecimo a Senis miliario distãs, dum obsidione incipit premere, diẽ obijt. Signa ueneni in cadauere apparuisse, multi scribunt. Ptolemæus uero Lucensis affirmat ueneno eum perijsse, a prędicator ordinis fratre, in eucharistia dato: aliusq; addit id Florẽtinor procuratione factũ: Ipsi fratres multa in purgationẽ sui fratris cõgesserũt. Hic fuit exitus Imperatoris satis alias fortunati, & qui per Italiã uidebat, si lõgior uita fuisset, Imperij iura potuisse restituere: Sed arma Florẽtinorum occulto prędualuerunt.

CA. VIII.

Git cõperta Henrici Imperatoris in Italia morte, Germanię principes electores, in duos ęque Imperio regnoq; dignos principes uota cõtulerunt, Ludouicũ Bauarię, ac Fridericũ Austrię duces: Qui copijs de repente cõtractis, prędio cõcurrerunt: in quo cędes utrinq;, sed in Australibus maior fuit: Fridericusq; superatus, & captus, in carcerẽ ibat uictoris. Ludouicus uero ea elatus uictoria, pro rege ilico se gessit, multa disponẽs, cõcedensq;, quę cõfirmatum, coronatũq;, decuit Romani pontificis cõsilio, iudicioq; subijcere. Erat aũt annus post milletrecẽtos decimussextus, cum ad Iohãnem. XXII. pontificẽ in Gallias mitteret Ludouicus oratores, electionẽ nũciantes, poscentesq; Romani põtificis assensum: quẽ ille protinus negauit: q; Ludouic⁹ supra impietatẽ, quã in secum electum, & eodem iure nitentẽ, cõmiserit, multa perędgerit, quę nullus regum, nisi Imperatoria dignitate ornatus, consueuisset. Aluit tñ idem Ludouicus Vicecomitũ Mediolani tyrannidẽ: ut tum primũ ausi sint palam mores in plębem tyrãnicos ostendere. De electione aũt huius regis, mira quidã recordantur annales, quę operędpreciũ erat posteris ad memoriam cõmendare. Electores principes sęculi indignũ rati, q; ab ecclesiasticis solis ea potestas expectaretur, non expectatis tribus archiepiscopis electoribus Ludouicũ elegerunt: Archiepiscopi aũt cõtemptum sui reputantes, nullam esse electionẽ protestati sunt, de Ludouico sine se peractam. Nam & Rodulphus dux Saxonię, qui elegisse diceret, non ad eã pertineret, sed dux inferioris Saxonię Ericus foret aduocãdus. Prędterea Waldemarum marchionẽ, non prędentẽ, sed per nũcium dedisse uocem, non in eũ, quem ipse uoluerit, Fridericũ, sed in eum, quẽ falso nũcius de suo sensu nominauerit Ludouicũ. Ferũt enim submissum a marchione militẽ, qui cũ uideret principes in Ludouicũ propensiores, suãq; uocẽ, quã ex mandato marchionis pro Friderico daret, futurã inanem, studebat & principi suo, & propijs cõmodis, q; Ludouic⁹ marchioni propior, & cõmoda plura amicus & incõmoda posset inferre maiora inimicus, marchioni: cum & ipse nõ nihil exinde cõmodi speraret, si suo posset obsequio, uacillantẽ principũ sen-

tentiam,marchionis ſui uoce deducere in optatū. Hęc tum obięcere archi epiſcopi primę de Ludouico electioni: ipſiq; Fridericū delegerūt. Ferunt marchionē uehemēter exaſperatū in militē nūcium ſuū: q̄ non de domini ſui mente,ſed propria uoluntate electionē perplexiorē reddidiſſet: rede untemq; diu carcere maceraſſe,& demū extinxiſſe fame,cum pomū in ei⁹ ſemper aſpectū iuſſiſſet appendi,ſed q̄d tangere non poſſet: ſeratoq; car cere ſub ultimo uetuiſſe ſupplicio,ne ullū cibi gen⁹ uincto immitteret: ut doceat ille pœnę ſuę exemplo,diſcātq; minores, mandati fines nulla in re pręterire. Interim uero Ludouicus ſatis omnia pro rege gerebat,& ſi nul lum ſummi pontificis cōſenſum,nullam ab archiepiſcopo Colonienſi,qui primā Aquiſgrani in ſua prouincia coronā dare ſolet, pro ſuo iure ſuſcœ piſſet conſecrationem aut benedictionem. CA. VIIII.

a Nnus erat poſt natum mūdo Chriſtū uiceſim⁹ poſt milletrecen tos,cum Holſatiā gubernarēt,inde Iohānes tertius, cognomēto Largus,in Wagria,hinc uero Gerhardus Magn⁹ cum fratre Io hāne. Erat alius q̄q; tum Iohānes Gerhardi fili⁹,qui in Stormaria rem po tiebat: Hi magnis reb⁹ in Holſatia Daniaq; geſtis,ſua tēpora reddiderūt inſignia: Aliquādo quidē adunatis uiribus, cōmune bellū fratrueles gere bant: nōnunq̄ diuiſis armis Iohannes cū rege ſenſerat,fratre ſuo uterino. Sed iſta narrātes ſeponam⁹, cuiq; tempori ſua geſta tribuētes. Prima Io hannis expeditio fuit in Daniā: Nam moriēs Ericus rex mādauit proce ribus,ne fratrē Chriſtopherū regno ſuis demeritis exactū,regē ullo mo do paterētur: forte ad filios proprios ſucceſſionē deriuabat. Sed erant in ter proceres, qui Chriſtophero ſtuderent. Illi adiuti armis Iohānis Holſa tię comitis Chriſtopherū in regnū prouexerūt. Idem Iohannes uicina pa cari percupiēs,cum ſciret patribus ſuis multa fuiſſe ab Lubicēſibus incom moda,de oſtio Trauenę: euocatis eiſdē Lubicēſibus in uillā Zuzel, trāſ egit cum illis: ut accœpta ab eis pecunia,permitteret portū immunem,uil lamq; Trauemūde pateret eiſdē aſcribi,cū iure uadi ſuo in loco: ſineretq; Trauenę liberū fluxū: ita ut ius haberēt demoliēdi,ſi quis in poſterū arcē, aut prędidio ripā fluminis occupare tentaret: In quā rem accœpit quatuor millia monetę Lubicēſis marcharū. Erat iſte comitate,& humanitate, plu rimum cōſpicuus,ut cognomē Largi reportaret. Nam uni ciuiū,non pro magno in ſe merito donauit gurguſtiū piſciū: in quo multi per uniuerſum annum eſoces capiūtur. Gerhardus aūt,quē Magnū dixere, accœpta cō iuge filia Iohānis ducis Saxonię, primordia militię eidem ſocero ſuo im pendit efficaciter. Nam cum quereret idem Iohānes,q; frater Ericus ini qua in ſe partitione patriā ditionē diuiſerit,erecta arce ad terminos Saxo nię cōpulit Ericū,ut Alberto Iohānis filio,ſororio ſuo,aliquot relinqueret prędia,uillas,& agrorū iura,in ſortem ſuā. Iohānes breui conceſſit in fata, prouenitq; Alberto ſororio Gerhardi principatus. Sed uigebat adhuc in corde Iohannis Wagrię comitis mors Adolphi,fratris ſui conſanguinei, quam Gerhardo imputabat: Vnde factū eſt, ut idem Iohannes,quadam exuſcitata cōtrouerſia, euocaret Adolphum comitē ultra Albim in comi

tatu de Scowēborg agentē: ut uindictā ſumeret de Gerhardo, & Iohāne fratre eius. Venit Adolph⁹ expedito ſuorꝫ agmine, ultur⁹ fratri uelis Adolphi necē. Gerhardus non ignar⁹ trāſitus ei⁹, cauit in primis, ne agmina ſua iungeret armis Iohānis: Quo factū eſt, ut quā potuit expedita militari manu, euocauit de Wilſtria, decꝫ paluſtribus eius ruſticā multitudinē, expectans uenientē Adolphū in Bramſtede. Et cum ꝓpinquare cerneret expedito ſuorꝫ ordine Adolphū, occurrit illi in apertis ad eū uicū campis: collatiſcꝫ armis, diu ſteterūt pertinaciter obnixi. Sed inclinauit fortuna Gerhardo: ut cęſis, captiſcꝫ plurimis, fugaret Adolphū. Ille ſub pontē elabit̄, abſconſus ut ſperabat: ſed inde extrahit̄. Centū & uiginti illo capti prędio feruntur: qui omnes ſe ſuo luerēt ęre. Hęc prima Gerhardi in Holſatia uictoria, in die Decollationis Baptiſtę, anno decimoſeptimo poſt milletrecentos. Thietmarſi illa tēpeſtate ſtuduere Iohāni, cui ſuppetias in Gerhardum, & Iohānem fratrē eius, ferebāt. Illi agmine facto, de ſua terra obuias parrochias, Scheneuelde, Nortorpe, Nyemūſter, igne, & ferro fedauerunt: & Kilonē uſcꝫ peruenerūt. Iam ſuperato equeſtri agmine, uſui non uidebātur pedeſtres copię: Oneroſi autē facti ciuibus, per ingeniū opido dimiſſo, iubentur ire ad prędā, per aliā regionē reuerſuri in patriā. Trāſierunt per diſtrictū Bornehouede: in qua uilla, cum reperiſſent ex illis nōnulli recens excoctū in dolio liquorē (ceruiſiā uocant) illi pro balneo per inſolentiā ſunt abuſi: & trāſito riuo Bunſing, in merica pernoctarūt. Sciēs Gerhardus, primo diluculo iuſſit omnes ſuos ramū prę ſe ferre uirētē, ne accedere uiderentur: immo, ut tardius cōſpicerentur, latitātes in ſpetie nemoris, ut imparatos occuparent: proceſſit ſtratagema, & nihil opinantibus Thiemarſis ſuperuenere Holſati: & cęſis ad quingētos, alios in riuum mergi coęgerūt. Ea uictoria parta eſt Gerhardo, die Alexij, anno prędenotato. Nec longū temp⁹ in medio, cum necdū exaturatus ultione in Thietmarſos Gerhardus, arma undecūcꝫ cōtraxit: de dioceſi Bremēſi, decꝫ Magnopoli: cuius princeps ipſe aderat Henricus, de Wunſtorp, decꝫ Gutzkow comites. Inerant arma Iohannis ducis Saxoniæ ſoceri Gerhardi, & comes ipſe de Rupin: multi quoꝫ nobiles inſignes numero quatuordecim: Gerhardus ipſe cū fratre Iohanne in his erat: in uigilia Natiuitatis Marię Thietmarſiā ſunt ingreſſi, per uiam Suderhāme, percꝫ uadū Hemmingſtede: totuſcꝫ puenit exercit⁹ in paludē Norderſtrand, ad cor Thietmarſiæ: Ibi primum adunati Thietmarſi, aciem oppoſuere ueniētibus, bis hoſtibus ceſſere, primo prędio: cęſicꝫ ſunt ex illis milleſeptingēti uiri: fugientes eccleſiā in Oldenworden apprehēderunt: eamcꝫ in morē caſtelli, ut poterāt, cōmunierūt: Et cum ignē iniȷcere pararēt hoſtes, Thietmarſi deditionē obtulerūt: ſubditos ſe Gerhardo fore in reliquū pollicent̄. Ille uerſutiā gentis uerit⁹, nec fidē habēs uerbis, iuſſit propi⁹ ignē admoueri: Vbi iam ſtillāte plumbeo tecto periculū ſenſerāt, extrema experturi, turmatim proruunt (eſt ubi dat uires nimius timor) obſidentes inuadunt. Aderant etiam aliunde Thietmarſi de latibulis prodeūtes, & iam animū reſumētes impugnauere hoſtes: intercœptoſcꝫ, ad internecionem deleuerūt. Solus

Gerhardus comes, & Henricus de Magnopoli princeps: qui ad signa prō more militię agmen tenuerunt, superstites fuere cum suis: Omnis reliqua nobilitas, cum copijs tantis, ad numerū duorū milliū intercidit. Gerhard⁹ & Henric⁹ Magnopolēsis, cum suo agmine repedarūt tristes. Annus erat uicesimus, &, ut alij addūt, secundus, post milletrecētos, cum ea Holsatorū in Thietmarsia fieret ruina.

CA. X.

Bierat per ea tēpora Ericus Slesuici dux relicto filio Waldemaro, matre nato Gerhardi germana: Qua de re Christopher⁹ rex, quod multi ante eum reges tentauere ducatū adunare quęrēs corone, specie administrationis pro paruulo, arces ducat⁹ cœpit possidere: & cęteris quidē iam in manu regis collocatis, sola Gottorp arx munitissima restabat. Gerhardus comes pro nepote arma sumens, eā tueri aggreditur: Obsedit rex magna suorū manu arcē memoratā. In equino mōte (Hesterberg uocant) castra locauit. Gerhardus undecūq; cōtracta auxilia duxit in regem, obsidionē satagēs soluere. Solebat ille pugnatur⁹ imaginē sacratissimę uirginis collo appēsam, circūferre in omnia pericula: Quod ne cui nouū uideatur: Tradūt Romani scriptores Scyllā dictatorē gestasse semper in prelio statunculā Iouis, aut Apollinis: quā periculoso prælio uictor exosculās ait: Pene ego tecū, & tu mecū cōcidisses Iupiter. Gerhardus igitur hanc imaginē deuotus semper uirgini gestās, ter fertur ceciniſſe: Nos hac die tibi gregatos serua uirgo. Alterā tum in prelio manū imagini ferunt decisam: quā nullus denuo poterat aptare artifex: hodieq; monstrāt uirgunculę in Itzeho, memoratā Virginis statunculā. Exterior tum Holsatorum habitus, quē paludimēti loco prę ferebāt, in omni exercitu candidus erat: quod de longinquo Dani prospicientes, irrisione militari notarūt mulieres in se ducere per cōtemptum asserētes. Tum quidam ex ministris Holsatus genere, Danis, ut fit, militās: Si bene inquit noui Holsatos, sentiemus non esse fœminas, quę properāt: uideo collucere inter candidas uestes arma fulgentia. Conserunt acri prælio manus: & ubi cæsis utrinq; plurimis pertinaciter stabāt acies in inuicē, Holsati sublato clamore personant: Fugiūt, fugiūt Dani, sic formidinē incussuri postremis, & profecerunt: Nam fictā fugā in uerā concœpta formidine uerterūt: Solutaq; est obsidio in die illa, Eam uero arcē dux Waldemar⁹ auūculo Gerhardo ex illa die pmisit in pignus, pro impensis quas absumpsit expeditio proxima: Simul ut inde tueretur ducatū pro uiribus. Cum aūt Christopherus rex omnium suorū in se odia prouocasset in regno: ita ut eijcere illū conarētur auertissetq; a se fratrē uterinū Iohānem Wagrię comitem: Danorū proceres in regem prouocauere comites Holsatię: qui expeditione instituta, primam Fionię insulā apprehēderūt: arcē eius Nuborg oppugnantes, breui expugnabāt. Rex aūt cernens intus & foris omnia in se ardere cōflagrandum: magno ęre sumpto nauigauit in Germaniā: & Rostockium applicans, principibus Wādalię tūc, ut nūc, parentē, cum principibus Magnopolensibus ęgit: ut cōducto exercitu in Daniā armis reduceret. Armauit classem, & rediit in regnū. Sed tanta fuit cōspirātium man⁹, ut nihil pro-

ſiceret: iterumq; armis eiect⁹ eſt. Tum Daniæ proceres cõmunicato cum Holſatię comitibus cõſilio, Waldemarũ Sleſwici ducẽ, puerũ duodẽnem regem creauerunt. Is nouus rex, habito in Fionia regni cõuentu, Gerhardum comitẽ auũculum ſuũ creauit pro ſe ducem Sleſwici: Iohanni comiti permiſit Lalãdiam, Falſtriam, & Cimbriã, inſulas minores in regno tres. Gerhardus in arce Lalandię Werdingborg, militẽ quendã reperit Germanum: quã arcẽ ſolutis quatuor marcharũ millib⁹ de manu illi⁹ recœpit & donec ſolueret ſummã memoratã, in pign⁹ tradidit arcem Zegeberg: unde tamẽ capta breui poſt tẽpore eadem arce, per nocturnas inſidias eſt eiectus: Pertinet enim ad diſtrictũ Wagrię, quã gubernabat paterna ſucceſſione Iohannes comes antedictus. CA. XI.

Idem comites Iohãnes & Gerhardus, ubi unũ ſenſere: iunctis armis, regẽ Danię Chriſtopherũ Iohãnis, ut diximus, uterinũ fratrem, eo perpulerũt: ut Lubicã deſcendẽs, cum eiſdem per interpoſitos amicos tranſigeret, utq; illi accœptis octuaginta millibus argenti marchis, regnũ illi permitterent incolume, & pro uirib⁹ illi aſſiſterẽt in rebelles: reddentes terras cum arcibus, quas tenerent: utq; Waldemar⁹ iuniior, quẽ regẽ creauere uoluntate Gerhardi, ex cui⁹ arbitrio aduleſcẽs tot⁹ penderet, in ducatũ rediret. Arbitrat⁹ rex, ſi comitũ illi accederent, Danorumq; decederẽt partibus arma, facile ſe obuiaturũ aduerſantib⁹. Et qm̃ argentũ, qd ex formula, promptũ appẽderet non erat, dedit comitibus pignus pro eo Syluã Danicã, cum parrochijs octo, non cõtemnẽdis, quoad numeratũ ſolueret: Quibus ex ſentẽtia cõſtitutis, regem comites reduxere in arcẽ Werdingborg: Qui autẽ ex proceribus cõtraria ſentiebãt, regem in arce circũſedere. Sed tum fuit ea potẽtia rex, cum ſibi comites deuinxiſſet, ut facile Danis ſuperior eſſet. Iutiæ tamen proceres indigne, quod gerebatur, ferentes, & regi, & duci ſuo, ſimul & comitibus auſi rebellare, arcem Gottorpe iterum obſidione cinxere. Aberat per id tempus Gerhardus comes: Sed Iohannes cõtractis, quę poterat, armis, properat obſidionem ſoluere: inuadit obſidẽtes, & magno prẽlio uictor, nongentos ex his capit, multos proſternit: cęteros uertit in fugã. Chriſtopherus deinde rex uir inquieti animi, iam fratri ſuo Iohãni per fœdera iunctus renouata, pro nihilo duxit Gerhardũ aduerſantẽ ſuſtinere. Igitur magno iterũ exercitu cõſcripto in Waldemarũ Sleſwici ducẽ mouẽs, arcem Gottorpe quę ſola oculos eius offendit, cp̃ clauis uideretur in Holſatiam, cõſtituit expugnare: quod ut promptius fieret, in grãdi uallo (Danicũ opus uocãt) in cõſpectu arcis memoratę, cohortes, quãtis opus uidebatur, cõſtituit: ut aditum obſeruarent, ne Holſati tranſgreſſi ſoluerent obſidionẽ, quam inſtituerat. Non potuit ignorare tantã Gerhardus molitionẽ: Ille quoq; emiſſis ad amicos nũcijs ultra Albim nobiles, in dioceſim Bremenſem, percp̃ Weſtphaliã, uſq; ad Renũ, & a domo de Brunckhorſt, quã materna ſtirpe tangebat, arma cõtraxit auxiliaria. Cõuenere omnes in Reyndesborg, & prius q̃ educerẽtur, interpoſita mora, ſumptus non mediocres in opido fęcere adueną: iam educendi erant, nec tamẽ ciues egredi ſinebant, niſi ere perſo-

luto. Comes rerũ ignarꝰ, aut cꝫ fideret illos ſequuturos, facile ciuibꝰ quiẽ tatis, egrediť cum ſuis. Aduenę ut iura & fidẽ hoſpitij non uiolarẽt, cum Burchardo de Itzehude milite, qui comitis nomine forenſes introduxit: cum Gerhardus, quod pro ipſis promptũ ſolueret non haberet, in opido remãſere. Burchardus is erat, cui ſigna in acie prẽcipua erãt cõmendãda. Quid faceret comes? Hoſtes perurgebãt: ſine diſpendio famę cedere non poterat. Equites erãt cum comite quadringẽti, aduerſus duplo maiorẽ nu merum: Sed initũ certamẽ magnis animis: Satis uidebatur tantã hoſtium manum ſuſtinere, nec uinci: Vberiꝰ aliquid fortuna comiti cõtulit: Etiam uicere pauci multos: & peracta multorũ ſtrage, rex fugã iniit. Et quia in Sleſwicũ declinare non poterat, cꝫ hoſtes media tenerent, Kilonem uerſus iter inſtituit ad Iohãnẽ: qui tum agmina ſua prẽparata tenebat in Todeſ lo, ibi oppoſiturꝰ ſe his q̃s uenire Gerhardo ab ea parte cognouiſſet: nec proſpexit tam celerẽ inclinationẽ fortunę. Interim Burchardus capitane us prẽfatus, audiẽs eſſe cõgreſſos, ſed exitum neſciẽs, permittẽtibꝰ ciuibꝰ, cum aliquãtis egreſſus eſt, ut quid factũ ſit auſcultaret: Peruenit in locum Seſtede: & iam noctu equites accelerare audit: Vbi propius uenit Danos intelligit: & hoſtiliter incurrẽs, facile paucos exterruit: Omnes ilico capit, in quibus rex erat Chriſtopherꝰ: Et nulla interpoſita mora, cum captiuis Gottorp cõtendit: perueniẽſcꝫ, portas pulſat importunꝰ. Prior comes, de ſtratu ſuo, q̃uis uulneratꝰ exurgit: nec enim curę, nec uulnera, quietẽ per mittunt, magni aliquid in nũcio nocturno, ut erat, interpretatꝰ. Quid eſt inquit? quis pulſat fores? Agnoſcens miles uocẽ comitis proclamat: ecce domine grauiter uulneratus, & inſuper captus ſum quid ſpei prẽfers? Cui comes: Serua breuẽ patientiã (agnouit enim & ille uocẽ loquẽtis militis) multos dei miſeratione teneo captiuos: celeriter redimeris. Et ille ſecũ, ma gno inquit tuo commodo molliter reſpondiſti. Tum alatiore uoce miles: Maioris & fœlicioris rei tibi nũcius aduenio: Ecce affero captũ regẽ Da norum: Surge, laxẽtur portę, ut aſſeruet. Nihil moratus comes iubet ape riri. Regẽ captiuũ pro fortuna ſalutat: iubet curatcꝫ cuſtodiri diligẽtius. Non ſum ignarus apud alios referri, regem non captum, ſed bello profu gum ueniſſe Kilonẽ: Sed tñ hic erat rerũ exitus: ut Iohãnes comes, regis frater uterinus, interpoſita opera, captiuos omnes, data in poſſeſſionẽ Ger hardo Fionia, & aliquot arcibꝰ, captiuitate laxauit. Dani interim, iniquo ferentes animo, tantam in ſe Hoſatorũ inſolentiã, quotq̃t repererũt in opi do Lũden, facto impetu, omnes peręmerũt: Arcẽ Helſingborg, quã Ger hardus tenebat obſidẽtes capiũt, & deinde alios, quotq̃t ille de manu re gis tenuit, pulſis cuſtodibꝰ recipiũt. Sed cũ per propinqua tẽpora rex Chri ſtopherus excederet rebꝰ humanis, relictis filijs Ottone & Wademaro: Ottoni natu maiori, cũ Gerhardꝰ comes in Iutia ad uicinia Wiburgi col lata manu congrederet, comeſcꝫ Holſatorũ, proſperante fortuna, ſuperior eſſet, multis in medio cæſis, Ottonem regis filium capit: captumcꝫ ſecum duxit in Holſatiam, & eum in Zegeberge arce munitiſſima, per uiros fi diſſimos cuſtodiri iuſſit. CA. XII.

Ihil propicia fortuna perpetuũ,immo ne diuturnũ:Inuidisse for
n tis uiri prosperis successib⁹ fata credideris. Gerhardus cũ recupe
randę in Dania,pręsertim ditionis suę gratia,exercitũ haberet ex
lõginquis cõductũ (Ghunshower tum dixere, q⁹ breui admodũ habitu
ad omnẽ rem expediti uiderẽtur)eum ducẽs per Iutiã,uictor ubiq⁹,& un
diq⁹ redibat: nec erat,qui aciẽ auderet obijcere: Omnia iam aduscq⁹ Ran
dershusen subdita tenebat. Erat miles his in locis,uir potens,& locuples,
iam tamẽ cum cęteris in ditionẽ cõcedens comitis ubiq⁹ uictoris: Negels
lepsen Dani, nostri Nicolaũ Iacobi dixere. Is cum irã & indignationẽ in
comitẽ iam dñm suũ collegisset: siue fortunę uiri inuidẽs: siue patrię liber
tati studẽs,noctu cum satellitibus opidũ ingressus,comitem in strato suo
quiescentẽ opprimit,& euadit: Meror & luctus,cum diesceret,in exercitu
incõsolabilis: attamẽ filij,quos tres reliquerat,Henric⁹,Nicola⁹,Iohãnes:
ut uiros decebat,luctũ in ultione cõstituerũt: peractisq⁹ solennib⁹ funeris
in Itzeho tumulãdum misere. Hoc uero monasteriũ Gerhardus,Adolphi
religiosi filius, ante situm inter Albim & Storã in paludstribus Wilstriæ
in uilla Vlete,in eũ transtulit locum: in quo prioribus annis inexpugnabi
le erat Holsator⁹ prędidiũ. Quo in loco primus ille Gerhard⁹ sepulturam
accœpit: & post eũ fili⁹ eius Henricus,& nepos iste Gerhardus Magnus:
Nicolaus quoq⁹ filius eius ibi uitam finiẽs, ad patrẽ tumulat: & Hẽricus
frater,cognomẽto Ferreus. Gerhardus dux prim⁹ ex hoc genere Slesuici
& Albertus,Henricusq⁹ eius fratres,insuper Henricus,Gerhardus,Adol
phus duces,Gerhardi ducis filij,hoc loco tumulati,expectãt nouissimam
tubam. Hartwicus de Reuentlow, qui manus iniecit comiti Adolpho in
Zegeberg,limina petijt apostolor⁹,pœnitentiã accipiẽs,omnia sua in ma
nus pauperum tradere iussus. Fertur refectoriũ subt⁹,& dormitoriũ de
super, extruxisse: Adiecitq⁹ Nicolaus comes multa huic loco donaria. In
Reyneuelde aũt monasterio Cisterciensiũ cõditi sunt, tres illi de Wagria
Iohannes,cum fratribus, & filijs. Cęterum in Hãburgo in maiori ecclesia
duo nouissimi Adolphi,cum aliquot fratribus. Ille aũt primus Adolph⁹,
qui dono prim⁹ accœpit terrã a duce tum Saxonię Ludero: quia ei⁹ tẽpo
rib⁹ in omni ea terra nulla erat solẽnis,pręter Hãburgẽsem,ecclesia, nullũ
adhuc usq̃ monasteriũ,in Hãburgo credit terrę cõmendat⁹. Nã fili⁹ ei⁹ se
cũdus Adolph⁹ relat⁹ est a Demyn in Myndã: ut suo loco dixim⁹: Terti⁹
uero defunct⁹ in dominio suo Scowẽborg: Quart⁹ in ordine Minor⁹ se
pulturã promeruit, inter fratres suos in Kilone, a se fundato monasterio.
Libuit sepulchra scrutari nobiliũ uiror⁹ ad perpetuã memoriã. XIII.

Enric⁹ & Nicola⁹ comites cęsi Gerhardi filij,in ultionẽ patris iu
h sto exarsere dolore. Nam Henricus accœpta parte copiar⁹ naui
gauit in Zelandiã: Nicola⁹ psequit reliqua belli in Iutia. Sed cũ
cõpertum haberẽt parricidã illũ in Scaldingborg,cum magna manu cõ
sidere,in eam arcem primũ ducentes,feruentissime oppugnauerũt: & qm̃
nihil inuiũ fortibus,etiam expugnauerũt: Duo millia inibi Danorũ cæsa
feruntur: Extractus de medio insignis parricida,non uulgari mortis gene

re dignus mori,quadripartitus totidē rotis dñi sui,& cui sacramentis erat obnoxius,proditor & mactator imponitur, coruos pastur⁹; Si Holsatorꝝ primores eius facti cōscij fuere,in obscuro manfit: Sed tamē cōpertū erat magnam illustris uiri fortunā inuidia non caruisse: Ingentē eius spiritum multi admirati,sepe rogarūt: Vnde tam multis diu cumulata solueret stipendia? Respondit: Victores se in Thietmarsiā missurum: ubi si res ex sententia procederet,prędis locupletati,inde sibi stipendia desumerēt: Sin cederentur,nihil esse opus stipendijs. Sed tamē is erat exitus multorꝝ,ut uacui redirent,& inanes,nihil prēter arma portātes. Henricus aūt in Zelandia prosperat⁹,opida,quę facile fuit,utpote immunita,occupare: arces etiam aliquot obtinuit: & iuxta ritum terrę impositis capitaneis, cæteri rure degūt,affuturi ubi op⁹ est: Cum imterim exorta ruri inter Danos & Holsatos (ut facile fit inter militātes)contentione ex causis leuissimis,quidam ex primoribus Danorū multis charus opprimit ab Holsatis: Ea re breui per longinquū diuulgata, cōclamatur ad arma: Execratur omne nomen Holsatorꝝ,& cęsi sunt,tumultu multitudinis exorto,trecēti una nocte uiri: Quę res exterruit multos,ita,ut Henricus quoqꝫ comes impositis oportuno loco prędijs ipse abiret. Erat aūt annus post milletrecentos quadragesimusecundus.

CA. XIIII.

Vdouicus interim Bauarus Romanum administrabat regnum, nec ullis potuit cōditionibus placari,ut ęmulū a se captū Friderícun,ducē Austrię captiuitate sineret laxari. Nulla eum magnitudo promissi ęris permouit: nulla ꝓfuit amicorꝝ interuentio: omnia frustra pertētata euanuere. Vbi iam multis frustra conātibus nihil potuit effici, ipsi inter se principes soli cōuenere: ut Frideric⁹ interposito iuramento de nunq̄ resiliendo, omne ius sibi cōpetens permitteret Ludouico, libere cedens & renūcians. Literis interueniētibus,omnia roborant: Non mirum ꝙ his usus sit Fridericus cōditionibus ad sui laxationē: sed mirū ꝙ his ad sui securitatē credidit Ludouicus. Duxit interea cōiugē idem Ludouicus rex filiā comitis Hollandię, nuptijs Colonię celebratis. Interim papa excitato rege Neapolitano Roberto, exercitū misere in Mediolanū Imperio detrahēdum: Sed egressi ciues male mulctauere ueniētes: ut nemo se gauderet aduentasse. Interim pōtifex Iohānes,solennib⁹ institutis processib⁹, Ludouicū regno pellere annisus est: Ludouicus ad appellationē cōuolauit: quam insigniter cōcœptā ubiqꝫ fęcit publicari. Nos inquit,Ludouicus Romanorꝝ rex proponim⁹ aduersus Iohānem,qui se dicit esse papam, ꝙ Christi testamētum de pace male exequitur, publicā Christianitatis pacem perturbās: nec reminiscitur a sancto Constātino id, quicquid nūc habet honoris, latitāti Siluestro permissum: male gratus Romano Imperio, unde desumpsit omnē,quo nūc abutitur,splendorē: Et reliqua in hūc modum plurima,quę prosequi,& longū esset: nec omnino posteritatis oculis subijcere prouidū,unde scandala pusillorꝝ orirent. Iohānes interea comes Holsatię in Wagria luctantē cum Danis Gerhardū cum filijs,deserendū putauit,& terrę suę cōponendæ industrius instabat. Cōsyderauit ab arce

Linow in primordijs inferioris Saxoniæ sitę: quæ semel ac iterū euersa instaurat, multa, puenire latrocinia, p publica itinera mercatorib⁹ intra prę-claras urbes Lubicā, Hāburgū ac Luneburgū, indigne, ut debuit, perferēs, arcē firmauit in loco Trittowe, nō lōge a Bilena fluuio defluēte, limitemq; faciēte utriq; ditioni, Saxonię, ac Holsatię. Locus in quo fundatur, iuris erat religiosorū in Reynfelde: sed comes, cōpensatione facta, monasterio tantundem alibi rependit, ascribens de suo uillas Arnsfelde & Woldehorne iuribus monasterij memorati: & tamē malū ferunt esse loci fatū, geniūq; pessimū: ut nihil ibi gignat mēbris omnibus incolume, ab homine usq; ad cicures bestias. Hic Iohānes fortunat⁹ & locuples, cum terram suam pacatam haberet, nulli se deinceps uoluit immiscere bello: Sedit, & aspexit conflictus patrueliū suorū: ipse paci nullā rem duxit prępondēdam. Reliquit aūt filiū Adolphū, in quo, ut suo dicetur loco, linea eius successionis penitus defecit.

CA. XV.

1 Vdouicus interea Romanorū rex uocatus uenit in Italiam, excipiturq; p benigne ab Gibellinis, qui partes fouerēt Imperij, peruenitq; in urbem Romā, excipiētibus eū procerib⁹ Romanis, solenni apparatu. Habebāt aūt primores Romani magistratū, quē appellauere Vicariatū, quē tum Stephan⁹ Columna gerebat. Is a clero & populo interpellatus, coronā Ludouico dedit imperialē: Qua ille percepta, cū aliq̄diu girationes uertiginosas Italorū in suis partialitatib⁹ ridens cōspexisset: in Germaniā reuertitur: Cōuentuq; regni cōuocato p magnifico in Frāckfordiā, ad quē etiam uocauerat reges Imperio non parētes: uenerat rex Anglię Imperio nihil debēs. Aderat rex Bohœmię Iohānes, Henrici septimi filius, ęteriq; regni tam spirituales, q̄ sęculares principes. Ibi cōstituta sunt multa, quę ex dignitate Imperij tum sunt uisa: Inter alia uero, q̄ electus a principib⁹, aut a maiore, aut saniore parte, administrationē habeat, citra assensum pōtificis: nā ea, quę pręter hęc introducta sunt, nec diuino iure, nec ulla patrū ordinatione, sed blanda quorūdam assentatione, & Romanorū spontanea ingestione pontificū, puenerint: Electus insinuetur Romano pontifici, q̄ sit princeps catholicus, iustus, Imperio dign⁹, petaturq; coronatio: quę (nisi obstiterit manifesta causa) si negatur, sumat cōsecratio, a quouis catholico pontifice: Nam omnes illę solennitates per ecclesiam introductę fuerūt. Quis enim Roman⁹ pontifex cōsecrauit Constantinopolitanos Imperatores? & quis ante Karolū multos Christianos Cæsares? & ante Cōstātinū Ethnicos quis sacrauit Imperatores? Deinde ordinatum est q̄ Imperator prestabit pontifici & ecclesię defensionis deuotionis, & humilitatis, non fidelitatis, homagij, aut subięctionis iuramētum: quia temporalis dominij papa Imperatori nihil tribuit: immo ecclesia sumpsit omnia illa ab Imperio. Gladius enim uterq; nihil habet cōmune, cum alter animā, alter solum corpus cōficiat. Ibiq; decreto firmatum est q̄ uacantis Imperij administrationem pontifex habeat, nulla scriptura, nulla ratio, sed sola usurpatio introduxit. Hęc tum principib⁹ in cœtū Imperij congregatis uisa fuere in rem Christianā obseruanda. Sed luit Ger-

mania pœnas diuisionis suę: quę si unũ sentiret, pareretq; suo capiti, quo modo in Anglia, & Frãcia principes regi, recte illi omnia procederẽt: nũc uero experitur, quod uerbo Veritatis discere, & cauere debuit: Omne regnum in se diuisum, desolabitur.

CA. XVI.

Vm per hęc tempora Ludouicus Brãdenburgẽsis marchio Ludouici Imperatoris filius: Iam enim (quod in Wandalia diximꝰ) feudum redibat ad Imperium, Lubicã ueniſſet, adierũt eũ comites Holsatię Iohãnes & Henricus, ostendẽtes Danici regni longã diuturnamq; tumultuationẽ: expedire ut aliqñ cõpositis rebus, ad trãquillitatẽ redigatur. Nam filij Magni Gerhardi, dum antehac mortẽ patris sui magnifice ulciscerent, factũ est plurimo labore, ut omnia regni negocia fierẽt perplexissima. Audiuit marchio perbenigne, quę a comitibus dicerẽtur: effęcitq; ut Waldemarꝰ Sleswici dux, cum comitibꝰ memoratis annitere tur: quo ea res, cõpetentibus ad pacẽ cõditionibus, ad effectũ peueniret. Polliciti operas comites regẽ Waldemarũ in regnũ reduxerũt. Dux Sleswici germanã illi sororẽ suam coniugem dedit: ut omnis de medio fieret memoria simultatis. Erat tum annus quadragesimusprimus post milletre centos. Waldemarus autẽ dux male gratus comitibus, qui rei componendę studuerunt, bellum illis cœpit intentare: q̃uis esset Henrici & Nicolai cõsobrinus, natus sorore patris amborũ. Illi aũt arma uertunt ad insidias, obseruantes tẽpora uenationis, cuiꝰ erat ille studiosissimꝰ, quod non ignorabant: captũq; in uenatione perducũt in Fioniã: quę adhuc in manibus erat Holsatorꝝ, biẽnioq; tentũ, grãdi ęre luere suam captiuitatẽ coęgerũt. Magnę uero, & multę tum fuere in regno turbationes, a capite q̃maxime subortę. Ludouicꝰ marchio, Ludouici ut diximꝰ, Imperatoris filius, cum primã Danorũ regis filiã cõiugem morte amisissẽt, de secũdis nuptijs cogitauit. Erat Margareta Stirię ducis unica filia, iam nupta Wentzlao Iohannis regis Bohœmię filio, puella insigni facie quę maritũ suum ad uota nuptiarum accusauit impotentẽ: secretiusq; literis ęgit apud Imperatorem Ludouicũ: ut marito subducta eunucho, eius traderetur filio cõiunx, etiã ecclesię iudicio, q̃ mater esse uellet, diuortiãda. Placuit Imperatori puellæ nobilis & diuitis, quę dotem afferret ducatũ, in filiũ eius propensio. Sed filius ubi intellexit rem non probauit: raptu sibi coniugẽ quęrere non esse Christiani principis. Verũ stimulãte patre, cũ etiã iurisperiti rem licitã dicerẽt, cõsensit: & puellã rapuit uolentẽ. Nã repugnãte maritoaliter fieri nõ potuit: ut ecclesię iudicio apud illũ manẽs, diuortio abiungeret. Ad tam atrox facinꝰ uindicãdũ, omnis Bohœmia, Vngariaq;, & Frãcia cõmouentur: bellum ingens cõflatur: producuntur acies ob raptam puellam: Troiani belli renouãtur initia: Confligitur acerrime: sed Ludouicus non inferior discessit. Is tamẽ erat belli exitus: ut Wentzlaus sibi cohabitare fœminam dimitteret: q̃uis papa multis literis fœmineã procacitatem arguerit: utpote, qui Imperatorię domui semper aduersaret: Tenuit Margaretã Ludouicus: Sed tñ non facile obliuiscitur iniuriam Wentzlaus. Nam longe post prouectus ad Imperium, marchioni excitauit aduersarium: quod suo

loco in Wandalia commemorabitur. CA. XVII.

Olſati iam in regno Danię multis laboribus, & ut putabant, be-
h nemeritis pacē ſperabāt: ſed urebat Danorū oculos cernere in re-
gno Theutonicos, qui arces & opida poſſiderēt alienigenę. Ar-
rem Callingborg inter alias Henrici comitis fideles tenuerunt. Rex Wal
demarus, iam a comite reductus, facit q̄d ſolet mus in pera: Obſedit arcē
memoratā & oppugnat. Superuenit Hēric⁹ manū ducēs expeditam: ob-
ſidētes inuadit, ſternit, capit, fugat, perinde ſoluens obſidionē, captos ſecū
perducit in Holſatiā, magno ęre laxādos captiuitate. Sed inceſſit tum co-
mitibus, Nicolao, atq; Hērico fratribus, cōtrouerſia grauis ad uicinas ur
bes Lubicā atq; Hamburgū, q̄ mercatores quererent latrocinia multa fi
eri, nō ſine intelligētia, & diſſimulatione, ſiue cōniuētia militariū uicinorū.
Et q̄m res per occultos fauores ageret, omnes inſimulati, innocentiā ſuam
ut poterāt, detexere, uerbiſq; ꝓpugnauere: Videbant & comites pro ſuis
zelare militaribus, & rem obſcurā, in deteriora, ut fieri par eſt, conati ſunt
inflectere. Quid multa? Comites ipſi dum ſuorū tuent honorē, de occulto
facinoroſorū fauore inſimulant. Res ad apertā indignationē proceſſit: &
uidebatur de proximo imminere militaris in aduerſos expeditio. Iohānes
comes Wagrię, pacis zelator, rem ſub neutralitate paſſus eſt abire, nulli ſe
parti immiſcēs. Orāt ciuitates, permitti ſibi opidū Zegeberge: ut inde re-
bellium, & uiolentorū greſſus obſeruent. Permittit Iohannes: Ducentos
cū armis equos ambę urbes hoc opido cōſtituerūt. Vt autē facile annue-
ret Iohānes comes rem fratruelib⁹ aduerſam, effęcit arcis eiuſdē prefect⁹,
ſua perinde cōmoda procurās. Fortalitiū ille erexit ad uada (locum uocāt
Ton Steghen) unde in reliquū temp⁹, donec ſubuerteret, multa ꝓcurata
& defenſa ſunt latrocinia. Sciebat ille urbiū gubernatores eā inſtructionē
non paſſuros, ſi non eius tum opera indigerēt. Procurrebāt ergo de Ze-
geberge urbiū ſatellites, & fatigabāt Holſatos male ſuſpectos. Hēric⁹ co-
mes, uir acris ingenij, impatiēter tulit tantā ciuiū in Holſatia uiolentiā: in-
terpellat fratruelē ſuū Iohānem. Q̄nquidem, inquit, ciuibus ꝓmiſeris tan
tam in noſtros facultatē, patere, ut nos q̄q; tua pauliſper utamur cōniuen
tia. Ille ſe cunctis rebus indifferentē reſpōdebat. Verūtamen, inquit, mal-
lem ad omnes pacē uidere. Hac permiſſione fret⁹ Henric⁹, uſus etiā fauo-
re opidanorū, nocte ingrediť opidū memoratū: ducentos equos abducit,
capitq; ſatelites, & ciues, quos reperit negotio intentos, incq; ſua perducēs
clauſtra, uſq; ad redemptionē plenariā emūgit ęre. XVIII.

Ed hoc bellū latius q̄ ſperabať ſerpit. Nam Lubicēſes querimo-
s niam detulerūt Imperatori Ludouico, & marchioni eius filio, iti
dem Ludouico, ſuper nominib⁹ Henrici, & Nicolai: q̄ non ſo-
lum receptatores, ſed etiā defenſores uiderent eorū, qui publicis uiuerēt
latrocinijs. Imperator permiſit eam rem filio curandam, propius intuenti
omnia de ſuo. Is immiſit Lubicenſibus militē quendā, in armis ſtrenuum,
Fridericum de Locken, ducentis cinctū equitibus: qui mareſcallus Impe-
rij tueretur ciues memoratos, & uindictā faceret in aduerſantes. Hunc ſe-

quuti ductorē ambarꝝ urbiū ciues, Holſatiā peruagātur, ubiqꝫ ſequentes: nec erat qui obuiā prodiret. Ad Danicā uſqꝫ ſyluā progreſſi, quę adhuc pignoris iure parebat comitibus: ingenti pręda undecūqꝫ aceruata Lubicam redibat miles cum his quos ductabat. Magnus interea Suecię rex, qꝫ crebrius uteretur opera Henrici comitis Holſatię, in bello cōmonitus ab eodem Hēr̄ico, mercatores Lubicenſes in regno ſuo diuerſantes, rebus & corporib⁹ iuſſit detineri. Ciues in urbe ſua uicē reddidere Suecis, inibi ne gotiātibus, & merces ſuas uerſantib⁹, & ęquata uidebātur utrinqꝫ incommoda, Frideric⁹ miles memorat⁹ a ciuibus doctus, eſſe magnū rerum gerendarum in Scania pondus piſcaturę tēpore, eo nauigās cum expeditis: qꝫ multi e Suecia eo piſcarētur, poſſe arbitratur cōpenſationē fieri ad eos, qui in Suecia detinerent. Cum eſſet magna ſuorꝝ atqꝫ ciuiū manu cinctus facile ſuperior erat inermibus: Congreſſus prędio conglobatis, Holſatis, Danis, Suecis, omnes cœpit, Lubicā in uincula pręmiſit aſſeruandos: ipſe ſequut⁹ cum copijs uictricib⁹: Satis illum magnifice remuneratū pro labore & fide, in ſua remiſerunt. Inde cum rebus finis nullus eſſet. Imperator pro ſe Gunterum de Zuartzenborg comitē: & marchio, Hēningum de Buch militē, miſere Lubicam cum mandatis: ut rebus primū intenderent, per ęquas cōditiones pacādas: alioqui armis ciues tutarent. Vbi uenere parato in urbē Lubicā agmine, primū leges pacis pertentādas putauere: Id infrunita plębis multitudo & uulgus promiſcuū interpretat⁹ pro ſuo more in fauorē fieri nobilitatis: Nam arma potius expectabat ea colluuies, exterminādis, ut uoluere, comitib⁹: Et ubi de pace non cōuenit, ad arma. Nec tn̄ ea ſeueritate inſtiterūt, ꝓpugnatores, quā popularis multitudo cupiebat. Sic enim morib⁹ & ꝓpēſione naturę cōparatū eſt: ut nobilitas nobilitati ꝓpenſior uideat⁹. Succlamat uulgus, nō ex fide rem agi. Cęterū uiſum eſt cōmiſſarijs principū expedire: ut res trāſactionib⁹ potius q̄ armis finiant⁹. Inſtitutis iterū tractatib⁹, multo labore terminata cōtrouerſia eſt, cum detrimēto, ut ciues putauere, ſuo: q̄q̄ hocipſum de ſua parte comites quoqꝫ quererent⁹. Sic rerū depoſcit neceſſitas, ut utriuſqꝫ partis detrimēto iungātur diſſidētes. Quo tempore, per mediā ferme æſtatem circa feſtū Magdalenę, tanta facta eſt aquarū inundatio, de montibus, decqꝫ fluminibus undiqꝫ intumeſcentib⁹: ut crederentur aperte iterum cœli cataractę, aut de occultis cuniculis ebulire fontes aquarum. Viſurgus præcipue hanc ſumpſit increſcentiam ſine modo: Pons deijcitur ad Myndam per maiorem eccleſiā ad forum uſqꝫ aquę aſcendunt: Opidum Lemegow etiam montibus diſcluſum a flumine, ne muris potuit undas excludere: Rapti uiri & mulieres perierunt, paruuli uagiētes, dom⁹ rurales innatare undis cernebantur: & in domatibus homines, galli, murelegi: Mirum & miſerandum per omnia ſpectaculum.

CA. XIX.

Ericus Erici filius dux inferioris Saxonię, cūm patre mortuo teneret gubernacula, creditus eſt conniuere prędatoribus, & per uias publicas inſidiantibus: merces enim currib⁹ prouectę inter urbes Lubicam, Hāburgū, ac Luneburgū crebri⁹ incurſiones pertulere.

Capta inde plurima ad ſocietatē uſq; latrocinātium: mercatores, ſi ſua tuerentur, cęſi. Ea res, cum in caput Erici ab omnib⁹ inculpatū intentaretur, Albertus fratruelis eius, interpellatus ab urbium rectoribus, oſtendit ſibi non placere fratruelis infamiam: Videtis, inquit, uires meas: ſi arma ueſtra iunxeritis, efficiā: ut cuiuis facile perſpicuū fiat latrocinia publica & itinerum turbationes non placere. Emiſere, quę poterāt, arma ciuitates: Albertus iunctus omnes ductabat: Itum eſt in terrā Erici memorati: ultrice flāma & gladio uindicatę ſunt, ſed in pauperes maiorē improbitates: munitiones aūt & recœptacula uiolētorē deięcere: Captos prędones, ut repererunt, in proximas appenderūt arbores. Sed inuidit fortuna urbib⁹ ſenſatum principē e uicino: nam proxima quadrageſima idem uita exceſſit, anno ſalutis, quarto & quadrageſimo poſt milletrecētos. Operęprecium eſt agnoſcere quis ille fuerit Albert⁹, & quē fratruelē ſit perſequut⁹ Ericum: cuius rei occaſione rememorāda eſt linea ducū Saxonię ſupra proximo libro attacta, ſed non ſatis explicata. Bernhardus fili⁹ Alberti marchionis de Brādenburgo, comitis q̄q; de Berneborg, & Anehold, ſtipes eſt & origo ducum Saxonię: quē. I. Fridericus Imperator: q̄ materno genere tangeret lineā antiquorē Saxonię ducū, & nouiſſimi Magni, ducē creauit, ex cuius filia natus eſt Albertus pater eius. Brunſwickcēſes aūt annales, hūc Bernhardū, ſi dīs placet, nolunt agnoſcere: q̄ deſtitutionem ſui principis Henrici Leonis patiēter non agnoſcūt: cum tamē in omnibus cōuentib⁹ Imperij, & in cūctis maioribus Germanię rebus, iſte Bernhardus memoratur dux Saxonię, & uidit Ottonē Leonis filiū in Imperio, illiq; adhęſit in finem. Durauit aūt ad annū Chriſti undecimū poſt milleducētos: Hic primus inuexit inſignia de lignis ſtratorīs, nigro fuluoq; uariatis: interdicente crinali ruteo, quę arma nūq̄ antea agnouit Saxonia: quę tenuit ex Wedekindo equinū pullū candidū: quē illi Karolus Magnus pro nigro cōmutauit. Sed poſtq̄ Henricus Leo deſtitutus eſt ex Saxonia, ex Anglia cum rediret, fuluos leones duos in clypeo pręferebat: equinū pullū trāſſerens in conum galeę. Vetera aūt orientalis Saxonię arma, fuere tres ſemicirculi, cum aliquātis intus angulis circulorē rubri. Iſte aūt Bernhard⁹ ſtipes Saxonię principū nou⁹, reliquit Albertū filiū poſt ſe ducē Saxoniæ: a quo incipiūt numerare annales Brūſwickcēſes, mēdoſe aſſerētes, Albertū eſſe Hērici comitis de Anehold filiū, cum reuera fuerit ei⁹ frater, ſed ętate minor. Tanta enim fuit cōflictatio de ducatu Saxonię per Hērici Leonis poſteritatē: ut mallet Hēric⁹ ſenior quietū comitatū, q̄ pturbatū ducatū: & erat ab initio inſtituti Bernhardi ducatus iſte maior nomine q̄ ipſa re. Nam potiores eius ducat⁹ partes, Henric⁹ Leo ſibi retinuit, materni generis ſucceſſione, q̄ eſſet natus matre, quę filia erat Luderi ducis Saxoniæ, poſtea imperantis. Hic Albertus Bernhardo patri deficiēti, ad annū decimum poſt milleducētos ſucceſſit, & filiū reliquit Albertū, elector, electorem: qui Albertus ſecūdus peruenit ad undecimū poſt milletrecētos: qua uitę longeuitate multis poſteris ſuis filīs, nepotibus, pronepotib⁹, etiā abnepotibus, fuit ſuperſtes: ut ſi fides ſit annalibus Brunſwickcenſiū, primus

Rodulphus, ſecundi Alberti trinepos, fuerit poſt illum princeps elector: quia dignitatem uiuētis Alberti nemo potuit illo uiuente cōtingere: ergo ſecūdus Albert⁹, qui genuit Rodulphū & Ottonē filios, illis fuit ſupſtes: Rodulphus genuit Iohānem, & ille ſecūdum Iohannē, & iſte tertiū cum Alberto fratre: Albert⁹ genuit Rodulphū: qui primus poſt ſecundū Albertum, tranſcenſis medijs fuerit princeps elector: qui ad euectionē Ludouici, & Friderici, in diſcordia electorū fuerit aduocat⁹: cū inter Ericū tertij Iohānis filiū, & hūc Rodulphū de iure eligēdi cōtenderet, & alter Ludouico, alter ſuffragiū dederit Friderico. Poſtea tn̄ in linea Rodulphi pmanſit electura, donec trafferretur in Miſnēſes, ad iniuriā uere ſtirpis Saxoniæ. Potuit aūt Albertus uiuēdo attingere ætatē Rodulphi hui⁹: cuius pater ſexageſimū poſt ducentos, ipſe facile undecimum poſt trecentos attigerit: ut Alberti ſecundi filius Rodulphus annorū uigintiquinq; genuerit Iohannem primū & peruenerit ad annū Chriſti ſeptuageſimū poſt milleducētos: primus Iohānes genuerit. II. ſimili ætate qua pater, & peruenerit ad annū octuageſimū: & iterum ille. III. genuerit Iohannem cum Alberto fratre: quor; utercq; uel alter pertigerit ad trecenteſimū poſt mille: mortuus Albert⁹ ille, Iohānis frater, anno decimo ſuperſtitē reliquerit Albertum abauū: qui undecimo demum anno ſit mortuus, ut ferunt annales, & ideo ad neminē præcedētium peruenit dignitas electiua. Primus ergo Rodulphus, huius tertij Alberti filius fit elector: cum quo tamen cōcurrens fratruelis Ericus contenderat. Hæc idcirco, ut oſtenderē fieri potuiſſe, ut inter Albertū ſecundū, Rodulphū trinepotē: nullus fuerit medi⁹ elector. Q; ſi omnino peruincere cōtendens, non tot nepotib⁹ potuiſſe fieri ſuperſtitem Albertum, fieri & illud potuit: ut quoniā a quinquageſimo ad pene centeſimū, ſoli archiepiſcopi de regib⁹ cōſtituerunt, non euocatis principibus ſecularib⁹, neminē inter duos Saxoniæ elegiſſe ante Rodulphū: & ideo nulli poſt Albertum ſecūdum eſſe ante Rodulphū attributā eam dignitatem. Dabis ueniam candide lector curioſitati ſcrutantis, ſi uerboſior, ac debuit, erat.

CA. XX.

Ecdum tamē cōpertum eſt, quod quærebat quis fuerit Albertus a Lubicenſibus hac ætate aduerſus Ericum imploratus. Progrediendum nobis in enumeratione ſtirpis huius. Ericus prim⁹ Iohannis tertij filius, qui circa annum decimmtertiū poſt milletrecētos elegit cum Rodulpho in differētia, reliquit filios Ericum, & Albertum: qui proculdubio tāgunt hanc ætatem. Potuit ergo inuocari Albertus contra Ericum fratrē, non fratruelē: ut ſit erratū in uocabulo, quod pro eo habet ueri ſimilitudinem, q; ambo habitauerunt ad Albim inferioris Saxoniæ: Nam Saxoniæ ſuperioris ducē, quomodo longinquū inuocarēt Lubicenſes? Teſtanturq; annales noſtri, Alberto ſine filijs morienti ad annū quadrageſimumquartū ſucceſſiſſe fratrē Ericū ei⁹ nominis ſecundū: q̄q̄ ſit & alius Albertus huius Erici fratruelis in linea Rodulphi. Quā quia lineam ſumus proſequuti, ad finē exequamur. Rodulphus prim⁹ poſt ſecundum Albertum elector, genuit Rodulphū & Ottonē. Rodulphus ſenior aſſe-

quitur post patrẽ dignitatẽ. Otto memoratꝰ in Louenborg habitasse: ubi ergo erat dominiũ Erici & Alberti filiorũ Erici primi? Hic Otto genuit Albertũ: qui si inuocatꝰ sit in Ericũ fratruelẽ: quero unde sit euocatꝰ? ubi habitauerit? Perãgustã fuisse per multitudinẽ principũ cuiusqꝫ ditionẽ est ueresimile. Ille Albertus quoqꝫ trãsiuit sine prole. Lineas ergo Rodulphi & Erici exequamur. Rodulphus. II. elector, electoris filiꝰ, genuit Wẽtzlaum, & Wilhelmũ: Wilhelmus sine prole excessit. Wentzlaus elector genuit Rodulphũ, Wentzlaũ, Ericum, Albertũ. Rodulphus maior natu elector, genuit Rodulphũ, Wentzlaũ, ante patrem mortuos. Wentzlaus quoqꝫ & Ericus fratres Rodulphi ante illum moriũtur: & ideo peruenit electiua dignitas ad Albertum fratrẽ a quo moriẽte sine prole, trãsfertur per Sigismundũ in nepotes suos Misnenses, pręteritis legitimis successoribus: quod hodie quoqꝫ quærunt. Ericꝰ secũdus genuit Ericum tertiũ: & ille Bernhardũ, Ericum, Albertũ, Magnum: qui episcopus primũ Caminensis, deinde Hildesemensis erat. Bernhardus genuit Iohãnem hodie superstitem: qui genuit Ericum, Bernhardũ, ecclesiasticos, Colonienses canonicos: Magnũ, qui nũc gubernat: Iohãnem, & Rodulphũ. Hæc de Brunswickcensiũ annaliũ descriptione sumpta sunt: si quid, uel obscurũ, aut dubiũ, aut falsum habẽt, fides referatꝰ in authores. Cęterũ posteri curẽt, quę inuenerint, ab alijs e rudẽtibꝰ purgata, reddere purgatiora. XXI.

Eddamus & Brunswickcẽsibus ducibꝰ illã diligentiã cum honore suo ut lineã eorꝝ exequamur. Henricꝰ Leo, author generis, reliquit filios Ottonẽ. IIII. Imperatorẽ sine prole: Hẽricum Palatinum, sine mascula prole decedẽtes, & Wilhelmũ, qui reliquit Ottonẽ filium, spem generis: qui, ut diximus, sub Friderico. II. primus obtinuit titulum ducatꝰ: ut cum posteris diceretur dux Brunswickcẽsis. Otto reliquit filios quatuor, Ottonẽ Hildesemẽsem, Conradum Verdensem, episcopos, Albertum, & Iohãnem: qui retento indiuiso titulo: ut ambo cum posteris duces Brunswickcẽses & Luneburgẽses dicerẽtur, diuiserunt tantũ ditionem: ut Albertus Brunswicum, cum suis pertinẽtijs: Iohãnes Luneburgensem ducatum administraret. Hic Iohannes reliquit filium Ottonem, & ille subinde filios Iohannem Myndẽsem, Ludouicum Magdeburgensem episcopos: Ottonem, & Wilhelmum: quibus sine uirili prole deficientibus, redijt terra ad Brunswickcenses: Magnum uidelicet, qui cognominatus est de Zãgerhusen. eo qꝺ in dotem accœperit marchionatum de Landesberg, & aliq̃diu habitauerit in Zangerhusen, eius dominij pręcipuam arcẽ. Albertus Brunswickcensis dux: qui pro magnitudine rerꝝ gestarum cognominatus est Magnus, reliquit filios Albertum, Henricum, Wilhelmũ: qui primi diuiserũt ducatũ in tria mẽbra: ut Henricus senior acciperet Trãssiluanũ ducatũ in Embica, & Grubẽhagen: Albertus Gottingensem ditionẽ: & Wilhelmꝰ iunior Brunswicum, cum pertinẽtijs suis. Moriente Wilhelmo in adulescentia, immo pene impubere, Albertus & Hẽricus fratres de Brunswico cõtenderãt: sed, quod supra ostendimꝰ, Albertus obtinuit. Henricꝰ dux in Trãssiluanis cognominatꝰ Mirabilis, re-

liquit filios Henricũ & Ernestum. Henricus genuit Ottonẽ: qui militans in Italia, peruenit ad nuptias Iohãnę reginę Neapolitanę: & Baltasarem, qui sequut⁹ est fratrem in Italiã, & ibi defęcit, ambo sine prole. Melchior horum frater factus est episcopus Zwerinensis. Ita defęcit linea Henrici. Ernestus frater genuit Albertũ & Fridericũ. Fridericus genuit Ottonem sine prole decedẽtem: Albertus genuit Ericum: Ericus genuit Henricũ, & Albertum. Henricus genuit Henricum: & ibi quiescit hodie linea. Albertus genuit Iudocũ, Philippũ, Ericum, Ernestũ. Hęc est successio Henrici Mirabilis. Albert⁹ Pinguis eius frater, Brũswici, & Gottingen dux, genuit Iohãnẽ magistrũ in Prussia ordinis Theutonicorũ: Albertũ Halberstadẽsem, & Hẽricũ Hildesemensem episcopos: insuper Ottonẽ, Ernestũ, & Magnũ. Otto dict⁹ Larg⁹ sine ꝓle trãsijt: Ernest⁹ genuit Ottonẽ: Otto genuit Wilhelmũ, in puericia deficiẽtẽ, Ottonẽ monoculũ: qui sine prole defęcit. Magn⁹ aũt propagator est generis: nã ex eo descẽderũt duces qui hodie rebus pręsunt. Is Magnus cum duxisset unicã marchionis de Landesberg filiam, cum ea cõiuge accœpit in dotẽ principatũ: Cuius temporibus, moriẽte Wilhelmo, ultimo eius lineę duce Luneburgẽsi: ab eo designatus est successor in illo principatu: Vnde est hodie querimonia ducũ Transsiluanorũ: ꝙ uel in partẽ uocari debuerint eius ditionis, cum fuerint in gradu pares, ambo in tertio. Magnus genuit Albertũ archiepiscopum Bremensem: Ludouicũ, qui peruenit ad ducatum Luneburgẽsem, nõ diu superstes: Conradum, qui mortuus est in Italia: & Magnũ, qui posteritatem auxit: quiꝙ ducatũ Luneburgẽsem aliq̃diu tenuit: sed inde abact⁹ est ut suo loco dicem⁹. Is Magnus genuit Ottonẽ Bremẽsem archiepiscopũ: Fridericum, qui cęsus est iuxta Frislariã, Bernhardũ, & Henricũ: qui soli posteros reliquere. Nam Bernhardus in ditione Brunswickcẽsi reliquit filios, Fridericũ & Ottonẽ: qui cum fratruelib⁹ fęcere ditionũ suarũ permutationem, ut acciperent Luneburgẽsem pro Bruuswickcẽsi. Otto sine ꝓle moritur: Frideric⁹ reliquit Bernhardũ, & Ottonẽ: Bernhardus transit sine prole. Otto reliquit Hẽricũ nũcregentẽ, qui iam habet paruulos suos. Henricus Bernhardi frater genuit Henricũ, & Wilhelmũ. Henric⁹ obijt sine prole: Wilhelmus reliquit Fridericũ & Wilhelmum: Frideric⁹ transit sine prole. Wilhelmus hodie superstes habet filios Henricũ, & Ericũ: qui patriã ditionẽ diuisere, patre paucis cõtento. Henricus Brunswickcensem, Ericus Gottingẽsem administrãt ducatus. Henric⁹ iam numerosa prole gaudet. Maior natu Christopher⁹ adiutor est ecclesiæ Bremẽsis. Spe certa successor. Ericus necdũ spem posuit nasciturę sibi posteritatis.

XXII.

Nnus erat quadragesimus octau⁹ post milletrecẽtos, cum principes a
pes instituere apud Ludouicũ Imperatorẽ, ut cõuentum indiceret in Franckfordia principũ: specie quidẽ ut pacaret archiepiscopũ Moguntinũ, dissidentẽ a patruele eius: re aũt uera, ut legitime cõuocati, destituto Ludouico, aliũ sibi regem deligerent. Initio quidẽ latebat Imperatorem principũ in se cõspiratio: Fęcit quod uoluere: Cõuocauit principes: Ipse aderat cũ trib⁹ filijs, Ludouico marchione, Wilhelmo, Romulo.

Rodulphus dux Saxonię Wilhelm⁹ marchio Miſnẽſis, Gũter⁹ Lãdgrauius Turingię aduenerant. Paulatim innotuit Imperatori, & circũſpectãs quid faceret, arma quãta potuit, cõtraxit. Reſcierat interea Bohœm⁹ inſidiator coronę, prodiſſe cõſilium cõſpirationis, Imperatoricę patuiſſe, non aduenit: Sed in Bunnã cõcedens, ibicę quos poterat electores cõuocans, effecit, ut eligeretur rex nou⁹ Wentzla⁹ Morauię marchio, Iohannis Bohœmię regis filius. Viuebat in corde Iohãnis uulnus, & recruduit obducta cicatrix, de abducta filij cõiuge: Ideo quanta potuit machinabatur ad humiliãdũ Imperatoris Ludouici domũ. Quo tẽpore dux Saxonię Eric⁹ arcem Linow de manu militariũ, qui tenuere, redęmit: quia ſermo erat in ore omniũ inde fieri excurſiones & latrocinia. Illi accœpta pecunia, terrã paluſtrem in Darſing ſunt mercati: ubi ueterẽ quęſtũ inſtituẽtes, a dominis Magnopolẽſibus, & duce Luneburgẽſe Ottone, propulſi ſunt & effugati de terra. Ludouicus aũt Imperator, cum ad mẽſam haberet burgrauium de Nurenberga, qui illũ comiter ſolebat adire, ſenſit ex more uenęni pũctiones: quod ei, ut ferunt, non tum primũ accidit: Crebri⁹ enim hac arte tentatus, ad uomitum ſe prouocãs euaſit periculũ: Sed tum uomitus prodeſſe non poterat, ſuperãte ui toxici: Ad uenationẽ cõſurgit, ut agitato & incaleſcẽte corpore, uenenũ ſuperaret. Ibi cum urſum ſequeret fugientem, equo delapſus, grauiter leſo corpore, peruenit ad extrema: Cõpunctus tamen corde, breui efflauit ſpiritum, regio faſtigio tumulatus eſt in Monaco.

CA. XXIIII.

Enricus interim Holſatię comes, uir ad arma natus: poſtq̃ in Dahnia martẽ fatigauit, peruenit in Sueciã: ibicę diu regi militauit ut etiã arces in eo regno mereret: Calmeren uocant fortalitiũ quod à rege tenebat. Phinni rebellionẽ regi ſuo oſtenderũt: Mittitur Henric⁹ à rege ad gentẽ edomãdam: Tranſierat ille cum exercitu locũ Waſteen, ubi tum claruit domina Birgitta, opinione ſanctitatis, etiã uiuẽs iam celebris: ſpiritu prophetię multis multa prenũciãs. Cõmouetur Henric⁹ adire ſanctam fœminã, & belli exitũ perſcrutari: Non recuſauit. ubi uenit in cõſpectũ, interpellata reſpõdit humiliter. Si uis, inquit, terrã arbitrio tuo ſubijcere, inermis ingredere. Potuit ſpiritu cõmonita intelligere, q̃ mãſuetudine populus facile flecteret: necę tamẽ negauit id armis fieri poſſe. Henric⁹ cõuerſus ad circũſtãtes ſuos: Hęc, inquit, mulier hui⁹ eſt nationis: nihil ad eam pertinebit ſi pereamus: arma quę ferim⁹, uertamus in hoſtes: Ita contempto ei⁹ cõſilio proficiſcitur: armis gentẽ ſubęgit, & in pace reuertitur: Audit iamdudũ grauiſſimũ eſſe bellũ inter reges Anglię atcę Francię: q̃ mortuo ſine prole maſcula, rege Frãciæ, proxim⁹ ſanguine agnat⁹, coronã occuparet: quã rex Anglię cõiugem tenẽs filiã defuncti regis, ſibi putauit deferendũ. Henric⁹ comes pro robore & inuicta uirtute Ferreus cœptus dici, eo cõtendit, regicę Anglię Eduardo militauit. Grauiſſimũ tum immi nebat pręliũ, cui ambo reges aderant. Regẽ aũt Frãcię ſequebãtur, Iohannes Bohœmię licet iam cęc⁹, Petr⁹ Nauarrę, & Biſanti⁹ Maioricarę reges. Cruẽtus diu mars uolitabat. Cęſus Iohãnes rex Bohœmię, qui ubi fortũ

nam ſuę partis audierat inclinare, ductorem ſuū interpellat, ut ſe eo dirigę ret, quo cōfertiſſimi hoſtes pugnarent: ibiq; fortiſſime pugnans cecidit. Adolphus dux Lotharingię, Ludouicus comes Flandrię, una interierūt: Rex ipſe Francię captus, per manū, ut ferunt Henrici comitis Holſatię, qui copias ductabat, ad Eduardū protrahit: Sed Frāci regē ſuū captū negāt: alioqui bello finis eſſet, quod multa deinde tempora durauit: Fugiſſe fatentur. Alij regem Bohœmię Iohānem duabus catenis aureis, quas collo gerebat, ab Henrico captū, extractumq; acie ferūt: Sed inuidiſſe Anglos glorię fortis uiri, in manibus Henrici regē ferūt extinxiſſe. Hoc tamē certum eſt: Hēricū Holſatū, eam in prælio nauaſſe cum ſuis militib⁹ operā, ut regi Anglię in reliquū percharus eſſet: accœptis ab eo literis, ut Hēricus cum omni poſteritate, annuas acciperet a rege quadringētos aureos maiores (Nabulos uocāt) ſi modo per ſingulos annos ille, ſuiq;, regi ſua prę ſentarēt obſequia. Hoc enim tempore cōpertum eſt, noſtra ętate, Henrici Ferrei ſucceſſores prętendiſſe literas, & intercedēte tranſactione, inde diu cōtrouerſiam continuatā expiraſſe. Multa ſunt apud Anglos, de uirtute, fide, cōſtantia, hui⁹ uiri rebus geſtis, prędara teſtimonia: quor; quędam commemoratione digna ſubnectemus. CA. XXIIII.

Enric⁹, cognomēto Ferre⁹, comes Holſatię, q̄diu regi Anglię militaret, regi pro uirtute ſemper fuit cōmendatiſſimus. Vrebat id h Anglicorum alioqui inuidę gentis oculos: q; alienigena charior eſſet regi indigenis. Inſidijs perinde ſępe expetit⁹, ut ſubuerteret, ſed euaſit per induſtriam: nam circūſpectio ſingularis, & militare robur, & deus innocentię & fidei amator, illum eripuere malis. Iniuriā faciētes Anglici, primi uenerūt ad querimoniā apud regem: ſed ille ſuę gentis morem non ignorās, occluſas aures habuit accuſationib⁹ Hērici. Aberat Eduard⁹ aliq̄diu, & in arce manebat Hēric⁹, ubi erat & regina: Delatores reginę ſuggerebant: hūc, inquiūt, Saxonē Theutonicū rex multis prętulit nobilibus Anglicis, quē quis credat eſſe nobilē, tam longe ſeruientē? Suggerūt mulieri, ut de leone periculū faciat, quē rex tenebat incluſum: Ferunt beſtiam internoſcere nobilē ſanguinē a degeneri. Solebat Henricus ante lucē auras captare, & intra arcē obambulans, ſcrutari portar; clauſtra: id ſcientes Angli, uoluntate reginę leonē noctu laxant, ut Henricū ignobilē ante lucem laceret. Ille de more, ſola ſuper nudo diſcinctus talari, balteū cum gladio collo appenderat: deſcendēſq; gradu cum nihil timeret, obuiū habuit leonem, rugientē, frementēq;. Ille interritus: Quieſce, inquit, quieſce ferox canis. Ad durius hoc uerbū leo pedibus eius proſternit. Mirantur qui de latibulis proſpexere: leonē reduxit in caueā. Ferūt alij ſtantē aliqn̄ ad cancellos leonis cū Anglicis Henricū, dixiſſe: Si quis inter uos eſt nobilis, imitet faciens, q̄d facio. Ingreſſus ferociori ex omnib⁹ Leoni crinale ſuo capiti detractū impoſuit, & exiuit nihil reſpectās: Stupuit leo immobilis. Tum cōuerſus ad Anglicos: ſi quis, inquit, fidet ſtēmati ſuo, referat crinale q̄d intuli. Illi rubore perfuſi abierūt: Cui rem ętate noſtra ſimilem aiūt contigiſſe in curia Matthiæ regis Vngarię. Erat Polon⁹ regi militans, uiribus

insolens,& qui iactãter sępe Vngaros ad luctã,ad pugnã, ad hastam euo caret,multosq; sępe uicisset: Sed iactãtia illum fęcit odiosum. Stabat in ferratis clausțris immanis leo. Quis est,inquit Polon⁹, qui famelico leoni ausit carnẽ auferre,quã ore cõprehenderit? Cum nemo pręsumeret: cernetis inquit quod dico. Illi fame per diẽ excruciãt leonẽ: postera die ouem proiiciunt quadripartitã:leo immurmurat apprehẽsę carni incubãs: Polonus ingreditur,& leonẽ iam uorantẽ,diuaricatis crurib⁹ inclusum,pugno ferit in os,dicẽs. Offam dimitte canis. Vocem intrepidã leo exhorruit: exeuntemq; uisu solo sequit: Audax facin⁹,cũ ad regẽ perferret,non probauit: euocatũq; Polonũ pro more donatũ,domo sua iussit excedere: ut qui uenalẽ ita uitã circũferret,non necessario,se ad solã iactãtiã obiiciẽs periculo quid non ausurũ proposito premio? Phisici tradũt leonẽ feram nullius nisi impauidi hominis uocẽ cõtremiscere: Sed Henric⁹ comes inuisum se tot insidijs peti cernẽs,regẽ adijt: Pro fide & labore plurimo rex inclyte,inqt non me exigendũ canib⁹ domo tua sperabam: sed quando ea Anglorũ in me,quã cerno,siniștra affectio, cedendũ est. Rex illũ magnis cõditionib⁹ detinere conat⁹,nihil profecit: abeuntẽ magno donat auro: additis literis de quibus diximus: quas alij probabili⁹ ad summã aureorum centum maiorum ferunt fuisse.

CA. XXV.

Icolaus aũt Hẽrici german⁹ frater domi sedẽs,dum ille peregrinatur, in fide continere curat omnia: pręsertim ea, quę sub coronæ Danię fratres tenebãt, Arcẽ Hakesow in Fionia Henrico de Aleuelde cõmendauit: Arces aũt,quas in Iutia tenebat,cuidã eius gẽtis militi(Vitulum sua lingua Dani uocitarũt) permisit. Nam ille se comiti sacramentis alligauit,duas arces,quas tenebat,comiti se seruaturũ. Comes plurimum illi habẽs fidei, tertiã quoq; illi cõmendauit. Sed cum interim rex Waldemarus ętate procederet,cõualescereteq;, arces regni paulatim tentauit recipere: iure,an iniuria,parũ pensitabat. Tentat⁹ a rege miles Calff, facile trãsiuit a comite ad regẽ,oblitus decoris & iurisiurãdi: Cuius factũ ipse rex dignũ risu putauit,dicens circũstantibus: Bon⁹ uitulus boui comparandus: cum duob⁹ arcib⁹ abibat,trib⁹ prędit⁹ reuertitur. Quo etiam tempore arcẽ Dorning tenebat dña quędã hęreditario iure, iam uidua: Nupsit autẽ uiro forti de Holsatia, Nicolao Leembeken militi: qui cũ ex more prędia dotalia circuiret inuisens subditos, cõtemptũ se a Danis uir Theutonicus deprehẽdit: Id cum renũciaret uxori,illa respondet. Fœmina ego sum,mẽsalia possum apparare,& epulis instrare: tuũ est adducere, qui mẽsas cõpleant, & exaturati faciãt quæ iubeãtur. Intelligens uir prudens,quid mulier moneret, familiam ex Holsatis ampliauit,longo deinde ordine famulorũ incedens,ut a rusticis cõtemni non posset. Hũc uirũ magnis opibus prędituũ usus est rex suspectũ habere: Iussit gressus illius obseruari in eius perniciẽ. Rex aliqñ iuramẽto fidelitatis, q̃ in Iutia habitaret uirũ uolebat adigere: Ille se dominis suis comitibus astrictũ asseuerabat. Vbi rex uehemẽti⁹ urgebat: sibi quoq; iusiurãdum pręstari, q̃ in suo habitaret. Circũspiciẽs Nicolaus, cum se satis tutũ amicis uideret: Quan-

do,inquit,rex iuramẽtum depoſcit, iuro me nunq̃ regi futurũ fidelẽ. Rex ad hęc ſtatim: Verũ,inquit,& indubitabile nobis iuraſti. Sed inſedit alti⁹ regio cordi, quod tum diſſimulãter cum riſu uidebatur excipere. Extabat cauſa quã rex prętenderat: ut ſalua fide publica, ſe militẽ ſequi iuberet in arcem Werdingborg. Ille nauim perarmãs nihil dubitauit fidẽ regiã ſequi. Iam arcẽ petitur⁹, a quodã obuio aduleſcente, cui res ſuboleuit, quæ pararetur, monetur, ut uitę ſuæ caueat: pene eſſe illum in caſſibus. Ille non cõtemnens, retro in nauim redit: nec reuocat⁹ ſuaderi poterat, ut fideret. Hic eſt ille qui cum regẽ terrere uellet, aliquãto poſt tempore in aurẽ ſurrat epiſcopo, quẽ ſciebat non taciturũ: Eſt, inquit, ſecretũ, quod perfero quod omni fide oro etiã atq; etiã, ut cęletur. Et cum attonitũ fæciſſet epiſcopum ait: Regem toxico petunt multi: ſed rogo, ne quouis pacto ſecretum exeat. Ille tacuit donec ad regẽ ueniret. Rex ſibi timens, diu regnum exĩt peregrinat⁹: quod in Dania cõmemorauimus.

XXVI.

Arolus interea eius nominis .IIII. antea dictus Wentzlaus, filius Iohãnis regis Bohœmię, nepos Henrici Imperatoris. VII. electus eſt rex Romanor; paulo ante mortẽ Ludouici: annitẽte Iohanne eius patre, & Balduino, magno eius patruo, archiepiſcopo Treuerenſi, qui frater erat Hẽrici Imperatoris memorati. Cum in eam rem Gerlacus Moguntinus, & Henricus Coloniẽſis archiepiſcopi, & Rodulphus dux Saxonię anniterent: papa hanc electionẽ non cũctanter approbauit: q; aduerſaretur Ludouico Bauaro ſibi reluctanti. Iohãnes quoq; rex Bohœmię pater eius, ſua uoce filĩ iura roborauit: q̃uis contendant nonnulli Bohœmię regi eligendi ius non eſſe, niſi paribus inuicẽ uocib⁹ cęteri diſſideant. Ego facile adducor, ut credã, ante Karoli .IIII. tẽpora, nihil iuris fuiſſe Bohœmo in electione regis. Sed hic Karolus iam Imperator factus bulla deſuper edita, declarauit Bohœmię regẽ, primã inter ſęculares principes uocẽ habere. Ferũt tamẽ multis largitionibus effectũ, ut ea fieret electio, (Neq; enim pater, neq; filius, profuſionibus pepercere, quomin⁹ ad optata peruenirent) Sed comes Palatinus Reni, cum illã electionẽ improbaret, uocatis ad electionẽ nouã cunctis electoribus, & nullo archiepiſcoporum cõparente: cum nec Bohœmiæ rex, nec dux Saxonię Rodulphus adeſſe curarent: ipſe Palatin⁹, euocato Ludouico marchione Brandẽburgenſi, & Erico duce inferioris Saxonię elegerunt hi tres, Gunterũ comitẽ de Zuartzenborg regẽ Ro. Gunterus aũt quanta maxima potuit manu militari cõtracta, Franckfordiã petit: ſed urbe excluditur, q; dicerẽt ciues, ante hominum memoriã hoc ſe priuilegio cõmunitos, regẽ diſcordia electum, qui cõpetitorẽ patiatur, non ante admittere in urbẽ, priuſq̃ nouem ſeptimanis obſidione perurgeat: ut per hoc tẽpus digladientur inter ſe reges, & ſuperior, uel iure, uel gladio factus, in urbẽ ſuſcipiatur. Tentauere multi cõcordiam: & rem omnis cõtrouerſię tractatibus intercœpere: Sed Gunterus non ſinit, iure, & gladio, ſe ſperans proſecturum: Nec tamẽ Karolus in eũ duxit. Alio aũt telo, cũ ſe petitũ ſenſiſſet, toxicũ uidelicet accœpiſſe, admiſit, qui de pace agerent: Pactus multã a Karolo pecuniam, ſibi

aut hęredibus ſoluẽdã, a iure ſuo reſilijt, & in Karolũ tranſſudit, ipſumq; regem conſalutauit: nec diu poſt uiuendi finẽ fęcit. Karolus aũt omnium primum Palatinum Reni ſibi duxit cõciliãdum, accœpta eius filia uxore. Cunq; nec in Saxoniam, nec in Bohœmiam ſecurus propter marchionis potentiam ire poſſe uideretur, ſubmiſſis amicis, colloquium depoſcit cum Ludouico: Conſtitutus eſt locus in Iſenaco Turingię opido: Ibi ſoli duo in quodã fratrũ prędicatorũ cõclaui incluſi, per horas ſex tractauere, nemine quid ageretur ſciente: Sed exit⁹ declarauit. Nam Ludouic⁹ Karolum cõſalutauit regẽ, & ab ipſo Bauarię, & Carinthię ducat⁹, marchionatuſq; Brandenburgenſis feudũ accœpit: Remiſitq; rex illatã iniuriam de abducta cõiuge: Ludouicoq; permiſit habendã Margaretã. Quo ordine magni per Germaniam motus cõquieuere.

CA. XXVII.

Rat aũt quadrageſimuſnonus poſt milletrecentos, cum Karolus
e aditus a dominis Magnopolenſib⁹, Alberto, & Iohãne, duces illos creauit. Quo tempore Waldemarus Danię rex, de Lalandia exturbare uolẽs Holſatos, obſedit Werdingborg. Iohãnes aũt Wagrię comes eo contendit nauigans, ut obſidionẽ ſolueret: & diu colluctati, per Magnum Suecię regem in has cõditiones cõpoſiti cõſentiũt: ut Iohãnes comes acecœpta pecunia, in ſumma octo milliũ marcharũ argẽti, regi permitteret Lalandiã. Adulterinus tum Waldemarus marchio uigebat, quẽ Albertus Magnopolenſis iam dux defenſitabat: Quapropter in gratiã Ludouici marchionis rex Danię inſulã Pole Magnopoli ſubięctã, uaſtauit. Sed Albert⁹ Wiſmaria mouens, facile coęgit in ſua redire: nec tamen mox rediit. Nam audiuit in Holſatia rem geri, inter Henricũ comitem, & quoſdam de Hũmesbuttel militares. Querimonias multas comes accœpit, latrocinia & deprędationes publicorũ itinerũ fieri, per excurſiones de præſidio Hogenſtegen: Quocirca comes auctus uiribus ciuitatũ, oppugnauit fortalitiũ. Rex aũt, cũ militaribus illis iam pene deficientib⁹ immittere cuperet auxilia, nec poſſet, obſidionẽ etiã ſoluere in terram tranſgreſſus non ſatis fidebat: propter q̃d, immiſſis oratoribus, rem cœpit cõpoſitione qualicunq; terminare. Tractatum & conuentum eſt, ut militaris ille primarius, dñs fortalicij, accœptis a comite quinq; marcharũ millib⁹, terra excederet, comiti omnia ſua relinqueret prędia, pręſidiũ deijceret, ſoloq; equaretur: quę omnia ordine quo dicta ſunt implentur. Sed tum cõſpirarunt de militia plures, indigne ferẽtes, q̃ per comites eijcerentur alter poſt alterum: adeoq; cœpit rebellio ingraueſcere, ut cõfiderent comitibus dominis ſuis exaduerſo ſatis futuros. Vrbes aũt uicinę Lubica & Hamburgum cernentes, laborare comites, q̃ publica itinera cuperẽt eſſe innoxia, deſerendos non putabant, ſed immiſere illis ſua ſponte auxilia. Vnũ enim ſenſerant in hac re, Iohannes Wagriæ, & Henricus cũ Nicolao fratre prędidentes Holſatię. Arcẽ Reynoldesborg tenebat Marquard⁹ Weſtẽzee primipilarius rebellantiũ. Cœpta eſt obſideri a comitib⁹, & auxilijs eorũ, & expugnabatur. Lakenzee uocant fortalitiũ, quod ſimiliter expugnat, Woltorp prędiũ aggreſſi, facile deięcerũt. Iohãnes aũt comes, auctus ar-

mis dictarũ urbiũ, pernicioſiſſimũ latronũ preſidium Linow, ſæpe petitũ, & deiectũ, & in pernicie publicã reſtitutũ, iterũ petit: nec difficulter expugnatũ, terre coequauit. Qui inerãt ad Albertũ ducẽ Magnopolenſem ſe cõtulerunt, queſti deſuper ciues, q̃ publici hoſtes recœptarentur, & in conſpectum Alberto duci ſatis cum cõtumelia obiiciunt: cum etiã ille durius pro tranſfugis reſpondiſſet. Semper, inquiũt, princeps egregie fouiſti innocentiã, dilexiſti iuſticiam, mercatores ire uoluiſti immunes, perſequutus atrociter latrones: nũc auctus honore ducali, mores uertis in deterius, defenſans improbos quos ante inſectabaris. Quibus ille: Cinctus undiq̃ hoſtibus, clauũ clauo retundere cõpellor, ut arceam improbos, improbos admitto. Altius ſedit animo ciuium q̃ putabatur ea reſponſio. Sed tamen breui inter eos rebus ad bonum modũ cõpoſitis, unum ſicut ſemper antea iterum ſentire cœperũt: unanimiterq̃ ſunt inſectati publicorum itinerum inſidiatores: qui maximus ſemper labor fuit, ex die increſcentis Lubicæ mercaturæ.

CA. XXVIII.

Er idẽ tẽpus cũ epũs Halberſtadeñ. aduerſus comites de Regenſteen bellũ ſuſcœpiſſet, inuicẽ ſibi multa (ut fit inter hoſtes) inferre damna: Quod nemo prẽſumpſit, nemo timuit, auſi ſunt comites memorati. Nã aucti uiribꝰ, undecũq̃ cõtractis, nocte ſacra Dñici natalis, cum omnes fideles intenti deuotioni, diuino intereſſent officio, ipſi per occultas, quas nouere uias, ad murũ ciuitatis penetrãtes, aliquot locis perforatum, ingrediũtur: & nihil opinãtibus ſuperueniẽtes, ciues multos capiunt, reſiſtentes cẽdunt, & captiuis quos uoluere extractis, redibãt per anguſtias quibus introierũt. Vrebat epiſcopum cõtumelia, & ſuorum inſigne detrimentũ. Prẽfectum armis habebat uirum fortem, & prẽlio audẽtem: qui multa ſẽpe damna comiti irrogaſſet. Q; ſancte iurabat comes illum ubi caperet, arbori quam proximã cerneret appenſurum. Tum ille: quid ſi legem patiaris quã tuliſti: Non abibat annus. Obuĩ ſibi ẽquis uiribus in campo fuere: congreſſi prẽliantur. Comes ſuperatur. in arborem uolens appendere comitẽ præfẽctus, nullam reperit: Ergo gladio trãſfoſſum, lanceẽ in terrã fixẽ uelut appẽſum alligauit: non iniquo iudicio paſſus ab hoſte, q̃d prior ipſe irrogaturũ ſe pduellioni ſupbꝰ minitabat. Qua ẽtate ducatum Luneburgẽſem tenuere Otto & Wilhelmus, filĩ Ottonis qui cõiugem haberet filiam Ludouici quondã Romani Imperatoris, aut regis. Res in ambiguo eſt. Nam ſunt qui illum negant Imperatorem, q̃ a ſummo pontifice, nec approbatus, nec benedictionẽ aſſequutꝰ ſit, cõtentꝰ accipere coronam, de manu laica, Stephani de Columna, qui tum Romani Imperĩ uicariatum gerere diceretur. Sed Otto cum Wilhelmo, ſancti Michaelis monaſterio, tum in monte ſito, contulerunt centum marcharũ redditus annuos de ſalina, cum ſtolis ad cultum Dei amplificãdum. Nec diu ſuperfuit Otto, decedens, fratri Wilhelmo principatum ſoli reliquit, anno quarto & quinquageſimo poſt milletrecentos. Per quẽ tẽpora, Henricus de Brunſwico dux, Alberti filius contemptor ſuperũ, qui eccleſiaſtici nerui uincula diu diſſimulans tolerauit, eccleſiẽq̃ Hildeſemenſi grauiſ-

simus incubuit: Erat enim in ea electus episcopus. Hoc tamen tempore de mandato Innocentij .VI. a uinculis excõmunicationis absolutus exiuit, non sine scãdalo multorum in ecclesia: qui perinde ecclesiasticę disciplinę neruum cõtemptiorem habituri uidebãtur: cum tot pontificum censuras pertinaciter dissimulatas, pontifex accœpta pecunia, sine pręuia satisfactione laxaret. Ferebantur enim aliquot aureorum millia camerę apostolicæ persoluta. Quo tẽpore etiã Hamburgenses ciues, per annos duo de uigin ti, sacris interdicti, diuina officia resumi uiderunt, quinquagesimo sexto. Causa tanti mali, libertatis ecclesiasticæ minoratio: ꝙ possessiones clerus, tenere in urbe uetaretur. Immiscuere (ut fieri solet) nõnullę iniurię: Cessit capitulum loco: Induruit populus cum plębe. Patres ipsi misere rebus cõponendis ad archiepiscopum Burchardũ, cum pleno mandato consiliares oratores. Cõclusum ibi, cum cõueniret de legibus pacis, deinde missis ad eundem literis ratificationis super omnibus cõcordatis, & tamen inde resilierunt. Extant causarũ registra. Pręualuit in causa clerus: tñ magno detrimento in fine rebus cõpositis, per non magnas personas, in urbẽ redierunt personę capitulares quæ liti superextabant. Hoc est illud tẽpus quo tristis ubiq; regnabat erynnis. Nam & mercatores orientales Brugis in Flandria residere consueti, propter quasdam tunc exortas inter se & opidanos causas, populariter emigrarũt, in Dordracũ Hollandię se cõferẽtes: Sed Flandrenses in urbẽ Lubicam misere oratores, & causa ad plenum liquidata, complanataq;, per quosdã in Flandriã remissos, de Lubica, deq; Turriano Prussię urbe toti⁹ nationis oratores, in Flandriam sunt reducti mercatores.

CA. XXIX.

k Arolus Romam profęctus, a duob⁹ ibi cardinalib⁹ ad hoc missis consecratur. Iam Imperator in plenitudine potestatis euectus cum uideret multa in cõuentu Imperij sine ordine geri, nec satis ad liquidum constitit, quo quisq; more res in cœtu administraret. Reformanda omnia curauit, sibiq; desumpsit: multa cõstituens, quę usq; in hodiernum obseruantur, & aureo sigillo desuper literas decernens, appellari iussit constitutionem Imperialem, Bullam auream: quę qm̃ passim legitur ubiq;, nihil opus putaui huic inserere operi. Sed hũc instituit ordinem: ꝙ in sessione publica Imperatoris, archiepiscopus Treuerẽsis archicãcellari⁹ per Gallias, hoc est omnẽ Imperij prouinciã ultra Renum, quæ olim non parua fuit, & regnũ Arelatense, e diuerso a fronte Imperatoris consideat. Moguntin⁹ aũt in prouincia sua & cancellariatu per Germaniã, a dextris: & item Colonien sis, in prouincia & cancellariatu suo a dextris Imperatoris: & uicissim a sinistris, alter e duobus. Nam ut Moguntinus per Germaniam, sic Colonien sis per Italiam primatũ tenet. Rex Bohœmię a dextris archiepiscopi, & illum sequitur eodem latere Comes palatinus Reni. A sinistris archiepiscopi dux Saxonię, & illi marchio Brandenburgensis. In publicis aũt processionib⁹ eodẽ ordine incedẽt: Treuerẽsis ante Imperatorem, & alij archiepiscopi a latere, iuxta modũ dictum. Rex Bohœmię sine medio sequitur Imperatorẽ. Q; si Imperialia deferentur insignia, dux

Saxonię enſem portans, ſtatim ante Imperatorem, medius inter ipſum & Treuerenſem. A dextris ducis Comeſpalatin⁹ aureum malum. A ſiniſtris marchio cum ſceptro. Nam ducē marſcallum uocant, hoc eſt belli admi-niſtratorem: Palatinū dapiferū: marchionē camerariū. Officia ſua in re-gis coronatione exequentur hoc ordine. In regia uel Imperiali curia, quę de magnificentia regni uel Imperij publice & ſolenniter perageť, primus dux Saxonię marſcallus, plurimam auenam publico loco iubeat effundi: eam iumento ſedens ingreſſus, argenteam menſuram, cum cylindro ſimi-li metallo, ſimul duodecim argenti marcharꝝ in pondere prę ferat: primus auenam menſuret: eam tradat primū uenienti. Abiens dux uicemarſcallo Is eſt ſenior domus de Poppenheym militariū, equū cum menſura & cy-lindro, uſibus eius, & lucro, deputanda relinquat. Marchio deinde came-rarius equo uectus inſigni, iumento deſiliens, lauacrum ex argento duo-decim in pondere marcharum argenti teneat, aquamq; det manibus regis uel Imperatoris. Tollet mox uicecamerarius de Frankenſteen, equum & lauacrum ſuis uſibus. Inde Palatinus dapifer, iumento inuectus, quatuor argenti ſcutellas duodecim marcharꝝ inferat, & iumento deſcendens, prin cipi inclinās anteponat. Magiſter coquinę de Nortenberg, iumentū ſuis uſibus & ſcutellas tollat. Demū rex Bohœmię ſi aſſit, equo ſimiliter inue-ctus, poculum argenteū duodecim marcharum prę ferat regi uel Impera-tori, inclinans porrigat. Inde excipiat uicepincerna de Limborg militaris, regis equū cum poculo ſuis uſibus ſeruitura. Sedente iam rege ad mēſam procedent tres archiepiſcopi: is medius, in cuius prouincia res geritur, cęte ris latera ei⁹ ſtipantib⁹: prę ſe ferāt baculū argenti marcharꝝ duodecim in pondere: in quo ſigilla regalia, uel Imperialia, ad prę ſentiā accubātis prę fe rant: quę ille accipiēs, reddat illi maius, qui rem medi⁹ geſſit, quod appen ſum collo geſtabit in hoſpitium. Baculus Imperiali cancellario proueniet: ad quē etiā ſigillū referetur ex archiepiſcopo. Si tamē uicarij prę nominati non aderunt, cedet abſentium prouentus cōſuetus curię miniſtris. Menſa regalis uel Imperialis, ſex pedibus ſublimior cęteris. Si aſſit regina uel Im-peratrix eius ſit a dextris accubitus, tribus cęteris ſublimior gradibus. Ele ctorum ex ordine ſeptem, menſę, ſic æquali paſſu ſtatuentur quomodo eſt conſeſſus eorum. Ad eorum nemo principum menſam accedat: nec liceat cuiq; accūbere, q̄diu fuerit aliquid ſuperagēdū ex cōprincipib⁹. XXX.

Ilhelmus dux Luneburgenſis hoc tempore cum Mauricio admi-
w niſtratore dioceſis Bremenſis Aldenborgenſi comite, non ſatis concorditer ęgit: cum diſſiderent de finibus & limitibus ditio-num: Extruxitq; dux fortalitium ad riuum Wummena, ad incurſandam quoties opus uideretur, dioceſim memoratam: appellauitq; de nomine fa miliæ ſuæ Pontem Leonis. Magna per idem tempus inceſſit controuerſia ducibus, Erico Saxoniæ, & Alberto de Magnopoli. Ibat cum exercitu Ericus expngnare opidum Plawe, in qua expeditione proſperatus, fæcit quod conſtituit. Sed tum rex Daniæ Waldemarus rem intercipiens, com poſitionem inter diſſidentes perægit: ut Ericus dux memoratus reddita

arce Plawe reciperet ab Alberto Boyceneborg. Sed qm̃ niſi in diem reſtituí non potuit, in pignus interim acciperet Godebuſch. Hęc erat cõpoſitionis tum formula, ore regis pronũciata. Non putauit fore Ericº, ut tam magno interuentore fraus ulla intentaret: Reddidit expugnatã nuper arcem: Ipſe tamẽ, neqꝫ pignus, neqꝫ promiſſam arcem, meruit recipere. Rex pro ea, quã fęcerat inter duces cõpoſitione, ab Alberto pro miniſterio magnifice remuneratur: Nam arcẽ Helſingborg, quã nuper regi militãs pro donatiuo accœperat, reſtituit. Ericus autem dux ubi ſe cõperit deluſum, cum non ipſe prior a pactis receſſiſſet, redíjt ad arma. Albertus illi aciem oppoſuit: Initum eſt prælíũ paribus animis. Sed fauit fortuna fraudato. Ericus factus ſuperior, ſupra quadringentos ex copijs Alberti cœpit: inter quos milites militares non pauci. Hanc occaſionem obſeruãtes comites Holſatię Henricus, & Nicolaº, qꝑ eſſent cõtrouerſię, mouẽt abſente duce in eius diſtrictũ, obſidentes Crũmeſſe: Sed finiũ cuſtodes a duce relicti ruſticam manũ cõtrahẽtes, comitibus ſe obíjcere ſunt agreſſi: & inito cõflictu, propiciã ſunt experti fortunã. Nam ſexaginta equites ex Holſatorũ numero cœperunt, & in Louenborg captos adduxerunt. Ita duobº in locis proſpere tum fuere res Erico.

CA. XXXI.

c Irca hęc quoqꝫ tẽpora, Wilhelmº dux Luneburgẽſis: cũ, neſcio quid cauſę, prętenderet aduerſus Ericũ Saxonię ducẽ, tranſmiſſo Albi, mouit in paluſtria Gãmę: uiuebat adhuc pater Erici ſenior, & ab annis inutilis armis, cum audiret arma moueri in Ripẽborg, ubi quietus ſenex cõſederat, prono flumine Albi deuectus, properabat ire in Nyenborg, opidum de Hoia comitũ: qꝑ is gener eius, filiam teneret coniugem: ſed properabundº ſenex, cum trepidus feſtinaret, delapſus iumẽto ita ſenili corpore debilitatº eſt: ut breui uiuẽdi finẽ faceret. Wilhelmº aũt dux nemine obſiſtẽte, Ripenborg prędiũ facile expugnauit, & deditum accœpit, arcẽ nouã firmans in angulo Gãmæ (Gãmerordt etiã hodie uocant) oportune ut putabat ad Albim loco ſtabat prędiũ. Inde rediens ultra Albim, Erteneborg deditũ opidulũ in ſuã recœpit poteſtatẽ, præſidiumqꝫ ibi firmauit, qđ appellauit Vigẽborg. Idẽ tñ dux interuẽtu Iohãnis comitis de Hoia, qui ſororiº, ut díximº, eſſet iuniori Erico, recõciliari patiẽ eidẽ Erico reddito fortalitio in Erteneborg, demolitoqꝫ, qđ erexit, in Gãmerordt: accœpitqꝫ nouiſſimã uxorẽ, cũ ante hãc tres aut quatuor habuiſſet, filiã eiuſdẽ ducis Erici: ſed ex ea prolẽ nullã excitauit: deditqꝫ illi propter nuptias donatiõe arcẽ Ripenborg: quã priſtino bello tuliſſet patri eiº perpetuo iure deinceps ſeruiturã domui Saxoniæ. Sed præmortuo dudũ fratre eiº Ottone, cum neuter uirilẽ prolẽ relinqueret, ipſe tñ Wilhelmº duas filias haberet: alterã dedit cõiugẽ Ottoni duci ſuperioris Saxonię, alteram uero Ludouico Magni ducis Brunſwickcẽſis filio, quẽ etiã moriens ſibi deſignauit in ducatu ſucceſſorẽ. Iſte uero Magnus, quẽ dicímº, cum marchionatũ de Landesberg in dotem accœpiſſet, cognominatº de Zangerhuſen, ad principatũ Brunſwickcẽſem redibat poſt patrẽ: magno fratruelium ſuorũ murmure, qui ad illum aſpirabant: qꝑ dicerẽt Henricũ pa-

trem ſuũ, Alberto Magni patre natu maiorem: & ideo uacuefacto morte Wilhelmi impuberis ducatu, nõ Albertũ, ſed Henricũ iure ſucceſſurum. Et quoniã paſſi ſunt ſuo tẽpore Albertũ in ditione, illo moriẽte iam ſe merito admittendos putauerũt in Brunſwickcẽſem ducatũ. Sed fauit uirtuti Magni omnis nobilitas: ut primũ filius eius Ludouicus, cum Wilhelmi filia, acciperet Luneburgenſem principatum: inde ipſe in perſona recipe ret hereditatem patrum ſuorũ. Filius autẽ eius Albertus, ad archiepiſcopatum peruenit Bremẽſem: Extãt hodie, qui querãtur, eſſe iniuriatũ principibus Trãſſyluanis, q̃ ad Brunſwicũ non ſint admiſſi, uel cum Magno, uel ante Magnũ. Nam de Luneburgo non eadem ratio eſt: q̃ Ludouic⁹ Magni filius, per Wilhelmi filiam cõiugem, illam accœperit ditionẽ: quę ex illo ſine prole moriente, optimo iure peruenerit, ad fratrẽ Magnũ, licet apud illum non diu permãſerit: quod infra oſtendetur. De Brũſwickcen ſe aũt ducatu ad Magnũ patrẽ reuerſo, quid miramur, ſi ſuccedat filio patri? cum fuerit prior Magn⁹ Alberti Craſſi filius, qui a ciuib⁹, & primum a militaribus prẽlatus eſt in eo principatu fratri Henrico. Accuſent immoderãtiã Hẽrici cognomẽto Mirabilis, qui frater erat Craſſi Alberti: nam modeſtia euiſdem Alberti fęcit, ut a cunctis fratri pręferret. Hanc paucis in apologiã deflexi ad obſtruenda multorũ ora, qui quid culpent ignorãt. Hoc etiam tempore Nicolaus comes Holſatię, cum adhuc a rege Daniæ Fioniã teneret, in pignus, arcẽ inibi Bramberg, q̃ imperata facere recuſaret, cum ducẽtis obſedit: Rex ſuperueniẽs facile diſpulit tantã paucitatem aliq̃t, pſternẽs, multos capiẽs: Vix cũ paucis comes elabit, ibi oculũ amittens: Votoq; emiſſo in magnis piculis, cõcœpit in honorẽ ſummę Virginis in ſua terra cœnobiũ erigere: magnis uix ereptus periculis, cõſentiẽte Adolpho Iohãnis Wagrię comitis filio, in Arnsboke conſtruxit, & prouentibus dotauit: euocatiſq; de Poretze, de Itzeho uirginibus ſacris: q̃d cœnobium poſtea, annuẽte Gerhardo duce anno ſecũdo & quadringẽteſimo poſt mille, annitẽte domino Alberto Rodenborg, canonico Lubicenſi, uiro locuplete & prouentus augente, cõmutatũ eſt in domũ fratrũ Carthuſienſium, qui tenent uſq; hodie. CA. XXXII.

Enricus aũt Holſatię comes, iam paſſim dictus Ferreus, cũ pere
h grinans, militiã multis in terris ęgiſſet, uſq; ad Italiã, & Calabriã uaria ſorte prouectus, fortunã fatigauit ſuam. Iam tamẽ de ſucceſſione cogitans, cum uideret fratrẽ ſuum Nicolaum, hæredes non habere, animũ cõiugio applicuit: duxitq; cõiugẽ filiã Hẽrici ducis Magnopolenſis: cuius germanã ſororẽ Adolphus itidem comes in Holſatia, ſed Wagriã poſſidens uxorem accœpit. Anna fœminę nomẽ, quę Adolpho nupſit in ſterilitate permãſit, nullos marito reddens liberos: Vtraq; ſoror Alberti regis poſtea Suecię. Hic erat Adolphus Iohãnis filius, uir ad arma ſtrenuus, & optimo patre dignus filius: publicor; inſidiatores itiner; odibat: q̃circa uicinis ciuitatib⁹ affęct⁹, & ipſę uiciſſim illi, in trãquillitate plurimũ agebat. Huius tempore Kilonenſes, incertũ unde conciti, apprehenſis duobus e familia Hẽneken Leembeken, tanq̃ publicę pacis turba-

tores,& in itinerib⁹ latrocinãtes,ultore gladio ceciderũt:quos criminum impactorꝫ innoxios,dominus clamitabat. Indignatus ergo grauiter eius opidi ciuibus, obſeruabat tẽpora, quibus ad nũdinas in Eklenforde proficiſcerentur,multos occidit, aliquot captiuos abduxit. Indignati comites Adolphus atcꝫ Nicolaus,ꝙ tale aliquid auderet,nulla prius apud ſe accuſatione inſtituta, hoſtilia nunciauere. Suberat ducatui Sleſwickcenſi,qui iam uacabat,relicta uidua gubernabat ditionẽ: Ea tueri uiſa militẽ ſuum, hoſtilia ſenſit. Comparatis armis ad rem gerendã comites duxere in Iutiam. Adolphus obſedit Tunderen,& Nicolaus Hardeſleue: Vtricꝫ impigre inſtantes,arcem quiſcꝫ ſuã expugnabãt. Acceſſere igitur iure uictorię arces illę comitibus iterum Holſatię: Dorning inexpugnabile præſidium reliquerũt. Henricus aũt comes memorat⁹ Ferreus,ſolicit⁹ erat de germana ſorore Eliſabeth ad nuptias collocanda: Puella erat annorũ circiter duorũ & uiginti: quæ Magni regis Suecię Aquino filio,iã regi Norwagiæ circa carniſpriuiũ eſt deſponſata: & proxima ęſtate, miſſo ad hæc ſolenni nuncio,Hermanno de Vitze milite,in arce Plone,ſtans inter brachia Hẽrici fratris,& Adolphi fratruelis,eidẽ regi in perſona dicti militis, ad hoc ſpeciale mandatũ prędrẽtis,memorato regi per uerba de præſenti eſt coniunx ſubarrata,reginaꝫ Norwagię cõſalutata. Fratres germanã magnifico apparatu,& rege digno,inſtruxere: non iam ſponſam,ſed reginã regi mittendam: Nauigiũ aptauere prędcipuũ: familiã honeſtam utriuſcꝫ ſexus conſignauere: & in omnibus rite prouiſis,tradunt in manus militi memorato, ut dño regi reginã & aſſeruaret, & fœliciter perduceret: Suſcipit ille cõmendatã, profunda iam hyeme Sabbatho quatuor tẽporꝫ ante Chriſti natalia,Trauenã relinquẽtes,Sueciã petiere. Sed aduerſi uenti,& tẽpeſtates per brumã ſolitę nauem impędgere in littora Danię. Waldemar⁹ rex hoſpitaliter accipiens uenientes,iure quidẽ hoſpitij ſpecieten⁹ prętenſo: ſed ubi quid ageretur intellexit,diligentius aduectos iubebat cuſtodire: iam animo ſecum uoluens,quid de nuptijs puellę cõſtitueret. In proximã ęſtatem emiſſis ante nũcijs,ad reges Ericũ,& Aquinũ,patrẽ ac filiũ oratores facit: ut ad colloquiũ oportuno loco deſcendãt: rem eſſe magni ponderis & quę triũ regnorũ non dubiã prędferat ſalutẽ,quã cum illis eſſet tractatus: Interim aſſeruantur hoſpites in Dania. Reges ubi cõuenerãt, inter ſe ſtatuũt. Omiſſa puella Holſatię,Aquinius filiã accipiat Waldemari regis Danię: facile hoc impetrauit ingens dos regnũ Danię. Erat enim Margareta unica patri filia. Nam Chriſtopherus nuper fili⁹ bello conciderat. Id prędmetuens Henricus comes, nec ignorans uariũ gentis ingeniũ, nuptias ſororis ſuę,illis ante cõditionib⁹ firmauit: ut non facile eſſet a pactis nuptijs diſcedere. Nam Henric⁹,ſi ſua parte diſſilirent,arcem Calmeren in regno Suecię,quã magno tenebat impignoratã ęre,mox amitteret, & ſexaginta millia argenti marchas regi perſolueret. E diuerſo,ſi rex ipſe reſiliret mox procerum ſuorꝫ omnis obligatio laxata,ad Henricum tranſiret: idcꝫ iureiurando procerũ eſt firmatũ. Cum aũt Waldemarus tum prędualens filiam Aquino etiã in thorũ afferret, mœrens puella Eliſabeth ſęculo re-

nunciare cõstituit: & qualicũq; regum ordinatione in Sueciã perduciẽ: fitq; domina in Wasteen monasterio sanctę Birgittę. Sed tum Henricus comes, sponsionẽ regis de illius parte irritatã, impugnauit: immittẽs uali diora prędia Calmeren arci: & sub honore sui pacto, & fide iurata, proceres per literas admonuit: ut quod polliciti sunt, adimplerẽt. Venerũt episcopi & milites de regno, Henrico se offerẽtes: illiq; regiũ deferẽtes honorem. Recusabat ille causatus ętatem: Remisitq; illos ad Henricũ Magnopolis ducẽ: cuius e tribus filijs, quẽ ipsi deligerẽt, in eũ suũ ius omne referret: Veniũt: excipiũtur perbenigne: causam detegũt, productis in cõspectum filijs: Proposita illis optione, mediũ Albertũ eligũt, ut rex fieret. Pater cum filio iniit nauigationẽ in regnũ. Citatur rex obiectis responsurus: non cõparet: destituitur: Albertus iunior in locum constituit: cõsecratur: & armis aliqñ collatis, Magn⁹ cogitur angulũ deligere, incq; eo cõsenescere. Hac Henrici comitis opera factus est Albertus Suecię rex: quę idcirco breui commemoratione percurro, q; plenius in Suecia & Wandalia sint commemorata.

CA. XXXIII.

Arolus Romanor; rex, per hęc tempora iter ingressus in Gallias
k peruenit Auinionẽ ad summũ põtificẽ, cõsecrationis gratia: excipitur magnifice ab Vrbano, omni curia eius tripudiãte: q; illum honorem duor; ecclesię principũ, illam uicissitudinem uenerationis nemo recordabatur: nec ulla in literis simili de re mẽtio a memoria Friderici. II. per annos supra centum. Erat aũt sexagesimus quart⁹ post milletrecentos: Ibiq; solennib⁹ ob quę uenerat Karolus peractis, redibat in Germaniam ibi prius q̃ Bohœmiã suã repeteret res cõpositurus: Terra est Aduocator; non longe a Saxonia superiore: quã primus Henric⁹ Romanor; rex subiecit monasterio dominar; in Quedelẽborg, cõstituẽs quatuor per terrę angulos totidẽ aduocatos nobiles, qui barones dicũtur, de Wida, de Ghera de Russe, de Plawe. Hoc aũt tẽpore Karolus Imperator ęgit cum tribus, ut arces suas inexpugnabiles illi permitterent. Quart⁹ id ęgerrime ferens Ruten⁹ de Plawis, cum sciret tres suos cõsortes una cõueniss̃e in horreo quodã secreti⁹, crudele iniit cõsiliũ: Nam superueniẽs cõsultãtib⁹, firmatis undiq; claustris, igne iniecto, illos cõcremauit, pœnã sumens trangressę, ut dicebat fidei. Inde enim animatus Karolus processit in Bauariã, multis urbibus & arcib⁹ insidiatus, multis uim afferẽs, oppugnans in primis Landgrauiũ Nurenbergę. Erat ea tempestate graue bellum inter episcopum Hildesemẽsem Gerhardũ, & Ottonẽ ducẽ Brunswickcẽsem: qui in societatem belli pertraxit archiepiscopũ Magdeburgẽsem, Theodericũ, cognomẽto Kagelwijd, quẽ Imperator de monasterij infimo sumptũ officio, per gradus euexit ad archiepiscopatũ, comperta hominis incredibili industria. Albertus quoq; Halberstadensis episcopus, in his erat partib⁹: Congressi, cõtulerũt manus iuxta Dinkeler, & inclinabat uictoria Hildesemensi: Captis ibi plurimis, inter quos Albertus Halberstadẽsis. Hic erat insignis ea ętate logicus: qui ingenij sui testimonia, etiã nũc, inter scholasticos habet. Erat Gerhardus non in postremis rethor: exiuitq; in protier-

bium inter disciplinares: Tum Logicã succubuisse Rhetoricę: cũ Albertũ Gerhardus uinctũ haberet. Hoc tempore Gregorius papa Auinione cõmoratus post tẽpora Vrbani. V. cum episcopũ quendã, ꝙ ecclesiã suã desereret, sequereturq; curiã increpitaret: illi ubi per familiaritatẽ licuisse credidit, respõdit. Eadẽ mea, quę tua est causa maxime põtifex: ꝙ ego meam tuq; Romanã deserimus ecclesias: recte me increpatũ agnosco. Descendit altius ea respõsio in pectus pontificis, cogitabatq; ex ea die urbẽ Romam repetere q̃q̃ & prędecessor Vrban⁹ idem in animo haberet: inq; eam rem profectus Romã, cũ paucis palatia in Monte Falisco, & in Vrbeueteri declinãdi grauioris in Vrbe gratia aeris iussit apparari: Sed Gregorius se rediturum multis sępe nũcijs pollicetur. Cum hoc Romani crebrius efflagitassent, & magnis conditionibus expromissis apud pontificẽ expetissent. nunc secreto id offerente põtifice, lętissimi audierũt. Sed multa opus erat prudẽtia in sede transferẽda: Si enim Gallis suboleuisset aliquid tẽtassent hoc ne fieret. Sed ille tum redijt. Per quod tẽpus Mauricius, & Christianus de Oldenborg, in Blexem terra Phrisię oppressi, cum septingentis perierunt: Sed dictu horrendũ quod sequitur. Gerhardus comes de Mansfelde, monasteriũ Cistercienſiũ Setichenbeke, cuius fratrib⁹ erat infestissimus, fundit⁹ euertit, ꝙ hostibus suis fauisse hisq; hospitium nõ negasse dicerentur: cum tamẽ hospitalitas illi ordini iniuncta, & qui uenerant armati facile coęgissent, si non prompte impetrassent. Abbatem loci (dictu horridũ) pertice alligatũ, inter duos iussit ignes torreri: fratrib⁹ per diuersa supplicia crudeliter enecatis: ꝙ Fridericũ Misnæ marchionẽ in se ducentem, & cũ exercitu de obsidione Isleuę redeuntẽ excœpissent: qui, ut diximus, cogere poterat, ad hoc q̃d precib⁹ maluit impetrare. XXXIIII.

b Randenburgẽsis marchia ab olim insignis pars Saxonię, a nobis hactenꝰ cõmemorata, nisi perfunctorie, nõ fuit: ꝙ moderni principes altiorem trahẽtes spiritũ, Saxones se dici non sinant, Bauaris, Francis, & cęteris superioris Germanię principibus sanguine immixti. Sed tamẽ, q̃m in Wandalico solo omnis ille principatus ab origine manet, in Wandalia nostra crebri⁹ attigim⁹, prędara eius facinora non prętereũtes. Sed quod nũc cõmemorationem deposcit: compertum tenemus morte Waldemari marchionis, qui legittimũ sui corporis, &, quod est mirabilius, sui sanguinis hęredẽ non haberet, cum tamen ante paucos annos nouem supra decem numerarentur marchiones huius tituli de Brandenburgo. Sed nunc ita placitum est superis: ut omnibus morte subtractis, nouissim⁹ esset Waldemarus. Beneficiũ ergo ad Imperatorẽ reuolabat: & primus Ludouicus Ludouici Imperatoris filius eo fruit⁹, marchionatum sub patre, & aliq̃diu post patrem administrabat: isq; exaturatus illo principatu: ꝙ in Bauaria mallet agere, Romulo fratri illum permisit: Nec ille diu in eo superuixit: Vnde peruenit priucipatus ad Ottonẽ quendã, cuius originem subducunt annales. Erat aũt iam tum in Imperio Karolus. IIII. cuius tempora nũc attigimus. Hic Otto, ut ferunt, marchiã omnẽ uendidit Imperatori memorato, uili satis ęstimatam precio, pro opidis Lanse &

Herſprinck, cum ſubiecto territorio, non longe a Nurenberga. Sed nos huic marchionatui debemus, ut alio loco exequamur. Sed hęc in Wandalia requirantur. Otto interim princeps Brunſwickcenſis, de Leina cognominatus, uir in armis ſtrenuus, & formidabilis princeps, opido Aluelde, quod ad eccleſiã Hildeſemẽſem etiã hodie pertinet, inſidiatus, primo mane ante lucem captũ explumauit, diripuitq; : cum nihil ab illo hoſtile ciues formidarent. Idẽ cum Turingię urbes Erphordia cum cõterminis ſequutę Hẽricũ de Honſten comitẽ, arcẽ Honſten recœptatricẽ latrocinantium expugnare ſtatuiſſent, prius habito interloquio cũ duce memorato: ut ille quiet⁹ manens illos agere ſineret: & ille, ut rebant, promiſiſſet ſe ad omnia futurum neutralem, inſtitere oppugnationi: ut arce capta, latrunculis merita prędia perſoluerent. Iam aliquot oppugnationib⁹ intentatis, cum de foris nihil hoſtile formidarent, ecce Otto, magna ſuoꝝ manu collecta, irruit in oppugnantes, & a tergo cędidit: cœpitq; multos ex obſidentibus: alijs qui pertinaciter repugnarẽt oppreſſis, omnia clauſtra ſua captiuis repleuit. Sẽſere diu urbes memoratę uuln⁹ illi⁹ captiuitatis: Otto tñ ut ferũt grauius nomini ſuo maculã inuſſit, labe notatus inſigni, quam multa non perluat aqua: Graue eſt enim fidem fallere. Per q̃d etiã tẽpus Conradus de Aldẽborg comes, iam uindicare properãs in gentẽ Phriſonũ ſibi conterminã, q⁹ ſupiori anno tantã nobilitatẽ p̃didiſſent, uocatis de Weſtphalia, deq; uicinis locis, quotq̃t contrahere poterat, auxiliarijs, Phriſiã ingredit. Conſerũt manus, & malo omine ingreſſi, cum infœliciter pugnarẽt, ad quingẽtos ex ſuis amiſerũt, ualde paucis ex acie Phriſonũ cadentibus. Ea eſt uetus nobiliũ & militariũ in terris paluſtribus fortuna: quam crebri⁹ experti, necdũ ultionis ſpiritũ poſuerũt. Quid enim poſſunt inter crebras uoragines, & continuata terraꝝ fragmina, equeſtres turmæ: uolant paluſtres homines in lanceis ſuis: eques in iumẽto periclitatur.

XXXV.

Ommune Magdeburgenſe hoc tempore ſęuijt, nondũ ſanguine quẽ in archiepiſcopo ſuo Burchardo optimo uiro, innoxiũ ſuderant, exaturati: quã rem in Wandalia diximus plenius. Decanũ nunc eccleſię Maioris, q⁹ uocantibus eũ in prętoriũ patrib⁹ primarijs non parueric, manu carnificũ & miniſtroꝝ, iuſticiæ exequutorũ, in uincula publica cõięcerunt: eumq; ciuitate eięctum perpetuo proſcripſerũt. Temeritas inaudita. Nec minor quę ſequitur procacitas ciuiũ Barlinẽſium. Archiepiſcopi Magdeburgẽſis Theodorici, ſupra memorati, ſcriba tabellio, qui tum ſequebatur ducẽ Saxonię, federat in ea urbe ad menſam principis memorati: Immiſſi ciuiũ cõmunis iuſticiæ miniſtri, manu ualida, ut obſiſti illis ſine magna pernicie nõ poſſet, ſcribã corripiũt, & mox pertrahunt ad ſupplicium publico cędentes gladio, nulla prętẽſa alia cauſa, q̃ q⁹ nuper cum ad balneũ properaret, obuiã ſibi dominã notã familiariter per iocum ſollicitaret, ut balneo ſecum uteretur, nec uim aliam inferebat, recuſantem cum riſu dimittẽs. Pulchra nimirũ ſaguinis & uitę diſpendio cauſa uindicanda. Sed qui ſequuti ſunt caſus ab utroq; gladio, facile obtinuerunt, ut pœniteret ciues p̃tinacię ſuę. Qui aũt cecidit nõ reuixit. Nũc pœnas ſol-

iunt pertinacię multiplicis, ſub aquila pulli degentes. Secta tum inualuit Beguinarum & Sueſtrionũ, pertinax hominũ genus: Sed ardebãt homi num ſtudia improbã euertere colluuiẽ: proditi ubiq; pertinaces perierunt igne conſumpti: multi aũt pœnitentiã amplexi ad uitam ſeruabantur. Per quę etiã tempora Karolus Imperator, ante ſibi notã, cum exercitu intro iuit Italiam. Sub patre enim Iohãne rege Bohœmiæ, qui ſui quoq; patris Henrici cœpta ꝓſequebaꝫ, Karolus militauit in prouincia: poſteaq̃ auus eius Henricꝰ interęmptus, non reliquit Gibellinis defenſorẽ: Quã ſectam proſequutꝰ Iohãnes rex filiũ Karolum ſub ſe copias ducentẽ, diu in Italia uerſari iuſſit: Nunc aũt maximo ad ſeptuaginta millia exercitu cõſcripto, Mediolanũ, iam eius imperio rebellem urbẽ cõſtituit humiliare. Increue rat enim dñatꝰ Vicecomitũ ſub Ludouico Bauaro, in eum modũ: ut iam contemptis omnibus nemini pareret. Auxit ſummꝰ pontifex Imperatoris copias, ut rebellionẽ pertinaciſſimę urbis molliret. Sed tantus exercitꝰ per ęſtum ſiti laborabat, magis foris, q̃ obſeſſi intus. Imperator uero, utcunq; res peracta eſt, exercitum ſuum ſine fructu reduxit, eccleſiæ copias paſſus ire quo uellent.

CA. XXXVI.

Agnus dux de Brunſwico, Magni filius, cum de conſilio maioꝝ
m in terra, etiã ad ducatũ Luneburgẽſem adminiſtrandũ uocaretꝫ:
Viuebat adhuc pater, qui ad utrũq; ducatũ ſuo iure ꝓuenit: ſed filiũ tum in Luneburgẽſem deuocatũ ire ꝓmiſit. Venit animoſus iuuenis & circũſpexit, ſi qua illi grandis belli gloria mõſtraretꝫ: Initia eius fuerunt optima, & adeo cunctis probabilia, ut nemo deſyderaret aliam nouiſſimi Wilhelmi ducis poſteritatẽ: nemo etiã Ludouicũ eius fratrem, qui gener eſſet Wilhelmi memorati requireret, iam morte abſumptũ: cuius relictam dedere cõiugẽ Ottoni de Scowẽborg comiti, quę Magno fuit exitij cau ſa: quod ſuo loco dicemus. Sed paulatim inſolentia eius creuit, ut cogeren tur de alio principe proceres ac incolę terrę cogitare. Interim pater eiꝰ, au dita inſolentia filij, multis literis, pluribus etiã nũcijs, eum cõmonuit, ut ad ſanã mentẽ rediret: nec profuit. Ad extremũ minis eũ uoluit exterreri, fu ne, ut aiũt, ſemper ad manũ habito: ut quocũq; filiũ in aperto campo ob uium haberet, militariter ſuperatũ, in proximã arborẽ appenderet. Filius, q̃ eſſet manu promptꝰ, & ad omnia pericula interritus, eas patris minas ri ſu ferꝫ excœpiſſe, catenã argenteã in collo ſemper pręferens: ut pater omni no iugulare filium conſtituens, non ſubere ad ſe iugulandũ, ſed argenteo uteretur: unde ductũ eſt illi cognomẽ, ut dux Catenatꝰ diceretur. Alber tum ducẽ Magnopolẽſem idem Magnus in bellũ cõcitauit de finibꝰ diti onum cum illo altercantẽ: initia, ut ſolet, de iurgio, ſed inde bellũ enaſciꝫ. Vtriq; arma parant in inuicẽ. Cõcurrunt, & manibꝰ conſertis, fortiſſime pręliantur. Diu anceps uolitauit uictoria. Tandẽ ad Alberti ducis ſigna uolauit. Nam de exercitu Magni ſexcẽtos cœpit uiros militaris generis, multos in illis, quibus poſtea laxandis, ſex millia marcharꝝ argenti expen dere debuit. Eam mutuo a ciuibꝰ Luneburgi pecuniã accipere uoluit: & cum, uel non poſſet, uel non expediebat hoc fieri, indignatus opido, malę

minatur. Effectū est aūt apud Imperatorē Karolū: ut mandaret militaribus, urbibus, & opidis terrę Luneburgēsis: ut omisso Magno parerēt Alberto Wentzlai Saxonię ducis filio, Wilhelmi nouissimi ducis Luneburgensis ex filia nepoti: qui recœptus in prouinciā, ab omnib⁹ merito attollitur honore. Magnus autē eiectus, & armis se uindicare, & nihilominus apud Imperatorē iure experiri cōtenderat. Albertus sua arma obiecit, repellens insultantē: & in iudicio Cęsareo cōtra se sententiā Magnus reportauit, declarantē nullo iure Magnū ad ducatū Luneburgensem, sed occupatorē fuisse: Qua de re ꝑpetuū illi in iudicio silētiū indicit. XXXVII.

m Emorabilē per hęc tēpora memorāt annales rem, silētio nō trāsundā: cęterū fides sit apud authores. Karolus Imperator bellum tum gerebat in Philippū Austriæ ducē: Cōparat quisq; uires in hostem: agmina educūtur in inuicē ad cōgressum de proximo: uidit Imperator longe hostē supare multitudine suas copias: & ideo cui uirib⁹ par non erat, ingenio illū superare cōtēdit. Euocari clam iubet per amicos tres hostiliū duces copiarū: & magno ęre expromisso, cū illis agit, ut duci suo timorē incutiant, hortenturq; ad fugā: Dolus an uirtus quis in hoste requiret? Illi operas pollicētur. Ad dīnm suū reuersi, referūt, speculatū abīsse copias hostiles, & pro cōperto habere Imperatoris exercitū triplo esse suo maiorē, certā omnibus esse perniciē, nisi fuga in tēpore sibi consulant: nunc illū quid faciat secū cōstituere. Quādo, inquit, in sola fuga, ut asseritis, prędidiū est cōsula mus saluti, expectātes rei gerendę idonea magis tēpora: non est indecorū nobis, cessisse maiori nostro. Ergo collectis armis noctu Philipp⁹ fugit nemine ꝑsequente, & in sua se secur⁹ recipit. Tres illi uiri boni promissione corrupti, ducē suū prodentes, ad Imperatorē reuertuntur, proditionis prędia accœpturi. Prouiderat Imperator adulterinā aureoꝝ monetā, quę in ualore uicesimā non haberet: eam iussit numerari. Illi alacres tanto ęre ditati, redeūt in sua: & iam expendere conati, repererunt esse falsatā monetā. Redeūt ad Imperatorē, argentariū, & monetarium eius incusantes. Imperator toruis oculis illos reuerberās, abite, inquit, furciferi in meritā crucē: merita proditionis præmia nisi protinus ex oculis euanescatis, accœpturi: quam aliā meretur pecuniā uestra proditio atq; perfidia? adulterinū aurū, adulterino cōpensatur operi: abite in malā crucem. Illi ꝓtin⁹ cōfusi ex omniū oculis in latibula abierūt. XXXVIII.

a Nnus erat post natum Christū septūagesimus prim⁹ a millesimo tricentesimo, cum ciues Luneburgēses, iam de Imperatoris mente, decq; iure dīni Alberti, & contraria Magno sententia facti certiores: cum tamē inuictā arcem mōtis apud opidū Magnus teneret, & illi non pauca quotidie persentirēt ex ea incōmoda, statuissentq; rem uiribus agere: famulū equitē cum literis hostilia nūciantib⁹, dispositis ad reditum per omnia celerius agendā, tribus in oportuna loca iumentis, emittunt in arcē Cellensem, ubi dux Magnus māsitabat: Nūcius obseruato tempore quo erat ad mensam recumbendū, literas exhibuit, quas sciebat non placituras: & prādere iussus, festinabat, expediędæ in opido rei gratia, reditum

pollicitus: mox iumentū cōscendens, celerrime ad secundum, & iterū pro-
uectus tertium, se ante etiā expectatū recœpit Luneburgū. Ciues cum ho
ras omnes numerassent, in uigilia Purificatę Virginis, quasi uespertinum
in monasterio montano de more audituri officiū cōscendunt, sub consue
tis uestibus armati: & primū arcis & portę custodem obtruncant, cęteros
ad arma currentes proturbāt. Segebando militi nomē erat, qui pro tuen-
da cōmissa arce diu stabat, sed par esse non potuit prępara tis ad rem per-
agendā: Igitur eiectis religiosis & scholaribus, in opidum si uellēt, descen
dere iussis, ciues arcem occupāt. Dux aūt literis per interuallum perlectis
exclamat, adesse iubens qui perferebat nūcium, abisse refertur: Indigna-
tus ille, cp non ut iusserat, tenuissent: mittit expeditissimo iumento qui ad-
moneat militem, arcis custodē: proect⁹ ille qua poterat celeritate, media
nocte ad latera mōtis obequitās, clamore uigiles infestat: Ciuiū unus cla
manti respondit, quid afferret? Cum ille domini sui fidelē arbitraret: Dic
inquit uerbis dñi ducis Segebando militi, diligenter arcē tueatur: nam ci
ues periculū capitis & hostilia nunciauere. Tum ciues emisso de bombar
da lapide, hunc inquit testem referto duci tuo rem in tuto esse: ille protin⁹
intelligens serius se ueniisse, confusus redit. Ciues aūt arcē & monasterium
ab imo demoliūtur: fratribus in opido locum dederunt noui cœnobij ex-
truendi, in colle, quo nūc quoq; manet, ad montis magni pedem: euocan-
tesq; Albertū Saxonię & Luneburgi ducē in urbem mox illi sacramenta
dedere, cum magna parte militariū terrę. Inde Albertus, exercitu contra-
cto duxit in Winsen, & opidum quidē facile cœpit, ad arcē laboratū est:
superueniens Magn⁹, maiori suoꝝ agmine soluit obsidionē: Sed cum am
bo ualidas copias haberēt: inuasit Albertus: defendit ut poterat Magn⁹,
Arcem Louwenrode nō longe ab Honouer, Albertus oppugnās cœpit,
inq; ea cōmunita cōsedit. Cum aūt Magn⁹ minime quiesceret, ante omnia
indoluit, arcē sibi Luneburgū insidijs adęmptā, insidijs opidū recipere ten
tauit. Septingēti erant uiri, qui negotiū susceperē, opidi per insidias mixta
uirtute recipiendi. Vndecim milliū uirginū festa nox erat, cum hostes iam
ante pręparatis rebus, uel muro excindendo, uel scalis cōscendendo, opi-
dum ante lucē introiere: Qui habitauere ciues, psentiebāt aliquid hostem
moliri, & ideo totis ad mane noctibus peruigilabāt: Idq; aliquot iam no-
ctibus erat actitatū: tum ea, qua iam res imminebat nocte, decursa in per-
uigilio: iam omnia tuta putātes Burgimagistri, qui & ipsi circuibāt, ciui-
bus interpellatis, cū in mane res uergeret, nihil esse piculi rati, nocte trans-
acta, ciues ad quietē permittebāt. Subito rumor per opidum currit hostes
esse in foro: arma ciues corripiunt, & in primis Burgimagistri, qui autho
res erant populo ad quietē redeundi: ueriti, ne occulte cum hostibus intel
ligentię insimularētur: primi ad arma cō currunt. Vir erat militaris gene-
ris, qui stipendia faciebat in opido: is primus ad hostes peruenit: parcen-
dum ait sanguinis effusioni, dicerent, quas uicti leges acciperent: opidum
iam esse in eoꝝ potestate: nūcium se ad ciues iturū ut sine sanguine faciāt
imperata. Id potissimū molit⁹ ut se colligēdi temp⁹, ciues haberēt: tempus

ille triuit colloquio. Vbi iam satis armatos putauit, loqui se ciuibus & con
ditiones perferre pollicitus, relaturūq; quid in animo esset, promisit. Vbi
ad ciues uenit, hortatur pro libertate pugnent, uictoriā indubiam habitu
ros, hostes esse in cassibus. Tum redit in forum, referēs ciues nullis modo
conditionibus assentiri, pro libertate pugnaturos. Initur mox cōflictus.
Vrgentur hostes, & ad egressum pugnātes cōtenderunt. Ibi duo ex Bur
gimagistris, qui primi pugnabāt, procubuere: Loca extāt hodie insignia.
Ex hostibus q̄q; multi perierūt: cęteri capti, in & uincula coniecti. Erāt in
eis multi ex opido proscripti, aliquot latrocinijs publicatis infames: Hos
publico cęsos gladio, pœnas dare iusserūt: Cęteri hostili more capti, dato
ęre, libertatē redęmerūt. Albertus deinde dux, cum copijs suis circumuo
litans, arcem Pattenhusen expugnauit, quotidie uiribus increscēs. Magni
autem res paulatim minorantur. CA. XXXVIIII.

Magnus autē dux, cum relictā fratris Ludouici nobili uiro Otto
ni de Scowenborg comiti despondisset, oborta est inter eos ex
quibusdam causis grauis controuersia: quę in apertum bellū ex
fuit. Mundū muliebrē, & fœmineā supellectilē dicta domina iubebat ad
se ex ducatu in Scowēborg perduci: Non est passus Magn⁹, sed immissis
equitibus, omnia diripi iussit. Flebat illustris domina affinis sui in se iniu
riam: Consolabat eam marit⁹ Otto: Nihil inquit te cōturbet: charior est
mihi integritas tua omnibus corporis ornamētis, facile inuenies, quo pro
dignitate foris orneris, moribus ornata, & illustri sanguine. Cūq; res ad
expeditionē hostilē perueniret, ausus comes cum copijs obuiam ire duci,
occurrunt inuicem sibi cum copijs in merica, ut ferūt, Luneburgensi: Con
serunt manus: Varia aliq̄diu fortuna pugnatū est. Dux comitē requirit in
agmine, iumentoq; cōgreditur, deturbat equo comitē: Sequut⁹ ipse in pe
des, ut capiat: Dimisso ergo iumēto, hosti prostrato incūbit, uitā ei⁹ quę
ritans: Superuenit nobilis ex auxiliarijs comitis. Is ducem hosti toto cor
pori incūbentem perfodit. Hic erat exitus Magni, quē ferūt iurasse: illa se
nocte futurum in hostica terra. Quod ubi comiti retulere uictori, ille ait:
Non notabitur periurio affinis noster: ducamus eū in nostra: & inde re
mittamus suis ad sepulturā. Reliquit Magnus quatuor filios: actumq; est
inter duorū ducū cōmunes amicos, ut Albertus dux Luneburgēsis, accce
pta cōiuge, quam reliquit Magnus, sui ducatus limites teneret: permisso
Brunswickcensi districtu filijs Magni, iam pręuignis suis, Friderico, Bern
hardo, Henrico, Ottoni. Otto factus archiepūs Bremēsis, fratrib⁹ terram
permisit inter se partiendā. Cęso quidē Magno, iam uidebat Brunswick
censis ducat⁹ uacuefactus. Ernestus igit dux Gottingēsis, cum Ottone fi
lio, patru⁹ Magni (quē Ottonē Armipotētē dixere) cœpit arcē Wulfen
buttel, & omnē ditionē Brūswickcēsem: Id siue suo nomine, siue pupillor⁹
tutorio, fęcerint, non satis cōpertū est, nisi ꝙ exitus declarauit, ueri sit simi
lius, hęc illos tutorio nomine fęcisse: alioqui difficile fuisset Magni filios,
quos ille, ut diximus, quatuor reliquit, ad paternā ditionem redijsse. Per
quę tempora in urbe Brunswico, sæuiente incondito uulgo, in primores

pernicioſus tumultus exoritur. Nam uulgus indignatione, undecũq; coꝛta cœpta, cõcilium urbis, patres ipſos inuadit: Vrbe quoſdã eĳciunt: alios in tumultu opprimunt: nõnullos ſpecie iuſticiæ publico gladio cędũt: Inter quos unũ ex procõſulibus, uirum & ętate & mole corporis grauem, cum uires inflectendis genibus non haberet, in ſua recũbentẽ obtruncãt ſede. Hanc patribus cauſam obĳciũt, ꝙ populũ, & uniuerſam plębem exactionibus grauẽt, & maiori q̃ ulli principes impoſito onere dominentur: idq; literis ad uicinas & longinquas urbes ꝓſcripſere: nouũ cõciliũ ex mechanicis uiris erexere: clamoribus, non cõſilio, rem omnẽ ęgere. Cęteꝛę bene moratę urbes, rem miſerãdam, & ipſo exemplo pernicioſam, putauere non impunitã relinquendã. Non ſunt paſſi mercatores eius urbis in emporĳs diuerſari (Hoc uocãt Hanſa eĳcere & proſcribere, cũ illis priuilegiorum uſu & communione interdicitur) Sed qui intus manſere cõtempſere eam animaduerſionem, quæ paucos attigit.

CA XL.

Pidũ Aldẽborg in terra paluſtri ſitũ ad Phriſiã, per ea tẽpora de
o Depholt comes, adiũctis nõnullis, in quibꝰ erat decanꝰ Bremẽn. cũ ſimultatẽ grauẽ gereret aduerſus Conradũ de Aldẽborg comitẽ, noctu ingreſſus cœpit. Ingreſſi uia non longinqua ab arce, ad Veterem, ut uocant, ciuitatẽ peruenĳũt. Erant qui peruigilantes ad ludum tota nocte ſederent talorꝫ. Hi primi, hoſtilem experti tumultũ, ad nolam procurrunt, ſignũ capti opidi dantes. Sono excĳti ciues per noctẽ inſolito, cũ hoſtes adeſſe ſentirent, tecta domorꝫ petunt: Ianuis obſeratis, & coctilibꝰ inde lapidibus proiectis cogunt hoſtes ad exeundũ q̃d cœpere opidum. Quingenti erant qui uenere. Ciues cõcœpta fiducia, ſequunt egrediẽtes, & aperto iam campo manũ cõſerunt: inde alacriores, ꝙ opido eiæciſſent, iam acie pugnãt. Vincuntur a ciuibus hoſtes, cęduntur militares non pauci. Capit decanꝰ Bremẽſis, & ad Conradũ comitẽ, cum aliquãtis cõcapti uis pertrahitur. Ille docuit, non hoc eſſe opida capere, quod chorũ adire. Quo tempore, opidũ quoq; Honouer grauiter infeſtatur a uicinis militaribus. Hominẽ infœlicẽ conduxere quidã precio, qui ignẽ quatuor locis collocatum una curaret inflãmari: ut occupati ciues reſtinguendo incendio, minus attenderent murorꝫ cuſtodiã: Illi interim iuxta cõuentum Minorum introirent, rebus ante cõparatis. Deprehenſus infœlix ille in conatu, ad ſupplicium pertrahit, nihil aliud faſſus, q̃ a fratre religioſo ſe precio conductum: Ita res permanſit infecta. Exemplum aũt Brunſwickcẽſium ſequuti ciues Northuſenſes: Nam initio in carcerẽ cõięcere urbis ſuę concilium, & media deinde nocte fere omnes cędũtur gladio. Proh uulgus pelagus indeclinabile uirus. Omni beſtia crudelior & immanior ſæuit ira popularis.

FINIT LIBER NONVS.

INCIPIT LIBER DECIMVS.

ANNVS ERAT A CHRISTO NATO
septuagesimusquintus post milletrecētos, cum Impera-
tor Karolus, qui omnes regni partes colluſtrabat, Wā-
a daliam quoq; uidere uenit: & imprimis Imperij urbem
Lubicam inuiſere cōſtituit, uenitq; magnifico ſtipatus
comitatu. Aderat Fridericus archiepiſcopus Colonien
ſis, Otto marchio Brandenburgēſis, Albertus Magno-
polenſis, & Albertus Luneburgēſis, iam infeudādus ab Imperatore dux,
Wilhelmus marchio Miſnenſis, Iodocus marchio Morauię, Henricus &
Nicolaus de Holſatia, Gunterus de Rupin, comites, & multi pręterea ba
rones, milites, militareſq;. Aderat regina. Omnis iuuentus ex urbe Lubi-
ca in equis obuiā effuſa proficiſcit: ut cum honore dn̄m ſuū deduceret &
introduceret. Duo ſoli Romani Imperatores Lubicā uidere: Primus Fri-
dericus, qui armatus obſedit, & per deditionem accœpit: & iſte Karolus,
qui pacificus uenit. Iam urbi propinquās cum imperatrice, capellam diuę
Gertrudis ingreditur, ubi imperialibus ornamentis decorantur: ſublimes
conſcendūt equos: Aſſunt tentoria ſerico auratiſq; pannis intexta, baiulan
tes iuuenes ex robuſtiſſimis quatuor, ueſtibus & ornatu uiſunt̄ inſignes.
Duo procōſules frenū imperatorij iumēti ex latere uenerabūdi apprehen
dunt. Duo inſuper cōſulares ad imperatricis frena inceſſere: cum & ibi fer
rent papilionē quatuor, ex fortunatioribus iunenes. Ante omnes ibat in
equo uir cōſularis, portaq; claues in partica baiulās, dominij imperialis in
urbem ſignū euidentiſſimū. Principes ſuis functi ibant miniſterijs. Mar-
chio ſceptrum baiulabat. Albertus Saxonię ducis filius, patris uice enſem
pręferebat. Proximus illi Imperator. Hunc ſequitur Friderić Coloniēſis
archiepiſcopus, ante imperatricē malū ferens aureū. Illam cęteri principes
ſuo ſunt ordine inſequuti. Ad primū portæ ingreſſum ſtabant utrinq; ci-
uium uxores, cultioribus ornatę indumētis. Imperatorē, cum Imperatrice
excipere paratę. Introgreſſi excipiuntur a choro pſallentiū clericoq; & re-
ligioſoq;. Extulerūt reliquias & Dn̄icā crucē, quā Impator & regina de-
oſculati, deducunt̄ ſolenni per urbē pompa ad eccleſiā uſq; maiorē: ibiq;
concinitur: Ecce aduenit dominator dn̄s. cum uerſiculo, Deus iudiciū tuū
regi da. Imperator interim orationi inſtitit priuatim: qua expleta, ſolenni
pompa redibat per regiā platęā, & in hoſpitiū magnifice apparatū dedu-
citur. In acie eius uici, quo deſcenditur ex tranſuerſo ad monaſteriū ſancti
Iohannis: factoq; trāſitu ſublimi ſupra platęā in domū oppoſitā, excœpe-
re q̄ poterāt magnifice imperatoriā maieſtatē. Stabant in conſpectu eius
Burgimagiſtri cum conſulibus, quos intuens ait: Gratias non mediocres
uobis perſoluimus dn̄is Lubicenſibus, qui Imperij honoribus pro debito
obſequētes, nos magnifice excœperitis: Venimus uidere urbem noſtrā &
facies ueſtras, gratulantes proſperis ſucceſſibus ueſtris, quibus cooperari
ſtudebimus, cōmendatiorē habituri in reliquū hanc urbē, quæ tales edat

uiros nostro dignos cõsilio. Tum senior Lubicensiũ Burgimagister: Serenissima maiestas nos pro exilitate nostra debito nos exoluere cupientes, quantũ potuim⁹, non quantũ uoluim⁹, debuimusq; ostendim⁹ imperatorię celsitudini: cui non mediocriter, nos, nostraq; debemus: immortales gratias habentes dignationi tantę: quę etiã quod parũ est, accipere dignatur pro magno: quod solitę clemẽtię & benignitati, ut par est, deputam⁹: rogamusq;, ut inter postremos nos suos assecłas numerare dignetur tanta maiestas. Ad quę Imperator: Non in postremis uos gerimus, sed loco uestro dignamur, recipientes in sacris archiuis, quę a nostris prędecessoribꝰ de hac urbe sunt cõstituta: quę nos non solũ sustinere, sed etiã amplificare pollicemur. In hęc uerba dimissi, abierunt cum alacritate. CA. II.

a Derant comites Holsatię, querimoniã deferentes aduersus Hamburgenses, qui & ipsi aderãt rei exitũ uidere cupientes, Comites deuocabãt eos in suũ ius, ut ab antiquo semper habitũ fuerit. Illi imperialẽ desuper declarationẽ audire cupiẽtes, inuenire se asseruerunt in priuilegijs, q̃ comitibus prope nihil debentes, exẽpti censerentur, q̃q; a nonnullis imperialis aulæ assecłæ imperatorij haberent; se in utrunq; esse paratos, modo intelligant Cęsareę maiestatis desuper sententiã. Nam diui Friderici primi priuilegia, multa illi opido contulisse uidebantur, quę tum edebantur. Imperator interloquut⁹, iussit Hamburgũ opidũ comitib⁹ parere, saluis libertatibus, quas ab Imperiali culmine promeruerunt. Illi domum redeuntes, Rolandi statuã quã pro signo libertatis in ponte, qui hodie nomẽ tenet, ab olim erectã habuere, deiciũt: comitibus suis deinceps (ut semper) cõiunctissimi. Imperator autem, per dies decem Lubicę commoratus, oppipare habit⁹ est: Milites ac militares ludis suis, forum tenebant occupatũ, hastis quotidie cõcurrentes. Quo etiã tempore Gregorius papa. XI. decimã sollicitauit ab ecclesiasticis, per omne Impiũ: Sed archiepiscopi tres ad Renum, obuiã uadũt, se opponentes, ut debuere, emũctioni cleri sui: Interim moritur Moguntin⁹, & papa ecclesiã donauit Ludouico Bambergẽsi episcopo, fratri Wilhelmi marchionis Misnę: capitulum autem elegit dñm Adolphũ de Nassaw, immo postulauit, q̃ iam teneret episcopatũ Spirensem. Imperator studuit Ludouico, & obsedit Erphordiam, in qua erat Adolphus postulatus: uastauit uicinam Turingiam, sed nihil potuit aduersus urbem, Adolphus enim prædia & arces ecclesiæ tenebat in manibus. Dura tamen conditio q̃ postulatio soli gratiæ pontificis innititur. CA. III.

k Arolus interea multa peręgit, ut filius eius Wentzlaus, rex Bohœmię & Romanorũ quoq; rex eligeret: inde euisceratũ est Imperium. Reni uectigalia, quę pro patrimonio erant Imperio, inde partita sunt, ut unusquisq; electorũ non modicũ quid acciperet: Deplumata est aquila, ut in reliquũ ceteris sit animãtib⁹ cõtẽptui: quid enim pom

Karolus mandauit ducibus Alberto de Luneburgo, ac Rodulpho duci Saxonię de Wittenberge germano eius, ut eam arcem obsidẽtes caperẽt perpetuo deinceps iure possidendã ducibus de Luneburgo: quod ita factum est. Consederat aũt Imperator in Tangermũde, iussitq; in expugnatione arcis memoratę Lubicenses adesse: qui sexcẽtis productis stipendiarijs bombardisq; duabus grãdioribus, expugnationẽ pro sua uirili properarunt. Imperator eo loci cõmanens, inter duces Saxonię superioris de Wittenberge, & inferioris in Luneburgo, eam dicitur statuisse concordiam, ut alternis uicibus electioni interessent, utricq; archimarscalli sacri Imperij semper habendi: Nam Ericus quod cõstat, iam duabus uicib⁹ intererat eligentibus: Cum assumeretur Ludouicus Bauarus: & cum Gunterus de Zwartzenborg Turingus. Sed nunc eo uentũ est ut non patiant superiores, aliquid in ea re iuris remanere ducibus inferioris Saxoniæ: qp Misnenses, qui per Sigismundũ sunt assequuti superiorẽ, detrudant legitimos successores, uix illis titulum permittentes ducibus Saxonię: quod infra plenius memorabim⁹. Interea idẽ Imperator Karolus, nescio, si ad interpretationem uerbi, quã nũc faciũt, bene Augustus, Imperij neruos exhausit, uiresq; consecidit. Sedecim in Sueuia urbes, sine medio recognoscentes Imperiũ uendidit uicinis principibus: Alię quatuordecim, cum intelligerent, cõspirarũt inuicẽ, fœdere mutuo se cõstringentes: ut non se patiãtur in morẽ pecudum uenales exponi. Plurimũ enim interest, hanc uel illam, supra se agnoscere potestatẽ. Imperator ex eis unam indignat⁹ obsessam nisus est expugnare ad terrorem cęterarũ: cęterę ad arma cõcurrentes obsessis opem tulere. Tum quoq; nõnulli ex his salua libertate solita, principibus Austrię ad protectionẽ se cõmendauere: nõ ut dominis parituri, sed ut protectoribus uicissim obsequuturi: quę res diu permãsit ad tempora nostra. Albert⁹ dux Luneburgẽsis, per ea tẽpora sensit militares qui in Horneborg arce palustri Bremeñ. dioceſis, ad cõfinia terrę Luneburgeñ. demorant, quęstũ facere, uel menstruũ, uel annuũ, de terra memorata: Et cum finem non facerent, duxit in eos, cogitq;, ut sponderẽt in reliquum se ęquo iustoq; per omnia parituros. Qua in re, & fidẽ uerbis habuit, & per modestiam nihil ultra tum putabat extorquendum. CA. IIII.

Entzlaus Bohœmię rex, iam patre uiuente & plurimũ annitente
w rex quoq; Romanor̃ creatus cœpit utrũq; regnum, sine magna
sollicitudine administrare: Nec enim annisus est Imperij coronã accipere, quã etiã in reliquũ non promeruit: uir animo non satis ad Imperium idoneo: qui, ut ferũt, uentri deditus, omnia posthabuit: Aliquantoq; melius actũ esset cum Imperio, si neq; pater, neq; fili⁹ in eo fuissent. Nam pater largitionibus, ut filiũ extolleret: filius ignauis dissimulationib⁹, Imperium attriuere, inq; eam tenuitatẽ, quę nũc cernit, adduxere: Augustos se amant interpretari, quasi augendo instantes Imperio: sed longe ab hac interpretatione patris largitio, & filij ignaua dissimulatio. Eius enim in curia cœpit in regno Bohœmię illa Christianismi cruẽta diuisio: cum Bohœmi per audaciã Romanę ecclesię obedientiã retraxere. Sed ea in Wan-

dalia explicati⁹. Per ea quoq; tẽpora, ne quid usq; lętum esset aut prosperum, in Romana sede, illa per uniuersam serpens ecclesiã, surrexit scismatica dimẽbratio: cum se duo pro summis gererent pontificibus. Alter Romę creatus Vrbanus: Alter a cardinalibus Gallis Gallus euect⁹ Clemẽs: Iam enim Itali, ueriti, ne si ex Gallis crearetur pontifex, in Auinionẽ rediret: idq; cauentes Romani proceres, conclaue obsederunt, per impressionẽ & concussionem moliti, ut Italus crearetur Vrbanus. VI. episcopus ante Barensis, uir acris seueritatis. Hãc ergo electionẽ cardinales Galli ab Auinione pridẽ introducti, cum & persona electa propter ęquitiã, & forma electionis propter cõcussionem displiceret: simul, ut haberent pontificẽ, sub quo eor; natio ut pridem imperitaret, foras Romã euecti in ciuitatẽ Fundanam, Clementẽ suũ extulerũt: cum eo in Auinionẽ cõtendentes. Bicipitem dudum aquilã Romani Imperatores in armis sibi prętulerũt & pręferunt usq; hodie: q̃uis dudum orientis Imperiũ euanuerit, a Christianismo trãslatum in perfidos Mahũmetanos: Nunc bicipitẽ insulã incipiunt adorare Romani pontifices. Sed non est ea iocandi materia, quæ pessimum Christianismo inuexit scisma. Nos pro instituto nostro in Saxoniam reuertamur.

CA. V.

Lbertus interim Luneburgẽsis, princeps optimi ad iusticiã zeli, a uocatis ad arma auxiliaria ciuibus urbiũ Magdeburgi, & Brunswici, arcẽ Twistling recœptatricẽ sceleator; hominũ, quiitinęribus publicis insidiantes, eo cõuexere, quę uarijs locis quæsiere, obsedit, & expugnauit: captamq; funditus euersam, solo equauit. Circa quę tempora ciues Brunswickcẽses, cum cõmunionem Hanse Theutonicę desyderanter quęrerent pro suis mercatorib⁹ obtinere, ad cor reuersi, in congregatione Lubicana orator; ab urbibus dictę cõmunionis, solennẽ expleuere pœnitentiã, non ueriti perinde infamia notati uideri. Cum interim Fridericus Magni ducis de Brunswico fili⁹ cum fratribus, relictus adulescẽs sub tutela patruelis sui Ottonis de Leyna ducis: Erat enim Transsyluanę ditionis ille princeps: cum per contemptũ haberet in arce Wulfenbuttel, cerneretq; multa non recte administrari: adduci undecũq; captiuos mercatores in publicis itineribus captos: cum primũ per ętatem sapere incipęret, ciuibus suis in Brunswico prudentioribus rem queritur: quid consilij, quidue ab illis, si quid intentaret, auxilij sperare: bonam se cõsolationem pręstituros dixere, ubi rem ex animo uiriliter cernerent intentari. Hoc responso firmatus, redijt in arcẽ obseruans tempora, quib⁹ pręfectus Ottonis cum maiori satellitũ parte in tabernã de more descendisset, paucis fidelium in cõcilium adhibitis: claues tulit de casa portarij, pontẽ eleuans, carcerem aperuit, & uinctos laxans, iussit stare pro muris: nũciumq; concito mittens Brunswicũ, iussit promissa auxilia properare, cum quo in loco res essent ostendisset, ueniẽtes non cunctãter intromissi sunt in arcẽ: cœpitq; ex illo die Fridericus rem supra ętatẽ prudenter agere, excluso Ottone patruele, curatore eius, fratrũq; suor;. Virile nimirũ principiũ ab adulescẽte: cui bonus successus, & optimus exitus ab omnibus bonis nuncuparetur.

Erat aũt octuagesimus secũdus post milletrecẽtos. Quo tempore Vrbanꝰ papa inter Ludouicũ, & Adolphũ, de ecclesia Moguntina contendentes, perfecit: ut Ludouicus frater Wilhelmi de Misna marchionis ad archiepiscopatum Magdeburgẽsem transferretur, Adolpho apud Mogũtiam permanente. Exitus aũt memorati Ludouici cladẽ attulit insignẽ. In opidum Caluen multã ecclesię euocauit militiã. Aderãt euocati cum uxoribꝰ & filiabus, diem festum cum suo acturi põtifice. Prętorium quod erat in opido spacioſum, illis usibus instructum, desumpsere ad uanitates ducendasq; choreas: ut est hoc hominũ genus motu leue, cantu solutũ, & luxui paratum. Ducebãt in giro uertiginosam & ridiculã circuitionẽ. Saliebant ad manus dñarum alacriter: ut immenso pondere uicta domus, subsidere minaretur, crepitũ grandẽ prẽmittens. Archiepiscopus apprehensa ad manum quę proxima stabat dña, gradus inter primos abiturus, petiuit. Vbi iam descẽdere cœpit, lapideꝰ ille ante solutꝰ gradus cõcidit, & archiepũm cũ cõsorte, & nõnullis alijs ruinę inuoluẽs miserabiliter extinxit. VI.

Tto dux de Leina, iam ad cor post deuia reuersus, Albertꝰ Magdeburgen. archiepũs, & Albertꝰ Halberstaden. pręsul, Fridericꝰ dux Brũswickcẽsis, Albertꝰ dux de Salina, Bussо de Regẽsten, Hẽricꝰ de Honsten, Gunterꝰ de Stalberg, Cõradꝰ & Theodoricꝰ de Werningrode: comites, & multi pręterea nobiles, barones, milites, interuenientibꝰ placitis, aliqñ in cõmemorationẽ adducebãt: quid sit, q̃ ubiq; terrarum innoxij mercatores uadant & redeant, uectigalia soluentes principibus per oportuna & cõstituta loca: cur infœlix Saxonia, nulli prouinciæ, uel opibus, uel fortissimis uiris cedens, non illo possit bono perfrui: ut publica securitate pręstita, incolumes per itinera uadant cõmeantes: constituerũtq;, ut in reliquũ ea pax esset, & innoxia uia mercatoribꝰ: maximis pœnis in cõtemptores & uiolatores constitutis: cõmunibus odijs insectaturi prędatores & receptatores: Quę res effecit, ut aliq̃diu Saxonia hoc genꝰ grassandi nesciret. Wentzlaus per ea tempora floruit, qui post Albertum Saxonię & ipse dux superioris, in terra Luneburgensi dominabat: essetq; necdũ extinctꝰ liuor, inter Brunswickcẽses, & eosdem de Luneburgo duces: q̃ ille principibus Brunswickcẽsibus debitus putaret. Quocirca communi principũ placito ita ordinatũ est: ut Fridericus & Bernhardus fratres duces Brunswickcẽses iuniores, duas Wentzlai filias acciperẽt coniuges: ut mixto utrinq; sanguine, & maior interim concordia, & terris pax redderetur. Quo tempore cœpit ille cursus in Wilsenacum opidum Prignisſę, per occasionẽ, quã in Wãdalia deteximus. Viuebat adhuc Albertus dux Saxonię atq; Luneburgi, cum Wentzlaus fratruelis eius, eã cum ducibus Brunswici, quã diximus, iniit affinitatẽ. Nam per eam tempestatem in arce Ribeling oppugnauit militares de Mandesło, multa terris incõmoda inuehentes. Ibi dux dum urgeret oppugnationẽ, ictus bombarda, crus amisit. Moritur aũt pręcepit suis, ne abirent, nisi expugnata arce. Illi paruerũt, usq; adeo premẽtes obsessos, ut deditionẽ facerẽt, pacti abire incolumes, & terra excedere usq; ad gratiã ducis Wentzlai: qui Alberto

fratrueli in ditione succeſſit recuperatã. Ita tum arcẽ deſeruere, quã dedi-
tam milites, duci ſuo ſeruauere: ut eius arbitratu, uel excinderet, uel alteri
mandaretur.

CA. VII.

Snaburgenſes tum rem habuere cum comite uicino de Tekene-
o borg. Cũq; rem uerbis trãſigere non poſſent, q; ciues ab eo con-
temnerentur, q̃diu epiſcopus cõquieſceret. Sed ubi ad arma uen
tum eſt, auxilio illis fuere ciues Monaſteriẽſes: perpulerũtq; comitẽ in eas
rerũ anguſtias, obſeſſa arce Lingen, quã etiã de proximo capturi uideban
tur: ut ad placita & tractatuũ diſceptatiuos ueniretur: In quibus ita armis
edomitus uidebatur: ut in ęquas cum illis cõditiones deſcẽderet: poſitoq;
nobilitatis faſtu, ciues in ſuo iure & gradu recognoſceret, ſineretq; p̃frui
uetuſtis, & longa cõſuetudine probatis, libertatib⁹. Quo tempore memo
rabilis exequutio facta eſt iuſticiæ, ex ſentẽtia principũ, & omnis Saxonię
nobilitatis: Conſtituerũt, ut paulo ante diximus, Saxonię principes, iura-
rũtq; pacẽ, quã Theodericus de Werningrode comes uiolaſſe diceretur.
Quocirca uocatus a quibuſdã eor̃, qui exequutionis mãdatum a cęteris
haberent, Alberto de Querforde comite, archiepiſcopo Magdeburgenſi,
Ottone duce de Leina, Henrico de Honſten comite, cęteriſq; comitib⁹ &
nobilibus: accuſante Buſſone de Regenſten comite, ſuſpendio cõdemna-
tus eſt. Sentẽtia dicta euocarũt ex militarib⁹ eius quendã, quem pręcepto
adęgerunt: ut primũ capiti ei⁹ uuln⁹ infligeret. Paruit ille, ſub honore ſuo
admonitus: mox circũſtantes, gladiis eum ſuis cõfixerũt. Inde freno equi
ſui alligatũ, ſuſpendio finiſſe uolebant interpretari. Eam mortẽ, ut fit, ubi
in fabulas res uenit, alii culpis eius, alij q; cõiurationi nollet cõſentire, de-
putarunt. Hoc etiã. LXXXVI. poſt milletrecentos anno, Lupoldus dux
Auſtrię, Zwiceros q̃s alij dixere Zwitẽſes, olim dictos Heluetios, q; ar-
ces pridem illis impignoratas ad redęmptionẽ reddere duci detrectabãt,
bello inuaſit. Populus ad arma nat⁹, ipſis ſuis in montibus induruit. Auſi
aciẽ opponere ueniẽti, exiere obuiã uiri tria millia. Hos exceptos in planis
dux fatigauit: multiſq; ex ipſis cæſis, cęteri pedem retro ferre uidebantur.
Aderat in mõtibus agmẽ triginta milliũ, qui facta extẽſione, agmẽ ducis
incluſerũt, & circulo circũſeptos, omniquaq; aggrediũtur. Cęſus eſt dux
cũ omni agmine, decẽ & octo inſignioris nobilitatis uiri, pauci ſupererãt
capti. Hęc ſecunda Auſtraliũ pene omniũ nobiliũ cędes. Nam primã Vn
gari fęcere, anno Chriſti. MCCXXXXVI. Sed hoc tẽpore Bernhardus
dux Brũſwickcẽſis, cum rebellionẽ, ut ſolẽt, oſtenderẽt militares de Steen
berge, eccleſię Hildeſemẽſi parẽtes, ad arma peruenit. Auſi concurrere du-
ci, in acie manus conſerũt: & fortuna illis plaudente, etiã repugnãtem ui-
ctores ducẽ capiũt: abductũq; tamdiu habuere uinctũ, donec ſeptẽ aure-
orum millibus ſuã redimeret ab illis libertatẽ. Quo etiã tempore Otto de
Leina dux Tranſſyluan⁹, cum Gottingẽſibus non bene conſenſit. Cunq;
ciues non cederent, uel poſcenti, uel pręcipienti: ille obſidione urbẽ cinxit,
magis fame q̃ armis ſperans expugnare munitũ opidum. Firmauit foris
oportuno loco pręſidiũ: quo inſolẽtiã, ut ille dicebat, ciuiũ edomaret. Diu

dissimulauere ciues, timorem ostentãtes. Vbi iam in cõtemptum adducti uidebantur, erupere: & paratis ad eam molitionẽ reb⁹ necessarijs, nouam arcem fundo uerterũt, equarũtq; solo. Tum res in colloquia cœpit conijci equis conditionibus illi suo principi cedentes paruerunt.

VIII.

Wentzla⁹ interim Saxonię & Luneburgi dux, cum Friderico Brunswici principe rem cœpit in cõtrouersia agere, quę ad arma peruenit. Nam idem Wentzlaus, firmato ad Alram fluuiũ prędio, crebris inde excursionib⁹ terrã infestauit Brunswickcensem. Winsen nomen loco est in ditione Luneburgẽsi, ubi firmatũ erat fortalitiũ, cui⁹ hodie nulla extant uestigia. Alius interim Wentzlaus in Romano solio desidebat: cui⁹ frater Sigismũdus Vngariã obtinuit, per Ludouici proximi regis filiam, quã cõiugem tenebat. Ea fœmina magnitudine dotis quam regi afferebat, sublata in superbiã, cœpit regẽ contemnere: & uocato argẽtario iussit auri monetã de suo nomine cudi, cũ inscriptione: Maria rex Vngarię. Rex mansueti animi princeps, uerbis castigari satis putauit fœmineam insolentiã: quam illa non muliebri leuitate suscipiens, ipsam se repressit. Erant tum in aula, qui regi male uellẽt, arbitrati optimã accœpisse occasionem eius subuertendi per reginã: quã sciebant amarissime ab rege increpatã. Arbitrati fœmineã superbiã in ea furere, ausi sunt aggredi tentantes animũ eius: Scimus inquiũt regẽ maligno in te animo, pridem grauissime euectum, quẽ tu regem in regnũ prouexisti: Si te uindicare constituis, & ab eius solui nexibus, scio procerũ pene omniũ auersum ab illo animum: si quid audes, facile prosperaberis. Stupuit fœmina, sed prudenter dissimulauit, ut omnia exploret cõsilia. Tum ait: Quis rerũ modus tibi uidetur, ut illũ amoueam⁹? Ad hęc ille: Inueniem⁹ qui cubantẽ tecũ regem opprimãt, modo intelligam⁹, qñ erit tecũ in cubiculo: nam uiuentẽ detur hare regno plurimi laboris est. Tum illa, arbitror nocte ꝓxima cubiturũ: etiam, si aliud sentiat, facile inuitat⁹ parebit. Hęc illo omnia dicebat cõsilio ut se proderẽt cõiurati. Qui rem suggesserat ita abit, ut fidẽ reginę implo raret, omnia secreto agenda. Non abnuit ipsa. Sed ubi primũ cõuenit regem: Stupefacta, inquit, rem affero grandẽ, quę tui capitis, nisi caueris, habet perniciẽ: Ita mecũ quidã cõuenit, ut ꝓxima nocte te inuitẽ ad cubile: aderunt, & ferrũ tibi intẽtabũt. Tu uero anime mi: ut se prodãt cõiurati, simulabis noctis mecũ quietẽ habiturũ, secreti⁹ abiẽs. Probat rex cõsiliũ. Res geritẽ ex cõstituto. Iam noctis erat cõticiniũ, & cõiurati rũpunt regis cubile: Regina quę nullũ pro periculo somnũ admisit, ꝓfundo se simulat sopore stratã: Vbi solã uidẽt: Hęc, inquit, unus ex his, proditrix cõsilia nostra nudauit: uoluitq; in eã sęuire. Tum ali⁹, noli, inquit, innoxiã perdere. Scio grauiter expostulasse cum illo ante paucos dies: ut facile quis intelligat illã non amare. Et exeũtes in secreta se sua recipiũt, nihil tentasse simulantes. Sed ante lucem apprehensi pœnas dederunt.

CA. VIIII.

Hoc tempore comites Holsatię, Nicolaus, Adolphus, & Henrici iam ꝓmortui filij, Gerhardus, Albertus, Henricus, coram Margareta Danorũ, & iam Normannorũ regina cõuenerunt, totius

Danię procerū uoluntate: ut ducatus Sleſwickcēſis uni eorꝝ, quē ipſi deli
gant, iure feudi permittat ad ſucceſſionē legitimā: utcꝫ comites perpetuo
fœdere iuncti maneāt in fide coronę Danicę: nec per ullam occaſionē ad
bella quiſq; proſiliat: Sed cum aliquid inuicē natū fuerit queſtionis, Dani
ex Holſatis, & uiciſſim illi ex Danis binos eligant: qui rem in cōtrouerſia
poſitam dirimant: Quod ſi non poterūt, habeāt facultatē quintū aſſumen
di: cuius uotū alteri parti accedēs, rem omnē abſoluat. Ducatū uero cum
ea tēpeſtate Nicolao ſeniori deferrent, ille cauſatus ętatem recuſabat: Nec
Adolphus Wagrię comes magnis ſe rebus uir modeſtus uoluit implica
re. Ventū eſt ad Gerhardum Hērici primogenitū: Eum ſolenni iure regi
na inueſtiuit, ducēcꝫ Sleſwici appellauit, anno octuageſimooctauo poſt
milletrecentos a Chriſto nato. Sed priuſq; in latiorē Saxoniā reuertamur,
hic nobis eſt Holſatię angulus excutiendus. Henricus comes, cognomen
to Ferreꝰ, cum crebras & longinquas militās peregrinationes iniſſet, Ni
colaus interim frater domi ſedens ņidū aſſeruabat, ruſticā plębem ad ar
ma erudiuit, per ſingulas uillas cōmunibꝰ omniū impenſis, unum armige
rum iuſſit expediri: minoribus uillis permiſit ut binæ iunctis uiribus, &
equū & arma cū pugile prompto ſemper haberēt. Tenebat cōiugē Nico
laus matrē Alberti ducis Saxonię ac Luneburgēſis, qui cū Magno duce
Brunſwickcenſe, ut diximus, diuturnū bellū habebat: Arcē Horburg cū
ille expugnare ſtatuiſſet, Nicolaū uitricū ad arma uocauit: nec cunctāter
ille paruit: Wilſtrię incolas ducētos expoſcit mittere ſubſidiarios: Illi tam
prompto erāt in comitē animo, mille emittūt: quoꝝ forti opera uſus Ni
colaus, priuigno ſuo dictā arcē ſubięcit: Cum rege Waldemaro ſępe pu
gnauit, ſępe uictor, ſemel uictus. In Fionia mōte Manberg Nicolaus ca
ſtra fixit: rex Nuborg oppugnauit, & multis uicibꝰ oppugnatione inten
tata fruſtratur, comitē aggreditur, iam alijs rebus intentū. Funus Holſati
tum ducebant, nam Benedicti de Aluelde militis defunctā cōiugem extu
lerunt: cuius rei occaſionē rex obſeruans, irruit in eos. Diſturbati Holſati,
difficile ſe collegerūt: cæſi aliquot, capti plures, in quibꝰ etiā Nicolaꝰ, qui
amiſſo in pugna oculo, a Dano quodā equo deturbatur, & capitur, arma
victori victus tradit: ipſe abire permiſſus, uix in ſua magno labore reuer
titur. Rex cum prędā recenſere, uidit loricam Nicolai comitis, quā facile
diſcręuit in manibꝰ cuiuſdā: interrogatꝰ a rege, cuius eſſet lorica, & ubi il
lum reliquiſſet: abire, inquit, fide præſtita permiſi, Nicolaū ſe de Redenſ
borg uocitabat: Vero inqt rex, ſe nomine appellabat. Tum primū intelle
xit qui cœperat, comitē fuiſſe, quē dimiſiſſet. Flensborg opidū mari expo
ſitū, & monte munitū rex ſępe obſedit: Nicolaus montē cōmuniuit: ciui
buſcꝫ permiſit, ut muro cingerēt opidū. Dorning arcem Henneke Lem
beke tenuit: eam rex magnis copijs circūſedit: intus erat prędidiū pluſq; tre
centorum, quo citius ad inędiam redigi poterāt: Immiſit Nicolaus aliqñ
ſecretos nuncios in cōſolationē obſeſſorꝝ, ſed cōmeatus inuehere non po
terat: Ad extremū, cum iam fames urgeret, cōuenit ut deintus obſeſſi erū
pentes, deforis comes, incurrerēt una obſidētibus nihil formidātibus, tum

mali, qui obsederãt: Subito apertis portis proruũt, magno clamore uoci-
ferantes: Holstenland frowe uan hẽmelricke, & deforis comes nõ minore
impetu incurrit: & exterritis Danis, quid ageretur ignorantibus, agmen
unum, cui per mediũ riuũ succurri non poterat, facile dispulerunt, multis
captis. Ita obsidione soluta, & cõmeatus habuere fugientiũ, & reliquum
agmen non diu post se ab obsidione retraxit. De Wenstenzee potens mi
litarium familia, illa ætate defecit: ut supereſſet solus ex genere mamzer.
Rogatus comes, ut illi arma sui generis permitteret, ne tanta familia peni-
tus interiret, respõdisse fertur: Misericors deus, Aspriolus non denuo cõ-
scendet in arborẽ: Ea enim erant insignia familię de Westẽzee: Pertinaci-
am eorꝝ expertus, non amauit propaginem. CA. X.

Am dudũ Henricꝰ Ferreus, Nicolai frater, multis ubiqꝫ laborio-
i bus exantlatis, ad annum Christi octogesimũ primũ post mille-
trecentos finiuit, sepultus in Itzeho: relinquens, ut diximus, filios
Gerhardũ, Albertũ, Henricũ. Gerhardus ducatũ assequit Sleswickcen-
sem. Albertus in comitatu partis suę remansit. Henricꝰ eligitur episcopus
Osnaburgẽsis: sed propter schisma, quod tum pernicioſe serpebat in eccle
sia, sine cõsecratione permansit: diu prędidens temporalibus, donec fratri-
bus defunctis, ad tutelam nepotũ, filiorꝝ Gerhardi ducis in Holsatiã, ꝙd
suo loco dicemus, reuerteretur. Thietmarsi populus in perpetuã Holsatis
positus palestrã, difficulter ab iniurijs tẽperat, ꝙ se omnibꝰ nobilitate, ut
ferunt, & robore, ut putant, anteponũt: nec se patiunt̃ ęquari cęteris. Oc-
cisos de sua gente magno licitantur: sed quos ipsi ex alijs cędũt, nullo ęsti-
mant precio. Iniuriantes primi ueniũt ad querimoniã: difficulter cõquie-
scunt: Nisi duplo maiore damno aduersantibꝰ illato, iram non ponũt. Si-
multatem tum, ut sępe alias, habuere cum uicinis Holsatis: & passi, nescio
quid, ut asseruere, uel molestię, uel damni, turmatim egrediũtur, magnam
ex Holsatia prędam ante se agentes. Nũciatur Nicolao comiti Thietmar
sos in terra grassari. Ille coactis uix triginta equitibus, uicinos rusticos iu
bet exciri: & armis, quę poterat, cõtractis procedit in hostes: Prędisit spe
culatũ, qui de numero, & ordine referret. Reuersus ille renũciat tantã esse
manũ, ut paruo agmine ĩuadere nõ sit cõsiliũ. Cui comes: misericors, inqt,
Deus cur nos terres? mitte conatꝰ in timorẽ: Sequimini me ad minꝰ uiden
di sunt qui nostra diripiũt. Prouectus ut in cõspectu haberet hostes in lo
co qui dicitur Tiperflo, suos cõpellat, in eos cõuersus. Perpetuum, inquit,
erit dedecus nomini nostro, si nobis uidentibus nostra hostes abigãt: Hęc
est puellarꝝ illa chorea, quã sępe iactatis: Dei nomine ingrediamur: Non
erit nostro deinceps dignus cõsortio, qui se subtraxerit ex hoc congressu.
Dixit, & hasta infesta concurrit oppositis. Idem fęcere qui astitere mini-
steriales. Disturbato primũ globo, rustica manꝰ superuenit, & diu paribꝰ
est certatũ uiribus. Inuentꝰ est ex Thietmarsis, qui hanc sibi gloriã arroga
ter, congrediẽdi ductori comiti: cũqꝫ manu aggressus, nisus est equo de-
turbare: Sed Nicolaus, ubi uidit ferociꝰ instantẽ, gladio suo caput deme-
uit, discinditqꝫ. Eius exemplũ sequuti cõsortes, illa die magnam illam ma-

num nõ solũ sustinuere, sed etiã repulere. Inde in cõmunia placita res decurrit: ubi æqua se manu euasisse Holsati: Thiemarsi uero se superiores gloriarẽt. Cõuenit utrinq; ut sublatis differẽtijs, certis locis Holsatię Thietmarsi, ut ab antiquo, immunes uectigalibus abirẽt: Cęterũ iniurias, quas prętenderẽt, non pro suo more mox manu uindicarẽt: sed legitimis accusationib⁹ pferrẽt ad comitẽ: Eaq; res datis inuicem literis placito cõstitit. Vir erat hic comes, & mãsueti animi, & circumspectę prudẽtię: qui rusticam plębẽ nõ cõtemneret, sed ipse querulantẽ audiret, si quid in prefectos deferrẽt: Nihil erat opus alterius interuẽtu: Ipse qui grauabat dñm quęritabat, & placidas aures reperit. Inde factum est, ut ad iniurias non tam prompte prosilirent rusticę multitudinis militares: sed æquo iustoq; contenti manebant.

CA. XI.

Tto per idẽ tẽpus dux Brũswickcẽsis, Henrici Trãsiluani de Embica, & Grubẽhagen fili⁹: qui Exfeldiã, Duderstadt, & pleraq; Moguntino archiepiscopo uendidit, per Italiã Karoli Imperatoris tẽpore, & Wẽtzlai filij ei⁹ copias ductabat: Cum inter Vngarię & Hispanię reges, mixtis Gallis, res de regno Neapolitano esset in cõtrouersia longa inter primores Italię cõuersatione, & militię usu, ad familiaritatem Iohannę reginę peruenit: & ab illa etiã principatu donatus Tarẽtino, thalamum, ut nõnulli sunt authores, ei⁹ reginę promeruit. Viuebat, presidebatq; tum in Ro. ecclesia Vrban⁹ .VI. qui ex episcopo Barẽsi ad summũ trãslatus põtificatũ, eo rem sua seueritate pduxit: ut cardinales, quod ante dixim⁹, Galli, innouata electione Clementẽ ei emulũ obijcerẽt, in magnũ Romanę ecclesię & totius Christianismi detrimentũ. Cum adhuc episcopatũ idẽ ageret, Ottoni Germano Brũswickcẽsi principi pfamiliaris erat. Inde factũ est ut in summo quoq; põtificatu adiret ab illo, pro quibusdã causis: & iã in collegio cardinaliũ diu supplicẽ sibi, passus est Vrban⁹ manere Ottonẽ, q; dissimulans põtifex aliud ageret. Cardinales aũt nobilis uiri perseuerantiã cernentes, in põtificem uerti: pater sancte, inquiũt, tẽpus est ut dato respõso, uir nobilis non se cõtemptũ arbitret. Sed ea magni fastus prætensio multos Vrbano auerterat. Hui⁹ Ottonis frater erat Melchior, ad episcopatũ proiect⁹ Zwerinẽsem: sed breui suoręq; in se odio cõcitato perijt toxico: quod in pontificũ illoręq; dicem⁹ catalogo. Otto autem sumpto magno secũ uiroręq; de Neapoli prudentũ comitatu, Vrbanũ iterũ adijt, tentans, si duricia ei⁹ emollita, cardinales dissidẽtes ad eũ inclinaret: Simul etiã Montisferrati iuuenẽ marchionẽ, eidẽ põtifici studuit cõmendare: cui desponsata erat puella regni Trinacrię hęres: ut illũ põtifex de illo regno inuestiret. Sed nõ potuit ille reflecti põtifex durus. Iam enim de nepote suo in regnũ prouehẽdo cogitabat. Erat inter ducis cõsiliarios uir magnific⁹, ac iuris peritissim⁹, Nicolaus de Neapoli: qui multis rationib⁹ & allegationib⁹ institit flectere & inclinare pontificẽ Ottonis postulatis: quę cõmoda inde sperarẽtur, quæ rursus incõmoda, si cõtempta illa esset, formidarent, ostendit. Sed nullis ille reb⁹ permouet. Vnde factum est, ut Nicolaus memorat⁹ exinde cardinaliũ partẽ iustificaret, auersus põtifici.

Otto aũt in ſuam uerſus ditionẽ, etſi illũ uerũ Petri ſucceſſorẽ, & crederet & tueretur, a familiaritate tamen uiri ſe retraxit: Quoſdam ex cardinalibus ſuis uinxit in carcerẽ, & examinari mãdauit quęſtionib⁹ grauiſſimis: dein de archiepiſcopos Reni creauit cardinales, retentis eccleſijs ſuis: epiſcopũ quoq; Leodienſem, & nõnullos genere & literis ex Germania pręſtãtes. Sed illi honore illo abſtinuere, contẽpto pontifice, propter uiolentã eius dominationẽ. Captos cardinales miſerabiliter excarnificauit: In eculeum ſuſpenſos quęſtionibus interrogauit uir ſanguinarius, tyranno ſimilior q̃ pontifici. Apud Genuã nõnullos aquis iuſſit mergi. Longã inde tragœdiam ſcripſit, qui uidit, Theodericus de Nyem ſecretari⁹ apoſtolic⁹: Sed Vrbanus breui fęcit finẽ uiuendi.

CA. XII.

g Erhardus dux Sleſwickcẽſis, Nicola⁹ & Adolphus comites Holſatię in opido Todeſlo, cum urbiũ Lubicę & Hamburgi oratoribus ad tractatus euocati, de cõmuni pace, decꝑ itinerantiũ ſecuritate ęgerũt: Cum interim conglobati plures ex hoc genere latrocinantium, facto agmine, in cõtemptum eorę, qui, quod ſciebãt, de illis excludendis deliberarũt, prouecti ad eius loci uicinia, pecora eius opidi abęgerũt. Intelligentes qui tractabãt quid ageretur, arma ſua circũſpexere, quę non in pugnam uidebant oportuna: nam ad negocia pacis exibant. Audiẽtes tamẽ, quia Lubicẽſiũ pręfectus cohortẽ habens in campis expeditã, quanta poterãt manu exeũtes inſequuti ſunt hoſtes: & ubi propinquauere, uiribus & armis cõiunctis, inuaſere abeũtes: & primũ quidẽ recuperauere prędam, deinde etiã poſtremos agminis inuaſerunt nõnullis proſtratis. Alij uero per fugã uix ſunt elapſi: ut eſt ſaltuũ in nemore infinita profunditas, quã equites penetrare non poſſunt. Quo tẽpore Tremonia bellum ſuſtinuit aduerſum ſibi uicinũ comitẽ de Marka, qui a ueteri memoria dicebant de Altena. Is comes adiutus armis archiepiſcopi Colonienſis, infeſtos tenuit agros ciuiũ ut egredi non ſinerentur: Ipſi aliquãtis uicibus arma in eum produxere, omnis deinde cõtrouerſia hoc modo tractatibus finitur, in eam cõpoſitionis formulã: ut Tremonienſes in reliquũ annuã comiti pro tuitione pecuniã, ut pri⁹, non ſoluerẽt: Ipſe arces nouas, quas ſub nomine archiepiſcopi Colonienſis erexerat, demoliret: ciues comiti uiginti florenorũ aureorũ millia mutuo darẽt: quę non ipſe quoad uiueret, ſed hęredes eius ſoluere tenerentur. In eum modũ rebus cõpoſitis utricꝑ quieuere. Vades erant uicinę urbes Suſatũ, Vnna, Hamma, ut omnia ex fide implerẽtur. Bernhardũ interea Brunſwici ducẽ a militarib⁹ de Stenberge captum, Albertus dux Saxonię & Luneburgenſis moriens ictu bombardæ, ſuaſit Luneburgenſibus, ut dominum aſſumerent. Sed cum ille captiuus diu teneretur, Wentzlaum Alberti fratruelẽ ducem accœpere. Interim Henricus dicti Bernhardi & Friderici germanus frater, pro fratre captiuo ſatiſfacere cogitauit: ut adminiſtraret ditionem capti fratris: Sed gemina illi difficultas erat: armis uidelicet occurrere Wentzlao, quẽ militares dominũ delegiſſent, & fratrem uinculis laxare. Sed Henrico obſtitere omnes. Ille tamẽ Friderici fratris uiribus multa tentauit: Arcẽ nouã in ri-

pa Alrę fluminis Wentzla⁹ obſedit: ſed ibi toxico periit. Artem ſubuertendi principes in Germania nouā, mirū quomō tam frequentarēt ab Italis acceptā. Habuit aūt in expeditione illa dux Wētzlaus auxiliaria multorum arma: Epiſcopi de Mynda, de Scowēborg, de Regēſten, de Hova comitū: milites multi, militares non pauci acceſſere: His ſupuenere Hēric⁹ & Fridericus de Brunſwico duces, & manu collata uictoriā reportauere. Vires aūt exercitus ſui habuere ex urbe ſua Brunſwico: Sed tum fortuna ducum illorę quę hacten⁹ tenuis erat, creuit uehementer: ut magno ex captiuis ere cōflato, & fratrē Bernhardum uinculis exuerūt, & arces ſuas pignore obligatas, in ſuā recœpere ditionē. Hac inſuper uictoria cōſequuti ſunt duces memorati: ut Bernhard⁹ iam liber, in ducatū Luneburgēſem, & ſolenniter introduceret, & cum ſumma beneuolentia reciperet. Luneburgēſes aūt hui⁹ rei authores, belli hui⁹ exitū diu ſenſerūt: nam eorę pecunia dux laxat: unde tantū eris alieni cōtraxerūt, ut in longū tēpus nō luerēt. Erat aūt tum ann⁹. MCCCLXXXX. a nato Chriſto. XIII.

a Dolph⁹ Wagrię in Holſatia comes, uberioris ei⁹ prouincię partis dominus & poſſeſſor nouiſſimus eius lineę, ab Iohāne primo Adolphi religioſi fratris Minoris filio, in fata cōceſſit. Quęſitū eſt aūt de proxima eius ſucceſſione, cum legitimos ſuos hęredes nō haberet: inuētūcę eſt, cp comites de Scowēborg, uel eodē cū Nicolao, uel uno gradu ipſi defuncto eſſent propiores: Quod cum pro cōperto omnes haberēt, Nicolaus, ut terra uno regeret deinceps dominio, comitib⁹ de Scowenborg ex formula cōuentionis magnā perſoluit pecuniā, deditcę perpetuo poſſidendā, eam iuxta Albim terrę portionē, in Pinnēberg Hateſborg, Bermſtede, tres, ut aiunt prefecturas: quas in hodiernū uſcę tenent comites memorati. Extant deſuper conuentionis mutuę literæ: nec alieni dehinc Holſatię fuerunt comites antedicti, ſanguinis nexu, & perinde armorę ſocietate ſemper deuincti comitib⁹, & iam principib⁹ in Holſatia dominātib⁹. Brandēburgēſem inde marchiā, quā, ut dixim⁹, Imperator Karolus ab Ottone genero ſuo uili ſatis licitatione cōparauit, Morauię marchionib⁹ Iodoco atcę Procopio, magno ab illis ere accepto in feudū donauerat. Sed Bernhard⁹ & Hēric⁹ duces de Luneburgo, Friderici de Brūſwico fratres, non pmiſere forēſes in marchia principes dominia ſua ꝓpagare: ſe ſe bello publico opponentes, pro quibuſdam arcibus, quæ pridem ducatui Luneburgenſi paruiſſe dicerent. Multi tamen miniſteriales ducum de Luneburgo marchionibus memoratis militauere. Sed cum magnum ſibi parari bellum marchiones intuerentur, per amicos egerunt: ut Fridericus, de Brunſwico dux, frater memoratorum principum, qui pacis zelator ab omnibus haberetur, eo bello neutralis eſſet, conquieſcens: in quam rem milletrecētas ſexagenas Bohœmicorū dicitur accepiſſe. Bernhardus autem & Henricus ſuis uiribus nixi, arces Snakenborg & Gartow expugnauere, uaſtātes omnia uſcę in opidum Soltwedel: Inde deflectentes ad arcē Klotzeke peruenerunt: Eam militares de Qwitzow tenentes, fortitercę defenſata eſt: ut prēter prēdā tum nihil referrent. Quo tem

pore Gerhardus dux de Sleſwico cõiugem duxit germanã fratrũ Friderici, Bernhardi, Henrici ducũ. Ciues per ea tempora Hãburgẽſes, trans Albim in loco Glindeſmor pręſidiũ non magnũ firmauere, inuitis de Luneburgo ducib⁹, cũ tñ militariũ de Hiddeſacker cõſenſum tenerẽt, in q̃rum fundo facerẽt fundamẽta. Sed facile tum fuit principũ fauorẽ auro, pmereri. Per quæ etiã tẽpora Bonifaci⁹. VIIII. ut unionẽ eccleſię interuẽtu Dei Genitricis impetraret, feſtũ Viſitationis Mariæ a prædeceſſore inſtitutũ, ipſe literis datis publicauit. Birgitta q̃q̃ inſignis ſanctitatis fœmina, quæ memoriã ſuã Romę ferẽ in eccleſia. S. Pauli reliqſſe, reuerſa in Sueciã, patriã ſuã, extruxit ſuis ſumptib⁹ monaſteriũ Waſteen. Erat enim magno genere militari nata: ibiq̃ in ſancta cõuerſatione degẽs, hoc tẽpore ſubuolauit ad Chriſtũ, miraculis clareſcens: iam tũc Eliſabeth ſororẽ comitũ Holſatię, ſacrã uirginẽ, in cõtubernio habẽs: quã pro ſe reliquit loci gubernatricem. Eam Bonifaci⁹. VIIII. retulit in Sanctos. Ordinẽ reliquit utriuſq̃ ſexus religioſor⁹, in uno monaſterio, non uno tecto diuerſantiũ. XIIII.

d Vces deinde Luneburgenſes, Bernhardus & Henric⁹, uocato in auxilium Alberto archiepiſcopo Magdeburgẽſi, arcẽ Klotzeke recœptatricem latronũ, & omniũ qui inſidiãtur in publicis itinerib⁹, aggreſſi armis & machinis expugnarũt: reptoſq̃ in ea latrones, crucibus, & furcis infixerũt. Quo etiã tẽpore, Otto dux de Leina ciuib⁹ ſuis Gottingẽſibus non recte affęctus incaſtellauit eccleſiã extra muros urbis indeq̃ excurrens, obſeruabat exitus & reditus ciuium: ut nihil poſſet importari. Sed ciues egreſſi cum impedimentis ad rem pręparatis, facile deięcerunt munitionẽ: captis in eo uiginti armigeris, quos belli iure ſua fide ſinunt abire: deinde, cum dux nihil minus obſideret urbẽ, ſcirentq̃ ciues multum eſſe in urbe uulgus mendicantiũ, oneroſum obſidioni perferendæ, ut eĳcerẽt, non ui, ſed cautela intenderũt. Edicunt in loco extra urbẽ ad agendas Deo gratias de uictoria, ſtipem largam diſtribuendam: qui eam depoſcat, ad horã aſſit accœptur⁹ cum cęteris. Magna colluuies hominum concurrit ſtipem accęptura. Datur illa large ut erat edictum: ſed urbe a tergo clauſa, tum cunctis enunciatur: Eãt quo poſſint, panem quęſituri: non eſſe illis in obſeſſa urbe locũ, ubi grauare poſſint, adiuuare non poſſint, ad meliora tempora reuerſuri. Diſſeminantur illi, qua quiſq̃ poterat. Ita factum eſt, ut exonerati obſidionem diutius tolerarẽt. Phriſij interea ſuperbum gen⁹ hominum, & quod ſibi multum arrogat de libertate, Ockonẽ uirũ in eis primariũ: q̃ inter Germanos militãs, militarẽ cingulũ accœperit, factus eques auratus, occiderũt: arbitrati illũ a patria libertate degeneraſſe, cui peregrinam inducere tentauerit noblitatem. Mira hominum temeritas paluſtrium. Cęca ſuperbia, quę inſolentiam inde concipit, q̃ non facile armis ad iuga coguntˉ. Vxor aũt Ockonis, uiri necem uindicatura, ad comites de Aldenborg, & Delmenhorſt profecta, arma comparat in tumultuantes. Non contemnenda manus erat quę ducit in Phriſiam: eccleſiam, quam de more gentis incaſtellauere, oppugnãt: deięctaq̃, Phriſones ibi repertos ad ducẽtos iuſſit capite plecti. CA XV.

Ricus dux Saxonię inferioris, cũ a Magnopolenſibus infeſtaret,
e non paſſus iniuriã, quanta potuit arma in poſſeſſiones & prędia
familię de Lutzowen mouit, deięcitq; quatuor ei⁹ gentis firmas
munitiones, quintã uero ſibi reſeruauit in Turow, præſidiũ ibi habiturus
quoties in terrã memoratã eſſet expeditio dirigenda. Quo tempore, cum
eſſet nonageſimuſſecũdus poſt milletrecẽtos, gymnaſiũ Erphordię ſe fun
datum eſt, Bonifacio. VIIII. priuilegiũ donante, theologica ibi permiſſa
facultate. Non uacat admiratione, Germaniã tamdiu ſine publicis ęgiſſe
literarũ gymnaſijs. Francia quidẽ a memoria Karoli. I. eo genere claruit.
Italia nõ lõge poſt Bononię, & quibuſdã alijs locis publice docere cœpit.
Sed Germania omniũ ad cultũ nouiſſima prouincia, nũc primum incipit
publicã excolere palladia. Nam Bohœmia, non diu eſt, q̃ ſub quarto Ka
rolo Imperatore & rege ſuo, Prage publicũ meruit literarũ gymnaſiũ. In
terim uero Morauię marchiones, Iodocus, & Procopi⁹ fratres, cum etiã
Brãdẽburgẽſem tenerẽt principatũ, graui inuicẽ bello diſſidebãt: cũ alteri
Wentzlaus Romanor̃ rex, alteri Sigiſmũdus Vngariæ rex, item fratres,
ſtuderent. Bella eius generis formidabilia, quę pluſq̃ ciuilia dici debent:
Sed ęqueuitas nataliũ inter fratres facit, ut alter alteri non cedat. Per idem
tẽpus, cũ Fridericus dux Brunſwici grauiter a militaribus eccleſię Hilde
ſemenſis, de Stenberg, atq; Swichelen, cõtemneretur, in eos armatũ pro
duxit exercitũ, nec illi minores animo fiderẽt duci obuiã, pficiſci, amicis &
fœderatis in arma uocatis: Non procul Goſlaria, magno utrinq; concur
ſum eſt prelio, pugnatũq; diu ancipiti fortuna uariante. Cum iam inclina
ri pars ducis uiſa eſt, uelut cœlo miſſa cohors equitũ ſub manu militis de
Godẽſtede duci aduolitat: Feſſis recẽtes uirib⁹ incurrũt, & facile uictoriã
duci pariũt: uulnerati, cęſi, capti, magna pars militariũ antedictorũ: Dux
ex captiuis nõ paucã accœpit auri ſummã, cõpẽſans, quã pridẽ illis impen
derat, ad fratris ſui Bernhardi dudũ ab eis capti redęmptionem. XVI.
Ernhardus dux Luneburgẽſis, & Otto comes de Hoia, cum ho
b ſtili eſſent animo in epiſcopũ Oſnaburgenſem (incertũ ex quib⁹
cauſis, nihil enim annales cõmemorãt) magno agmine ingreſſi di
oceſim, igne ſęuiũt ac gladio ad inermẽ ruſticã plębẽ. Magnã aũt prędam
prę ſe agẽtes, cum opidũ de Vechta pręterueĉturi in ſua redire feſtinarẽt:
ciues eius opidi cõclamãt ad arma, ſigno campanę edito, & egreſſuris ob
iecti, prelium inſtituũt: ita perurgẽtes, ut facile omiſſa pręda fugę pręſidi
um quererẽt. Ita unius opidi animoſo obiectu, dioceſis ſatis, & uindicata,
& reſtituta eſt. Quo etiã tẽpore, Ericus dux inferioris Saxonię, Bernhar
dus & Henricus de Luneburgo, & Gerhardus de Sleſwico duces, Nico
laus de Holſatiæ comes, fœdera inierũt quadrięnalia: ut aduerſus omnem
undequaq; ſurgentẽ uim, ſi iuſticia certare non daretur, arma cõuerterẽt.
Sępe multa eius generis fœdera legunt̃, quę miſelli pro ſuo captu interpre
tãtur in eã partẽ, quã ipſi forte principes nũq̃ in animũ adduxerũt: Aduer
ſus urbes omnia ea inſtituta detorquẽt, de ſuo penſu eſtimãtes aliena inge
nia. Hoc quoq; tempore, Otto de Leina dux uita exceſſit princeps uarię a

fortuna iactatus, & qui a reb⁹ gerendis uacare non potuit: Semper intẽ tus, ſemper bellis implicitus: Cui cognominis fili⁹ Otto ſucceſſit, patri plu rimum diſſimilis: ſub alio ſydere natus, pacis amator, modeſtię amicus, & qui omnibus rebus publicã quietẽ anteponeret. Per quę tempora, Bran denburgenſis marchionat⁹ iterũ mutat principes ſuos: Nam Iodoc⁹ Mo rauię iam dux, bello fraterno fatigat⁹, cum eris indigus uideret, Wilhel mo Miſnenſi marchioni eundẽ hypotecauit, accipiens ab illo quadragin ta millia ſexagenas Bohœmicorũ: Opida, & urbes, arcium prefecti, & in omni principatu militares, homagiũ preſtitere Wilhelmo. Quo etiã tem pore, Albertus Magdeburgẽſis archiepiſcopus, cum Ratenow opidũ ad Obelam fluuiũ obſideret, proditione quorũdam qui intus fuere in dedi tionem accœpit: Sed ille iuſta prodentib⁹ prędia perſoluit: Iuſſit eos exce dere terra cũ uxorib⁹ & omni familia, certus in ſe facturos ubi daret occa ſio, quod nũc pro ſe feciſſent. Ita diſcreuit fidẽ a cõmodis, cũ illoꝝ uteretẽ opera: factũ tñ non probabat, perniciem exempli proſpiciens. XVII.

Es memoratu digna, etſi noſtris extranea ſit inſtitutis, impetrat tamen a nobis in mentionẽ adduci. In Agrippina Colonia perni cioſa tum erat ſimultas in ciuibus: duplex habuere in urbe cõcili um: Arctũ, eoꝝ qui quotidiana ciuiũ negocia curarẽt: & Latum, ad illos quoq; pertinens, qui magnis reipublicę negocijs aſciſcerentur. Erat ex la tiore cõcilio uir primari⁹, quẽ legitimis cauſis proſcripſere magiſtrat⁹ con cilij ſtrictioris. Parendũ fuit: Sed ille apud principes, effecit ut eoꝝ opera reſtitueretur. Non poterat abolere memoriã in ſe patrati facinoris: multa molirẽ ut ſe uindicet. Denicq; cõſtituit, ut concitata plębe, omnes de ſtricto concilio in uincula faceret pertrahi. Nouit ſcelerũ artifex quib⁹ poſſet re bus mobile uulgus nouarꝝ rerꝝ ſemper cupidũ cõmoueri. Dum iſta moli retẽ, perſenſere uiri ſagaces minoris cõcilij participes: & prœueniẽtes moli tionem cęteroꝝ, Latum conciliũ per eandẽ multitudinẽ fecere in uincula duci. Erant ſenſati in cõmunitate uiri, qui utranq; molitionẽ improbarẽt: effecerũtq;, ut min⁹ etiã cõciliũ cuſtodię manciparet: quo min⁹ quererent cęteri iam agentes in cuſtodia: & utriſq; diligenter cuſtoditis, ipſa cõmu nitas utrunq; concilium abſoluit: & nouo delectu habito, conſtituerunt ſenatum alium: & ut in reliquum ciuitas, non duplici, ſed unico concilio gubernaret decreuerũt: quod ſeruatũ in hodiernũ, nõ paruũ dedit rebus incrementũ. Dux quoq; Bauarię Albertus, per id tẽpus, cum haberet co mitatũ Hollandię per maternã lineã, quę filia fuit comitis Hollandię, uici nam Phriſiorꝝ libertatẽ cõſtituit ptentare. Vrebat oculos ei⁹ paluſtris po puli infrunita libertas. Eam perdomare cõſtituens, magno ſuorꝝ agmine ingreditur. Cunq; magno labore diu cõfligeret incolis, is fuit exitus, quẽ fere ſemper in his reperim⁹, ut ſine fructu diſcederet, uidens, quia pedeſtri bus copijs a mari potius, q̃ equeſtrib⁹ a terra premeretur hoc genus. Sed ille tum reductis armis ſuis, populũ reliquit in eo quẽ reperit ſtatu. Quo etiam tẽpore, dux de Leina iunior Otto, cum ei auxilio eſſent urbes Tu ringię, Erphordia, Northuſen, Molhuſen, arcem Hindenborg, latronum

recœptatricem cinxit obsidione: & instãtissime oppugnãs excitato fumo in ora propugnantiũ, fugã inire coegit, Præsidiũ æquarũt solo: sed egressos prędones numero quadragintaduos captos, una in furca sublimes appenderũt. Griphẽsten aliud furũ latibulũ, simili exitu pdiderũt euertẽtes. Sed qui inerãt fuga elapsi, manº eorũ euasere. Nicolaº interim comes Holsatię uir priscę uirtutis, & modestię singularis, iã in senecta uberi totº conuersus ad religionẽ, deo sedulus seruiebat, per omnẽ uitam affectus diuino cultui: Detestabatur multorũ abusus principum, qui monasteriis graues incumbunt, canibus, aut equis alendis onerantes: sciens, non in illos usus esse collatos religioso loco, puentus. Mimis aut musicis non multũ indulgebat. Venerat ex Dania Haraldus, multis ornatº uestibus preciosis, auri & argẽti signa plurima, quę a principibº dono accœpit in pectore prętferebat. Hũc expectantẽ magnũ aliquid a comite, iussit assidere musicis suis, nec magno xenio honorabat abeuntẽ. Dixere nõnulli in aurẽ familiarius comiti: honestati cõsulẽtes, honorifice multorũ principũ cõmunem famulum abire curabitis, solenni donatiuo: Habẽt enim huiº generis homines in lingua, uel extollere, uel deiicere nobilitatẽ. Cui comes: Quid ais, inqt, Vestibus ille multis prędditus preciosis, etiam me, ut cernis, splendidior incedit: Ego me notiorẽ principibº esse cõsido, q̃ ut detrectatioue uilissimi hominis maculer, uel glorificatione nebulonis extoller: abeat in uiã suam a me nullo maiori munere remunerandus. Peruenit aũt hic comes uiuendo, ad annum Christi nonagesimũ septimũ. Finiuit in curte Osthof iuxta Itzeho: tumulatus ad patres suos, in eodem monasterio, nõ magna pompa funerali.

CA XVIII.

Erhardus dux Sleswici, cũ fratribº nõ unũ sentiebat in diuisione paternæ hæreditatis. Sublato Nicolao patruo, fratres arbitrati ducatu illum contentũ, illis omnẽ iure permitteret comitatũ: Sed dux contra: Esse sibi in successione paterna partem: Nam ducatũ alterius esse ditionis a corona Danię descẽdentẽ. E diuerso comites, ducatum esse permissum comitibº Holsatię: Ideo si Gerhardus sibi partẽ uelit in comitatu, pmittat uicissim illis in ducatu portionẽ. Ad eã cõtrouersiã dirimẽdã, principes in Todesło cõuẽtũ indixere partibº. Venit Albertº rex Sueciæ, iam captiuitate laxatº, Hẽricº dux Luneburgẽsis, Ericus Saxonię, Adolphus de Scowenborg comes: & diu rem pertractantes, multa perquisiere media concordię, nec tamẽ inuenire poterãt, quæ partibus cõprobarẽtur. Cunqꝫ nullis uĩs ad cõcordiam pertingerẽt, sine fine discesserũt. Militares aũt Holsatię, cum non libenter cernerẽt fratrũ bella, de medĩs cogitauere diligentius: Ita adunati frequẽter de re colloquũtur. In fine cum multa disquisissent, uolũtate fratrũ in eã uenere sentẽtiam. Senior inter fratres ducatũ teneret: Et qm laboriosa semper prouincia fuit, nouẽ annis tertiã teneret Holsatiæ: quibus decursis omnẽ fratribº permitteret comitatum. Inqꝫ ea placita fratres cõtenti abierũt. Erant aũt Gerhardo fratres Albertus & Henricus: quorũ Henricº in epũm Osnaburgẽsem electus, propter ecclesię schisma, nõ puenit ad cõsecrationẽ. Quo tẽpore Henricº & Bern-

hardus duces de Luneburgo indignati ſunt urbibus Lubicę, Hāburgo, Luneburgo, ꝙ tertiā illam ſuę ditionis urbē, nō pro arbitrio ſuo haberēt defenſatā a uicinis iam dictis urbibus: In quā rem ut pacaretur, integro biennio eſt laboratū: cum mercatores ire & redire non ſinerētur. Tamen interuentu cōmunium amicorū res in hanc formulā cōpoſita uidebatur: ut tres urbes memoratę magnā ducib⁹ expromerēt pecuniā cōmodati titulo: Impignoratas autē tenerēt arces, Horburg Luneburgenſes, Blekedeken Hāburgenſes, Ludershuſen Lubicēſes: præſidiūꝙ deiectū eſt in Vltzen: præter turrim, quæ ualua, ut erat, ꝑmāſit opidi. Fortalitiū q̄ꝙ deiciūt, q̄d in Honouerēſes erexere. Per quę etiā tēpora, Albertus dux Bauarię, ac comes Hollandię, expeditionē in Phriſiā renouauit, cautiorꝙ factus priore periculo, aliū gerendarū rerꝝ ordinē inſtituit: Magnis agminibus prędit⁹ uariis in locis uno impetu adortus, coęgit imperata facere & in deditionē cōcedere. Cū nonageſimuſnon⁹ eſſet poſt milletrecentos, per brumā gelu terras ac maria conſtrinxit: ut ſicco ueſtigio e Lubica per mare, in urbem Sundēſem, inde in Daniā perueniret: Qua oportunitate uſi fratres de domo Theutonica, Maſſagethas oppugnare aggreſſi, ꝑſperant: Nā lac⁹, & paludes, & omnia recœptacula eorꝝ glacie durata iter prębuere. Vſus eſt Albertus quoꝙ comes Holſatiæ, qui in Phriſiā Eydorēſem mouens glacio & igne ſęuijt: coęgitꝙ populū terrę, datis ſedecim marcharꝝ millib⁹, totius terrę uaſtitatē redimere. Hoc tum potuit comes unus adiutus temporum ratione.

CA. XVIIII.

Obertus dux Bauarię Comeſpalatin⁹ Reni, cum Wentzla⁹ rex
r Romanorꝝ nullis monitis proficeret, nullis rebus præter ſuā uoluptatem intenderet, neꝙ Bohœmiā, neꝙ Romanū regnū in ſua cura complexus, uir ipſe perditiſſimus: electoribus Imperij Franckfordiæ cōgregatis, Wentzlao deplorato, & deſtituto, in regē Romanorꝝ eligit: & a Friderico Colonienſi archiepiſcopo, de more Aquiſgrani cōſecratur. Ad huius principis ſalutationē, cum aſcenderet Frideric⁹ dux Brunſwici, optim⁹ ſenſatiſſimuſꝙ princeps, & qui multo labore ad pacem & iuſticiā cōtēderat, digniſſim⁹ Imperio, nō lōge a Friſlaria impetit⁹, cōfoſſuſꝙ eſt. Facile fuit peregrinantē in alieno ſuperare. Non qui perfęcere nephas, ſed qui occultis cōſilijs, uel iuſſere, uel diſſimulauere inſimulātur. Sēper enim improborꝝ oculos offendit cōſpecta uirtus. Rodulphus dux Saxoniæ in huius tranſiens comitatu, captus eſt cum multis nobilibus. Eccleſiaſticos principes ferunt rei fuiſſe conſcios: qui non quod acciderat forte mandauere, ſed ut caperetur: capi aūt non paſſus perijt. Hoc aūt pręuidere oportuit mandatores, in captura ſanguinē fluere. Moguntinus archiepiſcopus accuſabat, qui neſcio ſi recentiores in eū cauſas obtendere potuit: reſpicere poterat in antiqua tempora: ut ſunt principū animi diu memores iniuriarum: quibus Albertus huius proau⁹ captiuū tenuit archiepiſcopum Moguntinū, nec, niſi magno ære perſoluto, paſſus eſt laxari. Quo etiā tēpore Ericus dux inferioris Saxoniæ exceſſit & quinꝙ filios reliquit: Ericum, Magnum, Ottonē, Bernhardū, & Iohannē. Maior natu Eric⁹ patri in di-

tione ſucceſſit: Magnus ad epiſcopatū primo Caminēſem, deinde Hildeſe menſem prouehitur: Otto & Iohānes cęſi perierunt: Bernhardus poſt Eri cum potitus eſt ditione. Sed tum Ericus circūſpiciēs anguſtam eſſe terrā multis alendis principibus, de amplificanda, ut fere omnes, cogitauit diti one. Pater ei⁹ Bergerdorp, magna accœpta pecunia, Lubicēſib⁹ in pignus dedit: Illi fide militari ꝓmittūt Ottoni Ritzerow, accœptis de more ab il lo ſacramētis, uiro probatę uirtutis, ſed ad aſtus militares ſatis, ut exit⁹ edo cuit, ſimplici, nec ſatis cauto. Eric⁹ in opidū ꝓueniēs, Ottonē arcis cuſtodē iuſſit euocari, percunctat⁹, quomō ageret. Ille mediocriter ſibi omnia eſſe pro modulo reſpondit: Eam⁹ inquit dux uiſum ubi habites. Ille nihil ma li ſubeſſe ueritus: ut qui noſſet arcem, non ui captā, ſed ęre cōmodato pi gnoratam, facile paſſus eſt principem in arcē aſcendere. Vbi uenit, iam Ot tone comitatior: Bene, inquit, omnia cōmuniſti: ſatis diu aſſeruaſti: abſol uo te cura & labore: uade quo libet: ego patrimoniū inde meū aſſeruabo. Otto fidē eius obteſtat⁹, ſperat, non ſerio, ſed ioco loquutū. Ille uero: Au dis quid tibi dicitur: arcē noſtrā ipſi tuebimur. Iam ſe ſua ſimplicitate de luſum ſentiēs, mœſtus abijt: cōſcenſiſq; equis ſuis recta Lubicā petit, cum gemitu obteſtatus ſibi illuſum a duce: pro arce illis reddere corpus ſuum, & omnia quę poſſideat: uitā quoq; ſuā in illoꝝ eſſe manibus: & quomo do potuerit tale aliquid in principe formidare, in quo nihil hoſtile ad eam urbem cognouerit. Illi tum cōſulares aiūt, in hoſpitio ſe cōtineat ſub fide ꝓeſtita, donec aliud ab illis reſponſum accipiat. Preſidiū ſui nominis, q̄d hęreditario iure tenebat illis reddere paratus erat: ſed illi non accœptaue re, impiū rati exhęredare liberos ſuos. Ille autē dolore magno in eo cogi tationes torquēte, breui Lubica uitā in merore terminauit. XX.

Odulphus comes de Anehold epiſcopus Halberſtadēſis, per ea tēpora cauſam intentauit Burgēſib⁹ ſuis. Illi auerſi mādatis, pon tifici ſe ſuo oppoſuere. Ille gladiū in eos diſtringit ſpiritualē, uſq; ad diuinoꝝ interdictum. Clerus omnis, cum parere neceſſe haberet, & ſe tutum in urbe non ſperat, ceſſit loco in uicina opida dilapſus: nec enim niſi diuinum celebrarēt officiū in urbe paterent. Fratres mendicātes tum ho nori eccleſię matricis ut tenerent deferentes, una ceſſere, paucis ad cuſto diam domoꝝ relictis: Nōnulli ſeculares ſancta ꝓphanarūt: ſed illi poſtea merita ſunt aſſequuti ꝓmia. Pacata aūt res eſt intra annū, ut quiſq; ſuo loco reſtitueret. Tamerlanes per ea tempora, princeps Tartarici generis, graſſatur inter Turcos, captum circumducens eorum Imperatorem. Res commemoratione digna: ſed noſtris inſtitutis aliena, ab alijs quoq; occu pata: ſolum a nobis tēporis cōmemoratione deſignatur. Sequente anno Magdeburgēſes quoq; ciues in clerum ſęuierunt, diſſimilem tamē ob cau ſam: ꝙ imponerent capitulo & clero uariatam monetam ab archiepiſco po. Effractę ibi canonicorum curię: duę etiam conflagrarunt: omnis cle rus loco ceſſit, donec Domino ꝓcipiēte rediret tranquillitas: Ira tumul tuantis populi beſtia eſt omnium ferocium ferociſſima: quæ nullis rebus complacatur. Per quę tēpora, Hēricus & Bernhardus duces mortē dolo

rosam Friderici fratris uindicare statuentes, in cõmunionem belli uocaue re Ottonẽ ducẽ de Leina, principẽ sui sanguinis: Hermannũ Hassię Land grauium: Henricũ de Honsten comitẽ. Duxere in arcem Gebeshusen, in qua cõsederant, qui atroci & cruẽto facinore optimum principẽ cõfode runt, cingentesq; arcta obsidione expugnauere, elapsis qui intus erãt. Per quę etiam tempora Albert⁹ Magdeburgẽsis archiepiscop⁹, uita excedens locum fęcit Guntero de Zwartzeborg comiti ętate iuueni. Sed tum faci le fuit in diuisione schismatis cõfirmationẽ impetrare. Tum etiam ciuitas Mindensis, pontẽ illum, magnis molibus lapidũ in pedes cõiectis, firma uit super Visurgum: Sed nulla uis par esse potest intumescẽti glaciali flu mini: disiectus & ille partib⁹ quibusdã, maiori tñ in parte constabat usq; adhuc. Interim pessimo exemplo, ex quibusdã non satis proditis causis, in se uersę uicinę ecclesię Magdeburgẽsis & Halberstadensis, uocatis in par tes suas quisq; cõtribulibus, miserabiliter inuicẽ sese lacerauerũt: cum al teri domus de Aneholt: alteri de Zwartzeborg inhęreret. Nec potuit fa cile res tanta intercipi, donec utrisq; fatigatis, qui impulerant, & euastatis agris, magistri coquinarq; finem bello indicerent. Misera agricolarq; cõdi tio, qui primi & onera laboris & bellicę cõmotionis primi sentiũt incom moda. Sed hęc, quia in dños redundãt, intentantur.

CA. XXI.

a Nnus erat quartus post millequadringẽtos, cum Eric⁹ dux Sa xonię, qui socer esset Alberti comitis de Holsatia, nõnihil simul tatis haberet ad populum Thietmarsię. Pręsumpta generi uolun tate, cum ille abesset, tacitus duxit per Holsatiã, incq; aridã terrę illius mo uens, prędam abęgit: nonullos captiuos abduxit, in sua reuersus. Thiet marsi literis apud uicinos principes & urbes questi q; Holsatiæ comites non satis suo respodẽtes honori, nihil hostile de more renũciantes bella ge rentium permiserint ducẽ Saxonię Ericũ per suã ditionẽ ire, & cum pręda redire: q̃d non longe diuersum sit ab inuadẽdo. Quid enim esse aliud fo uere aduersariũ q̃ aduersa sentire? eam rem indigne tulit Gerhardus dux Sleswici, fratrẽ increpans q; tale aliquid ꝓmiserit: nõ enim ueri simile uide ri, se ignorãte tale aliquid per dñium suũ fieri: Albert⁹ aũt se fratri q̃ sancte iurãdo purgauit: nulli⁹ se eius operis fuisse consciũ. Dux ad hęc, bene ha bet: Illęsa permãsit integritas nobis a maioribus optima hęreditate relicta eam tuebimur, & uerbis, & reb⁹. Ilico literis ad Thietmarsos emissis gra uiter increpauerũt temeritatẽ scribentiũ, q; honori dñorq; nõ leuiter detra xerint, q; neq; ꝓprio pepcerint, obliti decoris etiã sui: mentiẽtes apud uici nos principes & urbes. Qua de re satisfactionẽ cõdignã se postulare. Ad principes aũt & urbes, purgãdę infamię gratia similes dedere. Ea amaritu do etsi attentata sit, aliq̃t uicib⁹ per tractat⁹ aboleri, deliniri, aut cõplacari. Tam alte cõsedisse in cordibus ducis & comitis, cõspecta est: ut omnis co natus in aduersum frustraretur, nec ulla potuit ratione cõplanari. Mul tum ibi laborauerunt uicinarum urbiũ oratores: sed omnia incassum bel lum uoluere Holsati, bellum excreuit. Animosi Holsatiæ militares impu lerunt dominos suos, ut expedito agmine terram ingressi, multã prędam

abęgerint, & ante opidum Meldorp, in Delbrugge erexere præſidium, quod diu ſeruauerũt. Thietmarſi hoc oppugnãtes, ſępe ſuorum plurimis, amiſſis ſunt repulſi. Meldorp opidum Holſati facto impetu capiũt: quo in pręlio, aliquot militares militię cingulum, ut eſſent aurati equites, meruerunt: Sed nemo fiſus eſt in opido, quod immunitũ eſſet pernoctare. Conglobati incolę, deĳcere præſidium ſunt fruſtra conati. Ab Hanerow, Tileborg, Swaueſtede, multis diu afflictionibus atterũtur. Albert⁹ comes ſuorũ expedito agmine duxit in Northãme, ibiq; multã prędã coęgit. Supuenere adunati magnis turmis incolę: illo ꝓculdubio tẽpore agmẽ oñe Holſatorꝝ ad pernicię incluſuri: Sed increſcẽs tum Eydora flumẽ, uallẽ impleuit quę locũ illũ & Heidam interiacet. Vnde factũ, ut anguſta tum ſemita Holſati abirẽt cũ pręda. Albertus autẽ comes cum agmina cogeret, indignabundus, adacto calcarib⁹ equo (neſcio quid) properabat. Equus ſublapſus præcipitẽ dat ſeſſorem: ita armatũ conquaſſauit, ut breui finem faceret uiuendi, tumulatus in Itzeho.

CA. XXII.

a D Gerhardum ducẽ omnia redibãt: nam Albertus hæredes nõ reliquit. Sępi⁹ ſe deinde interpoſuere uicinarꝝ urbiũ gubernatores: ut rem tractatibus dirimerent. Incolę primum ipſi, ut pacem mercentur expromiſere magnã pecunię ſummã: Dux uoluit annuã: Magnam enim in ſpem uenerat terrę potiundę, ut ſubditi eſſent, imperataq; facerent: quod illi morte grauius duxerũt: nec mediatores, ut creditur, in eam rem multum propenderãt. Dux literas eorꝝ produxit, quib⁹ ante pol liciti ſunt, ſe in auxilio comitũ futuros aduerſus quẽlibet hoſtem: neq; hoc ſyncerum arbitrati implere uolebant: ſed quoſdam ſuorũ aduerſus exteros impugnatores ſubſidia exhibuere. Tum dux: Neq; promiſſis, inquit, ſtare, neq; fidẽ literis firmatã hęc gens implere cõſtituit, ut uideo, & iam fraterno ſanguine impenſo nobis ea res magno cõſtitit, diſſimulanda nullo modo uenit. Ita diſturbatis tractatib⁹ ad arma reditũ eſt. Prędium in Delbrugge Holſati ſeruauere: quod Thietmarſi oppugnantes, multa ſępe retulere incommoda. Toto deinde agmine dux hoſtes petere conſtituit. Ingreſſus in die Oſwaldi per uiam Suderhãme, ſignũ ſagittariorꝝ Henricus de Aluelde miles habebat: Sed q̃d primariũ uocitabãt, Nicolaus frater eius, itidem miles, defendit. Dux cum cohorte conſtitit ad ſigna in primordĳs ingreſſus. Sagittarĳ, & qui ad pugnã uenerãt longius circũacti, de parrochĳs Lunden, & Weddingſtede, prędam coęgerunt: nec ſatis ad exitũ feſtinabãt urgẽtes. Nicolaus fratrẽ cõmonuit, temp⁹ eſſe ad reditũ properare: Ille nihil ueritus animoſior circuibat, cuidã molendino, quod uentis agitur euertendo inſiſtens. Interim cõglobati Thietmarſi, exitũ uiarum, in quẽ dux reſpexit circũuallauere. Prędmiſſi ruſtici cum aliquanta pręda. Iam propinquauere cohortes equitũ ad exitũ reſpiciẽtes. Prędmiſſi autẽ pueri, qui dñorum ſuorꝝ clypeos & haſtas baiulauere. In hos primo impetu facto, clamor puerorũ attollit cum eiulatu. Princeps inter ſe ſuorum eſſe rixam arbitratus (hoſtes enim rubetis oculuere) aduolat, inermi capite, ut ſuorꝝ clamorẽ cõpeſcat. In eum mox irruũt ex latere Thietmarſi,

& capite uulnerato deiecerũt. Sciũ deinde in omne agmen ex lateribus, & cõcursu populi facto, uallatur omne agmẽ Holsatorũ. Paucis mira fortuna elabentib⁹, reliqua multitudo cęditur, opprimitur, conculcaũ: Mox in deiectos sęuiũt, nulli⁹ uitę de more parcũt: Semiuiuos extinguũt, & in cadauera sęuientes, uix principẽ cum paucis permittũt ad sepulturã: cętteros canibus, lupis, uulturibus, uorandos derelinquũt. Cum duce occubuere milites duodecim, militares utriusq; terrę, Holsatię, & ducat⁹, trecenti. Henneke Lembeke sępe uictor in agmina Danorũ regis: Vlfo Pogwisch cognomẽto Bonus: Henricus & Nicolaus de Aluelde: Gerhard⁹ quoq; Sculte ex dioceſi Bremẽſi, milites, & alij innumeri procubuere. Duo insequentem diẽ capti, Pogwisch, & Rantzow, pro redęmptione sua hoc ęgerunt: ut nouũ in Delbrugge prędidiũ deijcereť. Signa militaria, quæ coperant, aliud in Meldorpe, aliud in Oldeworde sublimia fixerũt. Ferũt in auro & argẽto, equis & armis, non mediocrẽ esse thesaurũ terrę inuectũ. Hęc est secũda insignis clades Holsatorũ, quã in Thietmarsia sunt perpessi: Nam prima fuit uicesimo post milletrecentos sub Gerhardo comite, hui⁹ ducis auo: Ille qdẽ tũc supfuit: sed copię maiores perierũt. Prędio nũciato infœlici, merens Holsatia luxit principẽ suũ. Imprimis uidua ei⁹ de domo Brunswickcensi, insignis fœmina, soror Henrici, Bernhardi, Friderici ducum, filia Magni, cum tribus filijs, & duabus filiab⁹, mœsta resedit: perfęcitq; tamẽ, ut treugę inirentur: renouarẽturq; deinde prisca terrę fœdera. Thietmarsi in Holsatia, Stora, & Eydora fluminib⁹, immunes a uectigalibus essent: uicissim Holsati in Thiermarsia: Si quid uicissim quæstionis nasceretur, maiores utriusq; terrę dirimerent, arma cõquiescerẽt: Cui recedendum a fœdere uideret, sex ante septimanis renũciet parti alteri. Ea tum literis tam relictę dñę q̃ Thietmarsorũ sunt utrinq; roborata.

XXIII.

Rium filiorũ quos dux Gerhardus liquerat, maior Henric⁹ septimum agebat annũ: Adolphus tertiũ, & Gerhard⁹ in utero erat posthum⁹ patri: filiarũ, unam regina Danię Margareta in Sueciã perduxit: in monasterio Wasteen sanctę Birgittę loco memorabili, quem post cuecta regebat. Altera tradita est dño de Wãdalia principi Balthasar. Cũq; ille non diu superfuisset, nupsit Thederico de Aldẽborg comiti, peperitq; illi Christianũ, Mauriciũ, & Gerhardũ filios: quorũ prim⁹ rex trium aquilonis regnorũ factus, genuit Iohãnem regem, & Fridericũ ducem fratres, hac ętate Holsatiam tenentes. Nam fratres illi tres Gerhardi filij, sine prole abierũt. Gerhardus aũt dux si quid illi contigisset humanitus, filiorũ tutores esse iussit, Ericũ Krummedick, Sifridũ Sesteden, Laurentium Heesten, milites. Sed res maiori uisa est indigere prędidio. Vnde factum est, ut Henric⁹ comes electus Osnaburgensis Gerhardi ducis frater, impetrata ab ecclesia sua absentia, peruenerit in terrã, tutorio illam pro nepotibus nomine administratur⁹. Hic primus se principẽ scripsit Stormarię: quod literę eius nunc extantes docent. Ad primũ Henrici ingressum commoti dñorũ tutores milites, administrationẽ illi non permiserũt. Cum enim dederit illis pater tutores, non esse putabãt locum legittimę tutelę,

quam Henricus comes prẽsumebat. Ille uero non alienũ se ratus ad Holsa
tiam, etiã iure successionis partẽ aliquã reputabat ad se pertinere: Quę re
uarias multorꝝ habuit sententias. In arcem Zegeberge admittitur Henri
cus, & in Rendesborg, satis renitẽte dña ducũ iuniorꝝ matre: quę in Got
torpe plurimũ cõmanebat. Interim Margareta triũ regnorꝝ potens regi
na, cum audisset Gerhardũ ducẽ cecidisse, incꝑ terra esse diuisionẽ super
administratione: nam memorati milites comiti etiã armis sunt aduersati
quorum unum comes in Bramstede superatũ repulit, cæteris exinde qui
escentibꝰ: cogitauit regina tempus aduenisse, quo ducatũ regno suo Da
nię denuo adunaret: Sed tamẽ industrie rem procurabat, per partes recu
perare malens q̃ uno armorũ impetu omnia subigere. Et primũ cum Hol
satiam ere nosset indigere, arcem Lutke Tunderen, in pignꝰ accœpit a ma
tre paruulorꝝ, numerata pecunia, quã tñ primo anno a subiectis Phrisoni
bus statim exactione instituta recœpit. Supererat ex Nicolao comite filia
Elisabeth, quę arcẽ Oppenra tenuit sibi permissam: Eã puellã regina de
spondit Erico duci Saxonię, & dote ex suis numerata, arcẽ sibi uẽdicauit.
Aliam quoꝙ Grodebusz, ecclesię Slesswickcẽsi pro sua suorũꝙ maiorum
ac omnium posteritatis memoria arce demolita, subiecta prędia permisit.
Ita pro arbitrio suo, omnia cœpit in ducatu administrare regina. Seniorẽ
Gerhardi filiũ Henricũ, adhibitis tribus in familiã, misit in regnũ educan
dum, obsidem habitura, si quid ab Holsatis intẽtaret. Interim in Holsatia,
& ducatu, multa per tumultũ agebãtur, utpote, quibus legitimus deerat
princeps. Comes Henricus fere omnia in Holsatia: dña aũt relicta, cum su
orum tutoribus filiorũ, in ducatu, quãtum a regina sinebatur agebat. Sed
illa administratiõis diuisio ruinã minitabat. Nam Ericus Krũmedick mi
les, & Nicolaus Lembeke, magnarꝝ in ducatu rerꝝ dñs. quibusdã de re
bus dissidentes, metum conciebant. Vnde factum est, ut publica commo
da minus curarentur.

CA. XXIIII.

Enricus per ea tẽpora dux Brũswici, cum bellũ ultra Weserã ha
h beret, congressus Bernhardo nobili uiro de Lippia, infœliciterꝙ
pugnãs, ab eo capitur, & in uinculis per annum habitus, non nisi
magno ere expromisso potuit relaxari. Centũ millia aureorꝝ dicit se datu
rum cõstituisse. Sed tamẽ postea sola quindecim millia soluta memorãtur
per amicos fideiussores. Quo tẽpore, ciues Mindenses in suę ciuitatis con
ciliũ tumultuãtes, urbe eięcerũt, uxoribus post eos in curribꝰ per cõtume
liam missis. Aegere quod poterant eięcti: primũ manu iniuriã ulciscentes,
& incendijs grassantes: Ex primarijs tumultꝰ authoribus, quendã depre
hensum foris, quidã ex procõsulibꝰ, sua manu appendit in arborẽ iugulan
dum. Inde iure agere cõnisus, idem ad Robertũ Romanorꝝ regem cõten
dit: ibiꝙ ciues euocatos, & non cõparẽtes, banno subijci curauit imperi
ali. Quo iure uicinos illis principes, qui tuebãtur, auertit: inuectionẽ rerꝝ
prohiberi obtinuit, & fame cõpulit recipere quos per iniuriam eięcerunt.
Sed Henricus dux memoratus, cum se in Bernhardũ de Lippia uindicare
constituisset, armis quanta potuit cõtractis, in arcẽ Pol duxit: & secretius

aggreſſus, ſacra nocte Paſchali cum nihil hoſtile formidaret, per ſuos cō-
ſcendens cœpit. Inde mouens in opidum Horne, facile expugnauit, muni
uit: & inde excurrens, omnē terrā ſolitudini coęquauit, igne & ferro con-
ſumens omnia. Otto inde Bremenſis archiepiſcopus, frater ducum, in fata
cōcedens, locū fęcit Iohāni Slaemſtorp archidiacono Hadelerię. Interim
uero Bremenſis dioceſis miſere inter manus comitū de Aldēborg lacerat,
in prędam expoſita. Bremenſis diu ciuitas neutralitatem ęgit: ad imum tñ
cum ſe partibus immiſceret, cœpit Mauriciū comitē de Aldēborg, & ab-
duxit in urbē, diu habitū captiuū. Interim creſcente pertinacia hęreticorū
in Bohœmia, pręſertim in urbe Pragenſi: cum non aliud molirent Bohœ
mi, q̄ Theutonicorꝝ de urbe eięctionē, ad omnia diſſimulāte, & mortaliter
ſoporato rege Wēzlao. Tandē octauo poſt millequadringētos, turma-
tim Theutonici doctores & ſcholares ad duo millia emigrarunt: & in opi
dum Miſnę Lipcz ſeſe collocauere: Quo loco ex illo tēpore, annitentibus
marchionibus, ſolenne cœpit eſſe gymnaſiū uſqꝫ hodie floręs. Praga aūt
ſuis miſerabiliter infęcta erroribꝰ, magis atqꝫ magis indies efferueſcebat:
quę malo filiorꝝ ſuorꝝ principio, cum in girū & uertiginē ſemel acta eſſet,
quieſcere non potuit: quoad ſchiſma ſuū ab omni eccleſia efficeret dimem
brari. Multa exinde ſequuta ſunt incōmoda, bella ſine fine ſęuiētia: quod
ſuis locis in Wādalia cōmemorabit. Tantū poteſt paruis initijs cœpta di-
ſcordia, quę progreſſu alita, creſcit in maximam. CA. XXV.

Ricus dux Saxonię per hęc tempora, cū cerneret tumultuari ciui
e tatē intus Lubicēſem: q̄ cōmune eięcto cōcilio urbis, nouos ma
giſtratꝰ creauerit, uſus tēporꝝ oportunitate, opidū Molne, q̄d pa
tres eiꝰ ei uſdē ciuitatis ſenatui impignorarūt, occupauit: eccleſiā in caſtelli
morē propugnatione firmauit: Sed tñ ciues eductis bellicis machinis, cū
in eum ducerēt, facile coęgerūt eum, relicto opido, ſe in tutū recipere: Sic
denuo cōceſſit opidū in poteſtatē ciuiū. Sed incēdiū, quod abiens Ericus
cōcitauit, non facile potuit reſtingui, quo minus maior opidi pars confla-
graret: Idē ciues cum in armis eſſent, prędiū Ritzerow deięcerūt, q̄ in-
de ducales procurrere arbitrarent: Simul & hoc reputantes, arcem ab Ot
tone patre nuper ciuitati permiſſam, cum incuria ſua Bergerdorpe amiſiſ-
ſet, iure ad ciuitatē pertinere. Nec longe poſt in ducatū mouētes, Ratze-
burgum impugnauerūt: Pauci ſe oſtenderūt, cęteris latentibꝰ ad inſidias:
Euenit quod ſuſpicati ſunt. Ratzeburgēſes cum cernerēt a paucis ſe incur
ſari, eorꝝ paucitate cōtempta eruperant, ut cōfligerent, manus illis cōſeren
tes. Cum de latibulis cæteri prorumperēt, retrouerſi per pontē in opidum
ceſſerunt. Sed cū urgerēt hoſtes, ipſiqꝫ inuicē premerēt, ſubſidit pons fra-
ctus, & multi opidanorꝝ aquis prędocati perierūt. Otto interea Monaſte-
rienſis epiſcopus, comitibus de Solmis oppoſitus, eięcit illos de Weſtpha-
lia: prędiaqꝫ eorꝝ marte occupans, eccleſię ſuę coniunxit. Prolatatis uiri-
bus, eccleſia illa cœpit uehemēter foris in robore militari excreſcere: nam
comites ad anguſta perducti, ceſſere pontifici. Per quod tempus inferna
erynnis imperiū cœpit in urbibus maritimis Wādaliæ: Nam Lubicenſiū

ciuiũ exemplũ ſequutę uicinę urbes, cõſulares ſuos aut propulerũt, aut imminuta eorũ poteſtate, ſexaginta uiros allegerunt, qui rebus pro publica utilitate gerendis intereſſent: quorũ audacia Hamburgi in id temeritatis excreuit, ut quendã tumultuationis principẽ, quẽ in carcerẽ iuſſit abduci ſenatus, cõmune cõfractis carcerib⁹ relaxauit. Aliũ etiã uirum bonũ, ſed tumultibus ciuiũ aduerſantẽ, cum inter alios collectũ aſſumerẽt in cõciliũ uiri cõſulares, cõmunitas ingreſſa prętoriũ, iuſſit hominẽ de medio cõſurgere: & relicto concilio, domi ſuæ manere incluſum. Nec paſſi ſunt in ea urbe demorari conſulares, quos tumultuantes ciues Lubicenſes illa ſua urbe eięcerunt: ſed malis domiti, quod in Wandalia diximus, cum honore recipere adigebantur.

CA. XXVI.

Ricus ex Pomeranię duce in regẽ Danię, ĩmo triũ regnorꝝ Margaretę reginę iam ſeneſcẽtis adoptione, pueꝛ⁹, cũ e manib⁹ Holſatorꝝ eruendi ducatus Sleſwickcẽſis primordia accœpiſſet a matre Margareta, inſtitit reliqua cõficere: Cũ enim & ducatus ipſe, & Holſatia, ſine legitimo capite, in quo plena reſideret authoritas, uideretur, multa inuicẽ Dani Holſatis, & uiciſſim ipſi Danis, & damna, & incõmoda intulerunt: quibus per ſingulos dies magis ac magis increbreſcẽtibus, rex Ericus Henricũ comitẽ, nepotũ ſuorꝝ legitimũ tutorem, in Koldingen (limes is eſt ducatus Sleſwickcẽſis) euocauit, rationem redditurũ eorꝝ, quę Dani ab Holſatis paſſi dicerent. Eo reſpondẽte, non minora ex aduerſo ſuis illata incõmoda, ſi cõpenſatione uterent, facile æquãda hæc illis: ueruntamen ſe de omnibus in iure facile reſponſurũ. Quod uerbũ ex ore eius rex arripiens ait: Ergo, inquit, in iuſticia de omnibus tranſigetis? Annuẽte comite, rex ſubſequit: Ecce neceſſarijs cauſis in Fioniã nunc nauigo, ibi congregato regni cõcilio, de omnib⁹ ęquabiliter ſtatuet. Comes ſe uenturũ pollicetur. Nauigat rex: comes paucis de ſuo cõcilio aſſumptis, regem ſequit, in arce Hanſegagel regem adiẽs. Ibi rege cõſcenſo ex more tribunali, paratas iuſſit depromi querimonias: quę incertũ, de reb⁹, an de uita comes certaret reliquerũt: Tam atroci criminatione agit: ita terribilẽ iuſſit ipſo apparatu rem omnẽ intentari. Interuenere nõnulli ex regio cõcilio, qui regem deprecati, cauſam de criminali fęcere ciuilẽ: ſuaſerũtq; comiti, ut de omnibus regis gratiã requireret, & tum ſatis ex ſentẽtia rem proceſſurã. Quid faceret comes iam caſſibus incluſus? Seruiebat tempori. Damna Danis irrogata ad undecim aureorꝝ millia ſunt taxata: in cuius ſoluẽdę ſummę pignus, opidum Flensborg, cum uicina Nouadomo, quod preſidiũ Nicolaus comes firmauit, deponeret: Niſi infra annũ pecunia ſolueret, res caderet in cõmiſſum, nec poſſet in reliquũ lui. Valebat apud Danos pactum legis cõmiſſorię, tam in pignoribus, contra iuris prohibitionẽ, q̃ in emptione. Q; ſi quę damna liquidari poſſent, quę Dani irrogarũt Holſatis, facta cõpenſatione luerent. In eas tum cõditiones comes ſe de regis manib⁹ explicuit. Et cum deinde dicta factis eſſent cõprobanda, implere fidẽ comes conſtituit: q̃uis multi male de rege diuinarent, q̃ ſemel accœptũ opidum nunq̃ relinqueret. Pręſtantiorẽ tñ ille duxit regis fidẽ q̃ fabulas ęterorꝝ,

Nec longe erat rex cum expedito agmine, uiſus etiã per uim poſſe extorquere, ſi fidei negaretur. Comes opidũ tradere conſtituit in regis poteſtatem. Opidani ſcientes quid ageretur, comiti prędixere, uideret quid ageret: Semel ſe regi ſacramẽta pręſtãtes, non facile retroceſſuros. Ille pignoris ſacramentũ, non iuſti dominĩ, tradere iuſſit. Rex accœpto opido iuſſit profundiſſimo cingi foſſato, quod hodie quoq; cernit: murum ſuſtolli, & uicinũ montẽ foſſatis ambiri: ut facile appareret, quid in animo geſtaret. Comes cũ contutoribus dictã peccuniæ ſummã circa finẽ anni depromere parat⁹ reſtitutionẽ opidi popoſcere: ſed rex auerſat⁹, nullas aures prębuit: ſemper cauſas texens ex cauſis, cur non oporteret. Facile enim tergiuerſatur, qui potentia antecellit.

CA. XXVII.

INterim regina, uelut omniũ ignara, deſcẽdit ex regnis, mediam ſe uolẽs interponere regi comitiq;, ut omnia trãquillo more trãſigãtur. Venit Sleſwicũ, & euocata in occurſum dña, relicta ducũ matre paruulor̃, oſtendit ſe non probare factũ regis, q; comiti in re tanta aduerſaretur: ſe eſſe, quę paci, & trãquillitati omniũ ſtuderet: facile ſe ſi ſibi fides habeatur effęcturã, ut omnia ex ſententia gerantur: opus eſſe imprimis in oculis Danorũ illa ſpecie, qua regina cum ducũ matre in omni concordia & unanimi ſententia, & uiderentur, & crederent̃: In quam rem nulla maior fieri poſſet oſtenſio, q̃ ſi arcem Gottorpe illi, uel ad horã permittat: tum facile Danor̃ proceres, ubi eam concordiam cernãt, ceſſuros ambarum uoluntati: ut omnia deinceps fiant ex ſententia ducis fœminę. Quid faceret mulier ſenſata, illis in anguſtijs deprehenſa? Vndiq; ſe maiori cernebat potentia uallari. Si renitatur, poſſe cogi, & magnũ inde bellũ exarſurum, in quod exiles illi erãt uires: Itaq; ceſſit uoluntati reginę, eam ſinens ingredi arcẽ memoratã. Adhuc tamẽ ſpem omnẽ non poſuit ex fide rem geri. Ferunt reginã, cum ingrederetur arcẽ, in magna turri leuorſum, facta cruce exoſculatã, cum nihil diceret: Deinde, ubi claues popoſcit ad mẽſam cõſedit, cum duce fœmina. Ibi quidã ex miniſterialibus reginę in aurem ei loquebat̃: & prędictũ ab ea, incertũ quale, accipiẽs, exiuit, reſpiciens in memoratæ turris faſtigia. Prominebat ab excelſo de feneſtra ſpeculator potãs, & ſpeciẽ prębuit oculis obſeruãtis, magnam incluſam pugnator̃ multitudinẽ, quę paratis forte inſidijs obuiaret. Introrſus ille redijt ad reginã. Quẽ ubi uidit, prędiens rogat: omnia cõſtent ex ſententia, nec ne? Quo reſpõdẽte, nõ cõſtare: & illi inclinãs ſuſurrauit in aurẽ, uidiſſe ſe turrim armigerũ plenã. Et mox indignatione cõcœpta, cõſurgẽs uerſa in paruulorũ matrẽ, toruo ait uultu: Hęc eſt illa fides quam pollicita es? Agam tibi, tuiſq; in tempore gratias: & hęc dicens abceſſit. Dux fœmina neſciẽs quid ageretur, moleſte quidem tulit indignatam ſibi reginam: ſed recreauit eam abſceſſus ultroneus. Quid caſus conferre poteſt? Certe hoc tum prędtitit, quod nulla induſtria, nulla interim uis prędtitiſſet. Vbi poſtmodum intellexit reginę machinationẽ, & ſuam per fortuitũ, ſed erroneum intuitum, liberationem, cauti⁹ ſibi proſpexit in reliquũ: mittenſq; q̃celerrimum nuncium, qui Henricum filium ſuum e Dania q̃primum

dissimulantissime reuocaret, ne obsidis loco teneret. Cernebat hęc omnia deuergere in apertum bellum. CA. XXVIII.

b Runswici per hæc tępora inter clerũ & populũ, ab exili origine grauis est orta cõtrouersia. Clericus reipublicæ seruus beneficiũ impetrauit a summo pontifice, in ecclesia maiori sancti Blasij, reclamante capitulo, possessionem assequi non potuit. Vrgebant cõsulares cum populo, ut admitteret: & cum non impetrarẽt, uim facere intentarũt. Capitulum censuris cõminatis uim ꝓhibebat. Populus appellationis repagulum obiecit censuris. Adherebãt populo quidã parrochiales pastores & fratres mendicãtes, forte exequutores, quos impetrans obtinuit: & illi fulminabãt censuras in capitulũ. Sed & illi appellationẽ obiecerũt. Ita graui perinde scandalo excitato, factum est: ut inde clerus maioris ecclesię denũciaret excõmunicatos cum populo cõsulares, diuina tamẽ cõtinuantes: E diuerso fratres ipsi, & quidã pastores, denunciarẽt uicissim excõmunicatos canonicos: cum & ipsi diuinis non abstinerẽt. Ea diu ualuit in scãdalũ pusillorũ uarietas: quod necesse fuit, ubi utrisq; uiluisse uidebant arma ecclesię. Intentare brachiũ laici cœperunt. Et cum suo capiti quisq; timeret, exiere urbem maiores in clero, principibus & uicinis pontificibus, qui etiã iurisdictione funguntur in urbe, Halberstadensi, & Hildesemensi se coniunxerunt. Vterq; inde gladius distringit̃: & in longũ ducto fune discordię, ad multos annos ea durauit pertinacia. Quo tempore Bernhardꝰ & Henricꝰ fratres, Brunswici, & Luneburgi duces, principatꝰ suos ueteri discrimine sunt partiti: ut Bernhardus senior accœpto Brũswici dominio, permitteret Henrico Luneburgẽsem. Sed cum in Marchia ueteri latrũculorũ prouincia deprędationes crebrescerẽt, Fridericꝰ Brandẽburgẽsis marchio, cum in comitatu & auxilio haberet arma Gũteri archiepiscopi Magdeburgẽsis, munitiones in quibꝰ cõmanerẽt eiꝰ generis homines, Plawe, & sex alias arces, ad interiora Marchię occupauit, fugatis e terra qui tenuerũt: ut purgata sit ꝓuincia malis hominibꝰ qui quęstũ reputauere bonũ, de publicis itineribus cõferre, quę quisq; occupasset: quasi per uim liceret grassari inter homines, uelut in nemore feroces beluæ in timidas, & in aere accipitres inter columbas, & in undis sui generis tyranni. Dat̃ hoc honori uiuentiũ militariũ: ut nomina, quę sunt in annalibꝰ ueterũ auorũ reticeantur: ꝙ illi malis criminibꝰ irretiti dicerent̃, ne cõmaculent posteritatẽ, quę iam in honestiores utiq; uitę mores transierũt. Ericus tum dux de Salina, satis asperũ bellum gessit cum Henrico de Honsten comite, & prospe rante fortuna, dux obtinuit comitẽ in congressu, multosq; Turingię militares: q̃uis & ipse uice rerũ cõuersa, nõnullos suorũ, & captos, & cęsos cõmuni marte, ut fieri solet, in eodem prelio amisisset. CA. XXIX.

s Igismundus interea rex Vngarię Karoli .IIII. Imperatoris filius, Wentzlai ignaui regis frater, ab electoribꝰ Imperij Frãckfordię rex Romanorũ, mortuo Roberto eligitur: Princeps prudens & fortis, & qui plurima bella peręgit in perfidã Turcorũ gentem: Christiano nomini necessarius, quasi de cœlo missus assumit̃. Iam Bohœmia per-

ſidiã oſtẽderat: Iam Romana eccleſia diuturno ſchiſmate lacerata, in unũ diu caput cõſentire non potuit. Sed peręgit ſenſatus princeps plurima regna obiens, ut in diebus ſuis pax redderetur. Penetrauit Franciã, uiditq; regem eius: Nauigauit in Angliam, & ubiq; ſemina ięcit futurę pacis. Interim principes Saxoniæ utriuſq; ordinis, eccleſiaſtici, & ſeculares, malo omine firmatã arcẽ Hartesborg, ſępiꝰ euerſam, toties reſtitutã: q; publico malo firmata uideretur, iterũ deñciendã putauerũt. Guntꝰ archiepiſcopus Magdeburgenſis, uocatis multis in cõmunionem belli principibꝰ, in quibus erant Bernhardus & Henricꝰ duces Brunſwickcenſes, qui machinis bombardis urbiũ pfęcerunt, ut turribus deięctis, perfoſſiſq; muris, habitatores ſe principibus permitterẽt, corporibus & rebus ſalui. Hæc enim erat deditionis formula. Preerat ut diximus Guntꝰ: Aderat Halberſtadẽſis: Cõmunitates de Magdeburgo, Halberſtadio, Brũſwico, Goſlaria. Multis enim uiribus opus erat firmiſſimũ prędidiũ, quod a multis defenderẽt deñcere. Profęcerũt tñ, & euerſa arce ſoloten ſ, fugabãt inſeſſores. Vna ubiq; euertẽdaꝝ arciũ cauſa, q; recœptẽt, ſi nõ emittãt, publicoꝝ itinerum latrunculos. Stabat illa tempeſtate cõcilium Conſtantienſe, quod Sigiſmũdus Romanorum rex ſua ſollicitudine peręgit, ut cõgregaretur, Franciam, & Angliã ob eam rem peruagatus: q; ſperaret reges illos diuturno bello cõflictantes ad unionẽ perducere. Qua in re, etſi minus profęcerit, collaudãdus tñ eſt optimi regis infatigatus & inuictus ad laborem animus. Sed tum primũ renũciãte Gregorio. XII. capto Iohãne. XXIII. deſtituto Benedicto. XII. qui tñ in pertinacia durauit ad mortẽ, unꝰ & indubitatus pontifex creatus eſt, Martinus. V. Deinde examinata & condemnata eſt hęreſis Bohœmorũ, cõuicto & cõdemnato Iohanne Hus, & deinde Hieronymo eius auditore. Qui aũt aderãt oratores eiꝰ gentis, publica interpoſita fide, redierunt in regnum non emendati. Quo tempore Henricus dux de Luneburgo arcẽ Rodeborg eccleſię Verdẽſis unicã cœpit, cum aduerſaretur Henrico de Hoia comiti, ad eam eccleſiam tum electo, diuq; tenuit occupatam.

CA. XXX.

Enricus idem dux Luneburgenſis iuſticię tenax princeps, multa h ęgit, ut uim & improbitatẽ latrocinãtium excluderet, tam ſeuere caſtigans improbitatem, ut de minimo quoq; ſtatueret exempla iuſticię. Prefectus arce Tzelle, uir induſtrius, cum iret properãter in Luneburgũ, aduenturo principi parare neceſſaria, uentus aquilonaris penetrabat, tenuiter, ut ſolent militares, indutum. Vidit in uia mantellũ arantis de propinquo ruſtici, accipienſq; promiſit redditurum indubie cum rediret. Quis non hoc permittat arcis præfecto, per omnem ditionem ditiſſimoꝝ Agricola non aſſuetꝰ reddi ab eius generis hominibus quod attigere, reclamabat: quod ille paruifaciens, iuit itinere ſuo properabundꝰ. Poſt non multas horas ſequutꝰ dux, reperit ſtantẽ iuxta uiam hominẽ, de ſua ueſte querulantem: Et cum attentius loqueretur, audientiã poſtulans, dux ſtetit ut audiret. Ille uero: Quid eſt inquit optime princeps, q; publicos inſidiatores uiaꝝ perſequeris: ipſe tuę arcis prefectus iam pręteriẽs, ueſtem mihi

tulit pauperi nudulo, & ut uides algenti ſub brumã. Dux tacitus ſceũ rem perpendit: & de ueſte ſcrutiniũ faciens, reperit, ut diximus, reclaman ti ueſtem ſublatã. Cum aũt rebus in opido expeditis regreſſum dux face ret, ad locum ablatę ueſtis perueniens, iuſſit adeſſe prefectum: Cur, inquit pauperi reclamanti ueſtem abſtuliſti? tuo miniſterio perſequor hoſtes pu blicos: & tu es qui non minora illis in meos patraſti. Multa parãtem in ſui purgationẽ dicere, ipſe equi detracto capiſtro, alligatũ in arborẽ appendit iugulandum. Mira ſęueritas iuſticiæ, & zelus incredibilis in principe Sa xonię: Vix fidem apud exteros habitura narratio. Hic non diu poſt prin ceps, relictis filijs Wilhelmo & Henrico conceſſit in fata. Quo tempore Adolphus comes de Scowẽborg, ac multi præterea milites ac militares, cum in preſidiũ impuberũ ducũ de Sleſwico euocati adeſſent, collecti ex ducatu Luneburgenſi, ex dioceſi Bremẽſi, ex Weſtphalia, numerũ imple uere octingentorũ, magno animo ducentes in Iutiã: Fortunã tentandam putauerunt: ut occupata de ducatu Sleſwickcenſi pro impuberib⁹ recupe rarẽt. Dani uero ductoribus freti, Magno Muncke, &. N. Scarpenberg militibus, millequigentorũ equitum expeditorum turmã habuere. Vidit agmẽ ſuorũ preterire Iohãnes Sleſwickcẽſis epiſcopus, & paterna benedi ctione cõmuniens ait: Benedicat deus noſter inuictũ regis exercitum, qui potens eſt ſubijcere dño noſtro omnẽ intra Albim & Renũ prouinciam. Progreſſi concurrere Holſatis, ad uillam Eggebeke: Ibi tum Adolphus comes ductor agminis Germanici: Ecce, inquit, ueniũt qui nobis afferũt opimã prędam: Eſte uiri, quiſq; ſui memores: parta eſt nobis, ſi ualetis, ex tot hoſtibus uictoria: polliceor ego uobis prędia hodiernę militię ſplen dida: Inſtructaq; acie, iuſſit ſigna cõcinere. Cõgreſſi, nõ dubiã diu fęcere rem uictorię: cędere, capere, proſternere, quantum potuere Germani: per peſſi ſunt Dani. Ibi captis pro numero capientiũ pluribus, equi, arma, uiri, & omnia quę habuere, uicti in prędã ſeponũtur uincentiũ. Hoc eſt agmẽ quod omnem intra Renũ prouinciã ſubiugarat: necdũ Eydorã tranſierat & paucis uix elabentib⁹, in man⁹ hoſtiũ ꝙuenere pugnãtes. Omnia Holſa torum opida, arces, ac turres impleuere captiui. Magnus Muncke omni bus ditior occubuit: Scarperberg decẽ millia in ſui redęmptionẽ ꝓſoluit. Sed de opido Flensborg ꝙ terra, mariq; rebus gerendis oportunũ uide retur, magna cura, ut reciperent, ꝓuigilauere Holſati. Ericus Krũmedijck miles, aliquot ſatellitibus in ſocietatẽ laboris deuocatis, noctu opidũ a ma ri ingreſſus, peruenit in cõuentum fratrũ, & inde reliquũ opidũ facile ſui iuris effęcit: Regij tñ montẽ inſeſſum tenuerũt: & inde opidũ cum a ma ri quoq; naues ex Dania applicuiſſent, oppugnauere: ſed ab his qui inerãt Holſatis fortiter defenſum permãſit in poteſtate ducũ iunior. Oppugna re iterum rex opidum aggreditur. Domina mater ducũ, euocatis fratrib⁹ ſuis de Brunſwico ducib⁹, illi reſtitit. Tum uero res non armis ſed tracta tibus acta, illũ exitũ habuit: ut polliceret rex montẽ cum opido permitte re Holſatis. In eam ſpem digreſſi ſunt milites. Sed cum nihil fieret, ingreſ ſus dux Brunſwickcenſis, non ea tamen qua prius manu, ſe in opidũ, quod

adhuc Holſati tenuere, collocauit, ad expugnandū mōtem. Sed tum flux⁹ ita ſanguinis cœperat inter militantes graſſari, ut oppugnationē intermittere cogerentur. Tum uero rex ualidius iuſſit incūbere de monte, reccepitq; opidum: & ſeuiens in quoſdam ex ciuib⁹ maiores, rotis, & gladio, q; perfidiā illis aduerſus ſacramēta imputaret, enecauit. CA XXXI.

Vo tempore, cum uel diffiderent rebus Holſatię, uel prēmijs magnis à rege inuitarētur, aut non ſatis gratū in ſe ſuoꝝ animū experirent, aut iniurijs affecti a dña duce, uel comite (res em̄ in obſcuro eſt) omnibus his cauſis, aut quibuſdā eaꝝ una, quidā ex Holſatoꝝ primorib⁹, Ericus Krummedick, Otto Knop, Tymmo & Eler⁹ Ronnow milites, Marquardus & Nicola⁹ de Wiſch, &. N. Seeſtede, ad regē tranſierūt. Rex inde arces, munitiones, & preſidia locis oportunis, quib⁹ non erant erexit, & quę ante fuerāt firmauit. Ad oſtiū Sleeſmūde, Konningſborg, in Zuātze, Wiltſpange, prope riuū Treia, de parte ducatus in inſulam Iurgensborg rex copias quaſdā militū collocauit: Sed ponte facto, unius uel duarū noctium præſidio, Holſati ad eos peruenerunt, ſpoliſq; onuſti redierunt. Archiepiſcopus Lundenſis cōſtituerat in Sleſwico officium metropolitani peragere, in quā rem omnē ſupellectilē pontificalem preciosis iunctis ueſtibus, naui impoſitam, iuſſit petere locum memoratū: Sed quidā Holſatię partiū, nauibus egreſſi de Kilone, excubabāt ad prędam: dictāq; nauim aggreſſi cęperūt, inq; portū Kilonēſem perduxerūt. Aurum & argentū ineſſe putabāt non parui ponderis: Plurima in utrāq; partem hoſtilia moliūtur, alternatis, ut fieri ſolet, incōmodis. Sed tn̄ arces nouas ſine preſidio relictas facile deiecerūt Holſati. Tunderen arcē precipuam, quā regina dudum, data pecunia, in pign⁹ habebat, cum Eric⁹ cōmendatam haberet, ipſeq; pro quibuſdā cauſis abiens mādaſſet Nicolao de Tinen, Holſati nihil timēti ſupuenere: & partim ui, partim inſidijs recuperarunt. Doluit uehemēter Ericus miles memoratus: nam primā eā operam apud regem non bene nauaſſe uidebatur. Quo circa regis iuſſu, magnis iterum uiribus cōtractis, eandē arcem obſidione cinxerūt, oppugnarūtq;. Sed cum ex arce iaculantes fortius ſe tuerentur, cecidere obſidentium animi, & arce relicta redierūt in ſua quiſq;. Per quę tempora, quod in Dania diximꝰ, nūc breui attingemus, opera Lubicenſiū, quoꝝ ſenatū rex actus exequutor Imperialium mandatoꝝ, ciuitates maritimæ uſq; in orientē Gripeſwald regi Danię cōfœderant̄ hoc modo. Si bellum ingruat regi, paratuſq; ſit ſtare in iuſticia ad arbitros idoneos, mille armatis ei militabit̄ ex eis urbib⁹. E diuerſo, ubi ciuitatib⁹ quid tale immineat, rex idem faciet: dūmodo iuſticiā eoꝝ ipſe in manib⁹ habeat: Interea ciuitatū incolę in regnis liberę ad præſcrptia uetera negociabunt̄, euntes, redeunteſq;. In eandem cōfœderationē rex multa perēgit: ut Thietmarſos quoq; cōſtringeret. Sed illi a laqueo liberū ſeruauere pedē, ueriti, ne circūueniant̄: q̄uis euocatos ex maioribus quoſdā, honore & donis afficeret: quę una eſt uia emolliēdi populi, q̄d eſt exploratū. Hoc tn̄ pollciti ſunt: ut cū rex oēm Holſatiā ſuę fęcerit ditionis, ipſi arcē Hārow ſuſcipiāt expugnādā. XXXII.

Es Holſatię in arto conſtitutę uidebantur, quando tanto regi tri
r um regnorꝝ potentiſſimo acceſſere urbes maritimę, quas Wan-
dalicas a ueteri ſolo dixere, & quod erat infœlicius Hamburgen
ſes, qui iure ſuberant comitibꝰ Holſatię, ceteris ciuitatibus cõſenſere. Rex
omni, quã educere potuit, multitudine, centũ millia perhibentur extitiſſe,
una Sleſwicũ urbẽ, & arcem non longinquã Gottorpe curauit obſidere.
Henricus comes, qui iuuenũ ducum quã poterat curam agens, profectus
contendit Hamburgũ, ab eius urbis ſenatu pecuniã mutuam accipere: ut
bellũ ex integro gereret. Aderat ex militaribus illi quidã, qui comiti ſug
gereret, non modo mutuũ depoſcere: ſed omni, qua poterant uirtute, ſuis
dñis ferrent ſuppetias, idqꝫ cunctis ciuibus euocatis, non modo a ſenatu
depoſceret. Inuehitur curru, uir ab improſpera ualitudine iam incuruus,
iuſſitqꝫ ad prętorĩũ cõuenire ciues cum patribus. Stabãt ad fores prętorij
ſui uiri cõſulares: ab altera ciues in pontẽ, & domũ Iudicij ad contermina
decurrentis aquę impleuerunt: Medius comes in curru manens, cunctos
q̃ poterat, magna uoce cõmouit: Cernerẽt q̃ iuſta cauſa dñi ſui laborarẽt,
& in q̃ anguſtũ res eorꝝ ſint pducte. Oſtendit quid amiſerint, quid bello
impenderint: Suadet, proſpiciant ſibi ciues in tempore: Honor & libertas
principum ſuorꝝ, maxime in illos redundaret: Si (quod abſit) principes ſuc
cumbant regi, actum eſſe de urbis illius libertate: Proinde orat, ut potius
in longinquo, q̃ ad urbis mœnia pugnantes, in hoc extremę pene neceſſi-
tatis articulo principes ſuos non deſerant: coniunctam eſſe utrorũqꝫ ſalu-
tem: quod patiuntur principes, paſſurã urbẽ. Cõmouit multitudinem co
mitis oratio. Erant inter ciues uiri, ut dixim⁹, ſexaginta qui publico ciuita
tis cõcilio imminebant, urgentes, quod ipſi ſtatuerẽt. Senatus reſpondit:
Magnam rem geri, multũ ab eis depoſci: tamẽ cõmunicandũ ſibi cum ci-
uibus ſermonẽ. Ingreſſi prętoriũ, oſtenderant uocatis ciuibus, quo res illa
proſpiceret: Auertere cupiebant multitudinẽ, ne recens initam cum rege
cõfœderationẽ primi uiolarẽt: ſed eam rem cõmunitati texerunt: Viden-
dum ne a priuilegijs diſcederetur. Quid multa? Ciues propenſos in poſtu
lationem comitis, & ipſe comes, & ſenatus, ſatis intellexere. Primo tamen
reſponſo pecuniã exhibuere principibus cõferendam in neruũ belli, etiam
maiorem, ſi uellet cõmodandam. Sed comes, ubi ciuium inclinationẽ ac-
cœpit, perſtitit in ſua poſtulatione: ut omni qua poſſent uirtute ſuccurre-
rent. Iterum ciuibus euocatis in prętoriũ, prętendit ſenatus, quib⁹ Impe-
ratorijs priuilegijs ciuitas uteretur, a quibus nullo pacto diſcedendũ ui-
deretur: nam a talibus expeditionib⁹ liberam eſſe urbem: quis ſuadeat in
antiquam redire ſeruitutẽ? E diuerſo ciues obtendũt: Si oppreſſis dñis ur
geatur hoſtili exercitu ciuitas: quid ꝓderũt priuilegia? Hoc nũc conãdũ,
ut ſubſiſtãt, apud quos in reliquũ priuilegia ſint profutura. Obtinuere ci-
ues, ut comiti, quanta poſſent, auxilia poſtulãti, pollicerẽtur: literas quoqꝫ,
quas uocant diffidatorias, hoſtilia nũciantes, regi, & capitis periculũ ſcri
bi uoluerũt. Tradunt illę comiti: cui adhuc demorãti in opido, uenit nũci
us, captã ciuitatẽ Sleſwicũ, ducẽ Magnopolẽſem Albertũ, qui inerat cum

Holſatis,pactū ante deditionē: ut cum ſuis omnib⁹ qui ducib⁹ militarent, ſaluis rebus & corporibus,illeſi abirent. CA. XXXIII.

Omes Henric⁹,paruulorꝝ tutor,inſtructo curru, properauit cō
c ſolari eos,qui merore tabeſcebāt, nūcio cum literis Hamburgen
ſium aſſumpto,illos propere ſequi iuſſit. Vbi uenit Rendesborg mœſtam cum filijs matrē reperit. Iam arcē Gottorpe, militātibus permiſſam,pene pro derelicta habuere. Aſſurrexit Henric⁹ ſenior fratrū uenien ti patruo: a quo, cum triſtis & merens uideret, bene ſperare iuſſus,omnia in tuto fore pollicitus eſt: initiū ſe feciſſe bonarꝝ rerū. Oſtendit literas regi nunciātes hoſtilia, affuturos q̄primum ciues Hamburgenſes in armis: Arcem Gottorpe non eſſe tam facile deſperandam: quā armis tueri cōſtaret. Animiq̄quior factus dux,cum eis, quas habuit alis,in Gottorpe redijt,literas Hāburgenſium iuſſit regi perferri. Diffundit fama, Thietmarſos,& Hāburgēſes,multis millibus inſtructos uenire propere. Rex literis conſpectis, uera eſſe rat⁹, quę fama diffuderat,contracto ſuorꝝ cōcilio ſolucndam decreuit obſidionē, ciuitate Sleſwico permiſſa cōſulibus,ſub eis, quas preſtiterāt religionibus ſacramentorꝝ: Copias reduxit,& in opidum Ekelenforde expugnandū cōtendit. Non potuit obſiſtere tantis uiribus immunitū opidulū. Interim obſidione ſoluta, pro impenſis expeditionum ſuarum,Gottorpe,Plone, Haſeldorpe, Hanrow, ad ſexaginta marcharꝝ millia aſcēdere debita. Inito ille conſilio, decreuit regi in pignus pro ea pecunię ſumma arces tradere: illo pacto,ut Ericus dux Saxonię eius nomine teneret: donec numerata denuo regi pecunia,per duces, iterū ducib⁹ redderetur. Eas cōditiones cum rex ſubire non detrectaret,auertiſſę eum ferē Ericus Krūmedijck: Cur tantā perderet pecuniā? armis occupandas fore. Iam regina annis deficiens in fata conceſſit, non habens in tantis regnis, uel unū pedē,ubi moreretur: In naui,ad opidum Flensborg,ſpiritū efflauit. Omnes deinde in circuitu regi inclinauere. Ericus dux,Hoſatię inſidiator,Todeſlo opido in flāmas redacto. Magnopolenſes duces, ut cauſam belli prętenderēt,dotem ſex marcharꝝ millia ex relicta Adolphi nouiſſimi repoſcerūt: alioqui hoſtilia ab illis expectarent: Placabili reſponſo omnes ſtuduit Henricus comes continere. CA. XXXIIII.

Vm impliciti magno bello Holſati detinerent, Thietmarſi pacta
d fœdera iterum uiolauere: non per iuſticiā requirentes,ut debuerant,ſatiſfieri querimonijs: ſed armis uindicaturi, in proximā mouerunt Phriſiam. Erat annus quartuſdecimus poſt millequadringentos. Cauſam belli prętenderāt, q̄ dudum antea quatuor eorꝝ congentiles,pro ſuis ſceleribus,meritas in Phriſia pœnas luentes,ſuſpendiū pertulere: Id in ſuam iniuriā omnes retorſere: q̄ auderēt Phriſij nobilē illum ſuorꝝ ſanguinem attingere. Iuſta nimirꝝ cauſa belli gerendi ad uindicandos fures, ſuis ſceleribus,meritas pœnas olim ſoluentes. Prodiere tamē Eydorā trāgreſſi: Phriſones obuiā profecti excœpere uenientes, & armis collatis ita ſaluatauere: ut multi locum acciperent,quē corporibus tegerent: cæteri fugam iniere,multis in Eydora dimerſis. Hac clade per terrā nunciata, cōclamāt

ad arma. Vindicandum quoq; Phrisones sunt ausi in suos populares. Ita magno iterū agmine perarmato, terrā inuadūt proximā: iam igne, ferroq; plus q̄ ante sęuientes. Non ausi aciē opponere Phrisones cesserūt, prędam hostibus relinquētes: Alij redimere sua, expromissa pecunia, curauerunt. Ita tum Thietmarsi pręda aucti, & spe promissę pecunię locupletati, redierunt. Sed cum ex eorū arbitrio non solueret promissa pecunia, iterum duxere in Phrisiam, iam armis eorū exterritā, nec ad opponendā aciem quicq̄ molientem: sed pro suo arbitrio iterū muletā imposuere maiorē. Triginta marcharū millia uoluere in sumptū belli, ad cōpensandā iniuriā necatorū, presertim ad equanda funera quingentorū a Phrisonib⁹ primo pręlio cæsorum: proq; duob⁹ cęsis, unū dare uiuū obsidē, donec pecunia solueret, cum interim pro cæsis Phrisonib⁹ nihil imputaret: cōpulerūtq; dare literas, in quibus se obligarent, ad iusticiā hoc ordine faciendā cōquerentib⁹ Capitanei Phrisij nominarēt ex Thietmarsis uiros uiginti, quibus unum ex Phrisia iungerēt, sacramēta prestiturū nominatis Thietmarsis: coram his iusticiā sumerent querulantes, tam Phrisij, q̄ Thietmarsi: Iustę nimirū pacis cōditiones: sed tum uictis & territis subeundę. Duces aūt iam bello impliciti, cum audirent tantā Thietmarsorū in suos uiolentiā, monuerunt literis & nūcijs, ut abstinerēt: sed nihil illi mouebant. Duces interim alibi distenti, dissimulabant ad tempora suorū iniuriā: quā Adolphus dux post mortem fratrū ad cōpromissum, quod, suo tēpore dicemus, perduxit: estimans suorū damna ad ducenta marcharū millia. Sed hęc postea. Tum uero Otto Schinkel quidā ex Holsatis, cum Tilen presidiū ducū nomine teneret, & dñis suis ex quibusdā causis se opponeret, per terrā Thietmarsiæ ex Holsatia prędam ęgit: Equicium deduxit, & in Thietmarsia, equos, & omnem prędam uendidit. Sed Henric⁹ comes, sumptis machinis, & belli apparamentis, eum dicto deiecit præsidio, coægitq; terram linquere, & in exilio uitam finire.

CA. XXXV.

Imbriæ insulā, quā corrupte, alij Fimbriā, alij Imbriam nomināt, et ātiquę gētis nomē seruātē, uaria tum fortuna iactabat. Rex tum illā ditione tenebat. Holsati recipere cōnisi, cōuenerūt in uillam proximā, tanto silentio: ut nihil in terra sentiret: & mouentes in eam ante matutinā lucē, omnes in terram copias exposuere. Exorta luce, cum cernerent habitatores adesse hostes, sonare iubent campanas: & congregari populum, ut fidem regi impleant. Erat decimus sext⁹ post millequadringentos. Stetere in acie in aduersos. Sacerdos, qui diuinis in opido Borg prerat, mediū se interposuit, si quo modo sanguinis effusionē possit euitare: Futuros spondet habitatores quod cogerentur: Esse inermē populū, qui regi sacramenti uinculo esset obligatus: si arcis domini fierent, facturos se quod tenerent, quodq; fieri uiderēt de capite illis imposito. Arcē Glambeke miles Danus tenebat, qui tota nocte de naui cōmeatus & arma arci induxit. Vnde factū est, ut suis reb⁹ intētus, min⁹ obseruaret, quid hostes molirentur. Sed dux & comes ambo Henrici, uallauerunt obsidione arcē expugnaturi; armis non facile, famę cōtenderant superare. Nauim semper

ad manum habebat miles memoratus. Cunctis octo septimanis cõtinuata obsidione nihil ex Dania aduehere (erat enim media iam bruma) arcem fidelib⁹ cõmendãs, ipse nauigabat in Daniã, redibatq; cõmeatus & arma importaturus: sed fortius, ne inueheret, restitere Holsati. Factũq; est, ut se dedere cogerẽtur, pacti uitã, qui tenuere. Recœpta arce, sequuta est terra renouatis iuramentis in Holsatos, sex etiã marcharũ millibus expromissis. Sed rex proximo reuersus anno, ferocissime se uindicauit in gentem: Nullum discrimẽ in sacris & prophanis: Altaria euersa, ecclesię execratę, abductæ uirgines & matronę: lachrymabilis uirorũ strages, quã etiã rex omni æuo suo in oculis semper fertur habuisse, allachrymans quoties illius diei recordaretur.

CA. XXXVI.

h Enricus comes Holsatię nouissim⁹, uir morbo artetico factus ad arma inutilis: Erat enim podager, cęterũ cõsilio pollẽs, & qui pro nepotibus multa faciebat. Inter alios dilexit mediũ trium Adolphum, q; prospiceret salutẽ patrię, per illum prouenturã. Iam illum uidendis alijs principibus & terris ablegauerat, & in Nurenbergam ad Burggrauiũ iussit abire. Vbi aũt Henricus se uiribus defectũ sensit, misit qui illum reduceret: redeũticq; arces Zegeborg & Rendesborg reddidit: nam frater senior ducatum administrabat. Declarauit iam in puericia sua iste Adolphus seueritatẽ futurã in uirili. Regina Margareta paruulis ducib⁹ monilia pręparabat in pileis deferenda. Adolph⁹ exquo monile cõspexit, pileum recusauit, manicę eius iussit assui: Semper manu ille insectaꝫ aurũ, impatientiã ostendens cum muneris authorẽ non probaret: dorso manda uit affigi: Ille parietẽ dorso terens monile cõfregit. Regina cõspiciẽs adulescentulum, ei⁹ dona auersantem: Tu, inquit, si uixeris, hostis eris regnorũ non uulgaris. Hic Henricus rebus per Holsatiã bene procuratis, multa in bellis consilio magis q̃ manu peręgit: & in senecta, quã illi suus morbus properabat, monasteria frequentabat. Bordesholm canonicorũ regularium cœnobiũ insigne manet, q̃d frequentans audiuit rumorẽ de uoce, incertum angelica an humana, quę uelut pueri se misceat uocib⁹ canentium fratrũ, & interdũ sacerdoti ministeriũ ad altare summũ in pręciputis festiuitatibus agenti. Orat Hẽricus fratres, pro se interueniãt ad Deum: ut ei⁹ uocis mereatur auditor fieri. Fęcere fratres quod uoluit. Vbi diligentius auscultabat, audiuit concinentẽ: & prę gaudio se non capiens, locũ insigni dono honestauit, permittẽs uillã Loep cum omni iure dicto monasterio. Non silebo quod in laudẽ altissimi cõmemorationem promereꝫ, ętate nostra gestũ: Nonnulli fratres ex sacris ordinib⁹, quas foris accœpcrãt numero sex ueniẽtes, iã uespertino officio inchoato, ipsi ex dormitorio lateralem ingressi capellam, unde in subiectũ chorũ est prospect⁹, audiuere in cantico Magnificat uocem uelut pueri intercinentis: & inter se inspiciẽtes dixere: Quid pater noster unde adduxit canentẽ puerũ, pręter ordinis nostri cõsuetudinẽ? Et aspicientes desuper puerũ non uiderũt: nec tamẽ uox ista quieuit. Expleto officio quidã ex his detulere patri quid audissent. Ille miratus singulos examinat: auditq; consona uoce testari: omnes se uo-

tem cõcinentis inter fratres audisse pueri. Glorificãt illi deũ, certi esse tutelaris eius loci, sancti Vicelini nouissimi Aldenburgẽsis ecclesię pontificis, qui apud eos corpore quiescit uocem: qui fratrib⁹, quos primus ille instituerat, & magno diu labore per Holsatiã prędicãs, monasteriũ fundauit, in Faldera, cui nomẽ reliquit Nouomonasterio, huc trãslatum deesse non patit. Nam & ipse in terris uiuens, quod supra diximus, in festiuitate diui Nicolai, cui erat deuotissim⁹, uocẽ ferẽ angelicã audiuisse. XXXVII.

g Rauis deinde Holsatis rex imminebat: oppugnare constituens Alzen terrã maritimã ducatus Slesswickcensis, non longinquam Holsatię. Inerat, ut est hodie, multa manus militaris: Tuebantur quoad potuere: uota quoq; in Deũ & sanctos cõcœperunt: ut uim hostilem desuper adiuti, uel superarẽt, uel sustinerent. Lubicẽses satis initio pro rege stabãt, denũciantes militaribus Holsatię, ut qm̃ rex iure ageret, a iusticia illis q̃q; discedere nõ licere: Omnes illi ciuitates subscripsere Hanse. Responsum accœpere: Duces tenere & tueri paternã ditionẽ, a qua uiui non discederẽt: Ius esse in feudũ succedere patri filios: id se pro dñis suis, ut tenerentur tuituros. Illa tum cõtradictione disceditur: & cęteræ quidẽ Wandalię ciuitates, regi cum Lubicẽsib⁹ inhęrebant in causę primordio intantum, ut Luneburgẽses publice interdicerẽt, ne quis ciuiũ suoꝝ Holsatis quouis pacto obsequereẽ, uel minima in re: Ea enim specie prętẽsa iusticię multos rex in fide continebat: q⁹ personalẽ Gerhardi non legitimã̃ succedentis feudi fuisse permissionẽ diceret. Thiemarsi ea re inflexi in partem regis uidebantur: nam ex maioribus terrę quosdã euocatos, muneribus datis, in suas partes rex inclinauit, alteri uestem, aurũ alteri, & uni primariorum prępetem nauim cum remigijs expeditam (Snicken uocãt) Duces uero hui⁹ gẽtis auersos animos non leue duxerũt: sed immisso ex suis in terram uiro prudente, & qui nosset, quibus quid loqueret: hic in duces captato inter populares sermone, uicissim tentauit reclinare. Scripsere em̃ Thietmarsi ducibus, quia rex causam suam in man⁹ quoq; nostras cõstituit, passus iusticiã, uel a quouis accipere, & idcirco deesse non possumm⁹ iusticiã fouenti & poscenti: Sed orator ducũ illis se primũ cõiunxit, quos sciebat a rege necdũ muneratos, satis ęquos Holsatis: Ostendit iusticiam partis suę, orans, ne cõtra iusticiã inscij laborarent: Cognitã esse feudi iustam successionẽ, pro qua duces nihil ultra quęrentes cõtenderẽt: Obijciẽt illi in frontẽ, iusticiã magis stare pro rege. Si inquiunt iumẽtum tibi in dem cõmendauero, num reddere uoles expleto tempore? Ille rationem reddidit obięctantibus: non hoc esse cõmendare, quod feudum permittere: Nam feudum omniũ gentiũ unanimi cõsensu ad filios pertinere post patrem, modo id legitime postuleẽ a dño, nec subsint amittendi causæ grauiores: Paratos esse duces, nullis in regem criminibus obnoxios, nec paternam luentes culpã, a rege feudũ humiliter postulare. Tum illi replicaẽ a promptiorib⁹: rex est, inquiũt, parat⁹ iusticiã suã in man⁹ nostras ponere, quomõ ergo illi aduersabimur? Tum ille: Idẽ, inquit, duces polliceor facturos. Thietmarsi ubi audiuere, ęquiorẽ sumpsere animũ in duces. Ille

reuersus ad dños suos, effęcit, ut literis ad gentem missis, testarentur apud quẽuis, & deinde Thietmarsos iusticiam suę partis collocaturos. Eas cum acciperent Thietmarsi, exemplar eorꝝ regi mittentes, ostendũt ducibus, se non posse aduersari, qui omne ius suum ipsis, ut cerneret, permitterent. Ita tum Thietmarsi, qui inclinationem rerum facturi uiderentur, in fide duxcum remansere.

CA. XXXVIII.

Euenit deinde causa ad regẽ Romanorꝝ Sigismũdum, qui euocatis in causam ducib⁹, in ea procedere cõnisus est. Per arbitramentum productam illo causam crediderim: nam legitimo iure Danię regnũ, cui paret ducatus, Romanorꝝ Imperio nil debere cõtendit. Misit Sigismũd⁹ ad regẽ Danię, quod in Dania scripsim⁹, oratorẽ Sclesię ducem: qui rebus optime cõpositis, iam de reditu cogitãs, uitam finiuit in legatione. Vbi ille defęcit, iam cõpositionis uia intercedit. Dux maior natu pro se & fratribus euocatur ad reditũ: Nõ detrectat ire uiã longinquã & periculosam, usqꝫ in Bohœmiã loco cõstituto: Vbi neminẽ reperiẽs ad agendam causam, neqꝫ iudicẽ, neqꝫ partẽ alteram uidens, de diligentia sua protestatus reuertitur. Misit deinde Imperator quendã ad elicienda causę documenta doctorẽ. Hic attestationib⁹ accœptis, & literis ad causam facientibus transsumptis, probationes ad causam habere sibi uisus est terminandam. Duces ab illo pridẽ cõuenti, ut literas si quas haberẽt, coram illo ederent, cõstituto in Flensborg loco, responderunt, literas in hostili loco non ostensuros, idqꝫ, ne perurgeret, efflagitabant: in Sleswico exhibere paratos quas tenerent. Nũcius interim regis Sigismũdi, accœptis attestationibus a rege Danię redibat ad dñm suũ, cõtumaciã in ea parte ducũ reputans, iterũ duces euocãtur ad audiendã sententiã in Ouen (Latini Budam dixere) Vngarię urbe primaria: nam hoc regnũ suberat ab initio regiminis sui Sigismũdo. Dux cõuocato in Bornehouede terrę suę cõcilio, de agendis deliberauere. Aderat Iohãnes Lubicẽsis episcopus uir doctissimus, Sigismũdo regi non ignot⁹: qui in eadem causa ex ore dicti regis se audisse testaretur, non futurũ illũ prȩcipitẽ ad exhęredãdos iuuenes principes: ad ineũdam cõpositionẽ esse operã omnẽ cõuertendam. Qua ex re duces, etsi maior Henric⁹ nuper magno labore periculo & sumptib⁹ frustra transierit, tamẽ non omittendã pro dignitate legationẽ consenserũt. Aderat ex cõsiliarijs uir sensat⁹, qui ubi intellexit rerũ inclinationẽ, prȩfatus ueniã, hȩc interposuit. Audio inquit, illustres dñi, quia nuper secundo ad causam euocati, ire uel mittere decreuistis in Vngariã: Pace uestra & alioꝝ melius sentientiũ sententia semper salua, mihi si effari licet, alia sedet in animo sententia, nullo uos ad eundũ iure cõstringi: quia cõpromissum erat in diem & locũ, quib⁹ frustrati nuper inclyte dux Henrice, neqꝫ iudicem, neqꝫ partẽ cõperistis: nisi a uobis denuo sit repetitũ cõpromissum, arbitror primũ expirasse, nec teneri in loco citationis cõparere, neqꝫ in regẽ Vngarię, neqꝫ Romanorꝝ cõsentire: Locus enim insecur⁹ est propter Bohœmorum grassantẽ in omnes improbitatẽ: Nam & Alemãnię principes audio priuilegijs esse cõmunitos, ꝙ non teneãtur in locis extra Imperij li

mites cõparere, cuius priuilegij cõseruator fertur esse comes de Zwartzeborg. Iusuper rex Vngarię atq; Danię sunt cõsobrini, in secundo gradu consanguinitatis sibi cohęrentes. Pater enim regis Danię, & mater Sigismundi, soror & frater fuere: quę uel sola est legittima causa iudicẽ declinãdi: Vnde michi uidetur ab ea citatione ad summũ pontificẽ prouocãdũ. Sed huic cõsulenti nullũ desuper extitit respõsum. Sed inito cum Iohãne episcopo, & Nicolao Zachowen Lubicensi canonico, Iohannis in pontificatu successore cõcilio, Henricus dux iterũ contẽdit cum eisdem prelatis ad Sigismundi regis præsentiã: sperãs eũdem regem, assumptis electorib⁹ rem omnem per compositionem diręmpturum. CA. XXXIX.

Bi peruenit Henricus dux in curiam regis Romanor; Sigismũdi uidit aduersantẽ sibi regem. Sigismũdus assumptis, qui aderant, nõnullis principibus & baronibus, instructus ad causam documentis, quę nuper eius nũcius ex Dania attulisset, sententiã promulgauit. Henricum, Adolphũ, Gerhardũ, Holsatię comites ducatũ Slesuickcensem iniuste possidere, & ad illũ regi Danor; restituendũ cõdemnauit. Lata sententia, Sigismũdus se interponẽs cõpositioni, exhibuit regis nomine danda ducib⁹ in uim cõcordię trecẽtena aureor; millia, insuper Lalandiã ad ducatus possessionẽ euacuandã. Sed Henric⁹ dux auersas habuit aures: & ab iniqua sententia summi pontificis audientiã appellauit: Hoc erat laudum reducere ad arbitriũ boni uiri. Nam q̃p fuerit sententia legitimi iudicis prorsus non intelligo, nisi se sponte rex Imperio subięcerit, q̃d proceres passi non fuissent. Dux misso in eam causam procuratorẽ ad urbem Nicolao de Sachowen, obtinuit causam cõmitti Theoderico Colonienſi archiepiscopo. Sigismũdus indignatus summo pontifici, q̃p causas coram se per sententiã terminatas attrectare tentaret multa fęcit, ut papa cõmissionem reuocaret. Sed ubi causa iuris prosequẽdi substitit, cętera sunt militari manu expedita, quẽadmodum in Dania sum⁹ exequuti: Nũc hoc solum attingentes, quod Saxonicis rebus innititur. CA. XL.

Nde multiplici iucurrente labore, eo res deducta est: ut ciuitates Wandalię a rege decedentes, ducib⁹ inheserint, multũq; tempus & ibi detritũ est, donec ad nouissima pacis pacta peruenirẽt. Sępe deinde tentat arcis Gottorpe oppugnatio, sed frustra fuit. Ciuitatem quoq; Slesuicũ, ubi denuo in ius ducũ reuoluta est, ita cõmunierũt fossa tutis, uallis, & propugnaculis, ut non facile a rege denuo caperẽt. Igitur reducto rex in Flensborg exercitu, alijs uijs intẽtauit sui iuris exequutionẽ. Cum aũt opportuni⁹ nihil esset ducibus ad obtinendũ ducatũ, cuius iam magna parte nudati fuere, q̃ opidum Flensborg, eo cõtenderãt, ut oppugnaretur. Ex ciuitatibus Wãdalicis, iam bello cum ducibus sentientibus, uenere auxilia ad oppugnationẽ opidi memorati. Firmata est obsidio, & expectata dies oppugnationi prefinita, cum interim tumultuarẽt in castris initio facto ex Hamburgẽsium tẽtorijs: qui fortasse largius q̃ par erat potiti se cõmouerunt nocte Dñicę Ascensionis: Et clamor (incertũ unde) ortus, dolo, an inaduertentia cœptus, iam esse Hãburgensiũ satellites in septis ho

ſtilibus, peruenit ad ducē. Ipſe, cum clamorē audiſſet: Et me, inquit, laborantibns pro me adeſſe cōuenit. Vbi uenit ad hoſtiū propugnacula, uidit omnia quieta, miratus unde clamor. Sepem prętenderāt Dani foſſatis, robuſtam ſudibus & palis: Huic dux ſcalā uidens inclinari, uoluit quid int' ageretur contemplari: necdū enim loricā ſatis cōſtrinxerat. Superueniēs quidam ex cōcilio ducum uir militaris: Quid, inquit, agitis princeps inclyte: In quod periculū cōtenditis? Danus qui intus excubabat, audiens eſſe principē, qui ſcalę incumberet, lancea ſepem penetrans, ſub loricam deſub tus uentri ſtantis infixit, lętaliterq; p̄cuſſit. Et ingemiſcens cum accœpto uulnere: Tollite, inquit, me circūſtantibus: Satis mihi ad mortē eſt. Qui aſtitere triſtes, ſanguinem uident principis in terrā profluere: Ipſum manibus correptū, ſcalę impoſuere: ut iacentē reducerēt in tentoriū. Ille impatientia uulneris ſe uertere cōniſus, decidit in terram, duplicato ex lapſu uulnere atq; dolore: nec diu ſuperfuit, ſpiritum efflans. uix triceſimū moriens attigit annū, princeps multis prędituſ uirtutibus, fide, cōſtantia, integrate, ſobrietate, & quod ętati rarū fuit, uerecūdus, & caſtus. Sponſam habebat, quę ubi exitū eius audierat, ſuam deo uirginitatē conſecrauit, nullum paſſura maritū, quādo optimo aduleſcente principe frui non licebat: Luctum ergo p̄duxit illa ad ultimū ſui diē: Sic amor urgebat. Mox dilabētibus in ſua urbium Wandalicarum auxiliįs, q̄uis ab Adolpho multum manere rogarētur, ſoluta eſt illa tum Flensburgi obſidio. Erat autem annus poſt milletrecentos uiceſimuſſeptimus. Sed hęc anticipando propter rerum continuandam ſeriem cōmemorata ſint. Cęterum ad annorum ordinem retro pauliſper reuertamur.

FINIT LIBER X.

INCIPIT LIBER XI.

SIGISMVNDVS PRIMVM VNGAriæ, deinde mortuo fratre, etiā Bohœmię rex, nouiſſime Romanorę, electus a principib⁹ in Franckfordiā euocatis, rex: cum ad cogendū concliū eccleſię multa fęciſſet, perfęcit: ut tribus ſummis pontificib⁹, uel cedentib⁹, uel deſtitutis, uel p̄tinaciter abſentib⁹, Martinus. V. ex Romanis patritįs Columnenſib⁹, Cardinalis ante. S. Georgij pontifex crearetur, cōponendo Ro. Imperio reliquā operā ſtudioſus impendit: cū multa ei & in Vngaria cū Turcis, & in Bohœmia cū perfidis eſſent ſchiſmaticis negocia, iam tum nō modo in Bohœmia, ſed etiam uicinis prouincįs atrociter digraſſantibus: quod in Wandalia noſtra exequemur. Cum tot Romanorū regi undequaq; curę incumberent, plenus ipſe laborum, diu diſtulit in Italiam pro petenda in urbe pro more corona Imperiali tranſitum ſuum: p̄cipue q; in ea prouincia tanta inter multos eſſet

armorum conflictatio, ut Imperatori iam locus nullus uideret. Surrexere ex capitaneis tyranni, & ex tyrannis legitimi uolebant uideri principes: qui Impatori, & Imperio, quę iuris sui essent, paulatim detraxere: q̃q̃ non satis queri possit Imperiũ de alienis inuasoribus: domestica maior pestis Imperiũ atriuit Romanũ: Nam Ludouicus Bauarus Imperio per sua tẽpora incubãs potius q̃ legitime prędidens, libertatẽ uendidit, ut ferũt, ciuitatibus Italię, uili nimis precio. Florentini sex millia nummũ aureorũ pro sua libertate soluisse feruntur Imperatori: quã pecuniã, uel mediocris unꝰ ciuis, dotẽ sibi numerasset. Karolus deinde Imperator uiscera Imperij per Germaniã hauriens, ita pro ignauissimi pecudis, filij sui Wentzlai prouectione, principes electores induxit promissis, cuicꝫ centũ millibꝰ aureorꝫ: incꝫ pignus cuicꝫ traditis uectigalibꝰ Imperij, ad cõfinia ditionis cuiuscꝫ collocatis: ut rex Romanorꝫ uiuo patre diceretur, & esset. Wentzlaꝰ ipse suo tẽpore, non regnãs, sed desidens, non uigil, sed dormitans, quod reliquum fuit abliguriuit: ita, ut cum uel Ropertꝰ, uel Sigismundus ad Romanum regnũ peruenirẽt, non iam ruere, sed ruisse cernerẽt dolentes Imperium. Sed in ipso iam Cõstantię cõgregato cõcilio, cum multa utiliter a patribus cõstituerentur, prędertim de renouando in quinquenniũ proximum, deinde in decenniũ, cõcilio: Sigismũdus, qui & ipse aderat cum aliquot principibus negocia tractabat regni sui. Adolphum Cliuensem comitem ibi creauit ducẽ: Fridericũ burggrauiũ Nurẽburgẽsem fęcit marchionem Brãdenburgensem, cuiꝰ succesio durat in hodiernũ. II.

c Vm igitur ageretur a Christo annus decimusseptimꝰ post millequadringẽtos, primũ apparuere his nostris maritimis locis ad mare Germanicũ, homines nigredine informes, excocti sole, immundi ueste, & usu rerũ omniũ fœdi, furtis imprimis acres, prędertim fœminę eius gentis: nam uiris ex furto fœminarꝫ uictus est. Tartaros uulgus appellat: In Italia uocant Cianos: Ducem, comites, milites inter se honorãt: Veste prędantes, uenaticos canes pro more nobilitatis alũt: sed ubi uenetur, nisi furtim non habent: Equos sępe mutant: maior tamẽ pars pedibus graditur: Fœminę cum stratis & paruulis iumẽto inuehũtur: Literas tum prętulerũt Sigismũdi regis, & aliquot principũ: ut transitꝰ illis per urbes & prouincias incolumis permittatur, innoxiusꝫ. Ferunt ipsi ex iniũcta sibi pœnitẽtia mundũ peregrinãtes circuire: Sed fabellę sunt: hominũ genus, quod usu compertũ est, in peregrinatione natum, ocio deditũ, nullam agnoscens patriã: Ita circuit prouincias, furto, ut diximus fœminarꝫ uictitans: Canino ritu degit: nulla religionis illi cura: In diem uiuit: Ex prouincia demigrat in prouinciã: Per aliquot annorꝫ interualla redit: sed multas in partes scindit: ut non ĩdem in eundẽ facile redeant, nisi per longa interualla, locum: Recipiũt passim, & uiros, & fœminas uolẽtes in cũctis prouincijs, qui se illorum miscent contubernio: Colluuies hominũ mirabilis, omniũ perita linguarꝫ, rusticę plębi grauis imminẽs: ubi foris illa laborat in agris, hi spolns inuigilant casellarũ. Per quod tempus Iohannes Walrode archiepũs Rigensis trãslatus est ad ecclesiã Leodiensem: cum Iohan-

nes pridem Leodiensis episcopus, dux Bauariæ, frater Wilhelmi comitis Hollandiæ nouissimi, præficeret, se hoc annitente, gubernator eius comitatus. Multū illi renisus est Adolphus dux Brabātin⁹, qui unicā Wilhelmi filiam Iacobā cōiugem tenuit: cp Iohannes iam episcopus, hereditare non posset terrā, cui ipse dare legitimū non possit heredē. Ille tamē, & sanguinis iure, & gladij præsidio perfecit: ut pati cogerent eum, & Hollandiæ, & Zelandiæ gubernatorē: quod ut assequeretur, passus est ecclesiā, ut diximus, alteri cōmendari. Ad archiepiscopatū aūt Rigensem promot⁹ est Iohannes Habūdi in cōcilio Cōstantiensi, cum prædecessore diu uersat⁹. Facile aūt Iohānes Walrode, dimissa Rigensi accœpit aliam: quia fratres de domo Theutonica, ita semper ecclesiā exercēt a qua creuerūt: ut facile quiuis aliud malit, q̄ in ecclesia Rigensi gerere archiepiscopatum. III.

Odulphus interea dux superioris Saxoniæ, cum ordinatione Sigismundi regis legatione fungeret in Bohœmiā, ut uel proceres ipsos auerteret perfidia, & ad ecclesiæ unionē reuocaret, perpensum est a malignis quibusdam, legationē eius plurimū, si sineretur, ptospe-
raturam: qui submouendū hominē putauerūt. Armis publice non licuit. Iure enim gentiū legatis præstatur reditus: Veneno sunt aggressi, & peræ merunt principē glorioſum. Quo tempore, cum ann⁹ ageretur a Christo decimusnon⁹ post millequadringētos, principes Magnopolenses, & ciues Rostockcēses, annisi apud Martinū summū pontificē, publicū Rostockij gymnasiū collocauere. In profesto diui Martini principes Iohānes & Albertus, literas papales solenni pompa inuexerūt in urbē: magistros collocauerunt: sacrū mysteriū in ecclesia perægit Iohānes Zwerinensis episcopus: Quo peracto, ipse cancellari⁹ factus, lectis literis apostolicis, solenniter exequutus easdē, instituit scholam publicā cum priuilegijs & dotib⁹. Mansiones idoneæ personis præsidentibus eriguntur: publica lectionū & disputationū palladia constituūtur, & omnium pro dignitate sua sumunt principia, cōstitutis stipendijs pro cuiusq; ordine, quæ ab eius loci concilio soluerentur. Per idem quoq; tempus clerus Brunswickcēsis, qui tanto tēpore urbe exclusus, est peregrinatus, per occasionē uilis initij, reducitur. Nam causa in Romana curia ad finem deducta, solenni processu laic⁹ populus superior factus, ut aiūt, expensas litis, a quibusdam cleri decimis, per tempora certa percœptis recuperauit, hoc primū anno rebus ad pristinam integritatē redeuntib⁹. Tum etiā mercatoribus huius littoris Germanici res in Hispania fuere aduersæ: Nam rex Hispaniæ pridē Alemannis interdixit, suos portus ne ingrediātur: præcipiēs, ut Bruggis expectarent suorū ex regno mercatorū aduentū. Vidit oculatus rex, Germanorū in suos portus nauigationē, suis regnicolis adimere maris usum, nauibus procurādis nullam illis esse curam: Quā rem auertere instituēs, edixit, ut ipsi nauigarent: aliisq; interdixit, ne nauigātes aduentarent. Sed Getmani iam nauium multitudine freti, regis imperiū posthabuere, classem suorū grandem conficientes, quo ad repellendā uim essent armatiores. Rex ubi cōtemptū uidit suū edictū, armis statuit tueri, cōtemptūq; uindicare. Nam armatis

omnibus regni sui nauibus, portus in quibus sciebat mercari Germanos, a mari cōclusit: egressuros per arma excœpit, & ad internecionem, paucis elabentibus, cęcidit: Quadragintaocto naues tum uictor ex eis obtinuit: Discite gētiles iusticiā moniti, nō temnere diuos principū iussus. IIII.

Wilhelm⁹ dux Luneburgensis, Henrici filius, cum ecclesia Bremen
w se luctamē habuit non paruum: Ingressus fines diocesis, ferro, & flammis omnia deformauit, prędam abduxit. Vicissim ministeriales ecclesię ducatū cōterminum ingressi, tallionem reddere curabāt. Sed tum ille secundā faciens profectionē in diocesim, ad eam uastitatē redęgit, captis aliquot ex militaribus, ut facile cōpelleret ad ęquas secū cōditiones uenire. Quę res plurimū fuit impedimēto ducibus Sleswici, bello in regē Danię quod gerebāt administrādo. Nam Henricus ipse Wilhelmo tum in Bremenses tulit suppetias. Sed ut Danorū regi auxilijs propinquorum suorū occurreret, submisit amicos, qui rem intercœptā ęquis cōditionibus in Verdensi ciuitate penitus trāsigentes cōplanarūt: ut arma in Danorum regem cumulatius uerterētur. Fridericus quoq; Brandenburgensis, nunc beneficio Sigismūdi marchio, descēdēs in suā ditionē, reperit eā tumultuantem ex prędonū incursionibus, qui in arce Garlese habuere, ut ferebant recœptacula: Indoluit princeps bonus in suis finibus eam uigere improbitatem, armatis in eam copijs, duxit ad obsidendā eam arcē, obtinuitq;. Non ęquis aspexere oculis principes Magnopolenses suæ ditionis terminos ingredi alienū principē: sed erāt hę causę, quas improbare nemo recte potuit. Persequutus est enim publicos hostes ubicunq; reperit. Opidum Ketter Angermūde, quod nomē traxit ex multitudine olim ibi demorantium hęreticorū: Erat aūt ditionis ducū Stetinensiū: marchio idem quibuscūq; ex causis inuasit, cępit, & in suam redęgit ditionē, multis in eo captis militarib⁹, qui defendēdi ei⁹ gratia inerāt. Hęc primordia eius stirpis principū de Nurēberga marchionū, multis præclaris facinoribus ingressum fecere: ut finis fieret solitarū per eā prouinciā incursionū. V.

Ricus inferioris dux Saxoniæ, iam multis rebus factus odiosus
e uicinis suis, & prępipue uicinis urbibus, q; arcē Bergerdorpe pignori Lubicensibus a patre obligatā, non numerata pecunia, recœperit: q; opidum Molne expugnauerit: super omnia, q; fauorē impendere diceret graſſatoribus publicarū uiarum: cum de arce Bergerdorpe sub aquis ponte, qui non uideretur, facto, retrorsum descenderēt, antrorsum uidente nemine, & per cōdensa nemora abirēt in uias publicas, ut insidiarentur: captos in uijs mercatores, opertis eorum oculis, circūduxere, quasi multā uiā abirent, cum girantes manerēt in uicino. Recœptacula habuere in saltib⁹ occulta, ubi usq; ad exactionē plenā captos emungerēt, & noctu perducētes in deuia abire sinebant iam emūctos, si tamē euaderent positas insidias. Eius generis machinas multas pro cōpertis habuere uicinarum urbiū ciues. Ex cōdicto Lubicēses & Hamburgēses, aliquot conductis stipendio militibus, & in supplementū ciuib⁹, ac mercatorib⁹ perarmatis, octingentorū equitū, trium milliū peditū agmen eduxere: cōten-

deruntq; in opidum ad arcē Bergerdorpe: nec potuit obsistere diu tantis uiribus. Ingressi prędā permisere militibus: inde ad arcē oppugnādam duxere, bombardis, & machinis sine requie sęuientib⁹ per quatriduū. Cōtinuere se qui intus fuere arcis custodes, & uallis muniti diu cōtempsere oppugnationē: neq; tonitruis bombardarū mouebant. Sed tum puluere sulpetrino atq; pice fumū excitauere oppugnantes: ut uallis & oppugnationibus propellerent arcis defensores, cedentesq; per pontē in arcem, locum fęcere sequētibus uestigio oppugnatoribus: Qui uallo iam capto feroci⁹ instabant ictibus bombardarū, ut custodes arcis, cum cernerēt, se diu tueri non posse, nec ereptionē sperarent a duce suo, pacti uitā & arma uiritim sua, deditionē fęcere, abire permissi. Ductores copiarum duo ex urbibus procōsules, Iordanus Plescow de Lubica, Henricus Hoyer ab Hamburgo signa suarum urbiū de turri prominere faciebāt: impositoq; præsidio ualido, ad aliam non ęque munitā Ribenborg contendunt. Ibi nullo negocio statim deditā capiūt, q; defendi non posset infirmior, capta iam munitiore. Mouētes deinde in Cuddeworde, præsidiū eiusdē ducis Erici solo ęquauerunt. Et cum etiā tunc procedere cogitarēt, submissi sunt partium cōmunes amici, qui rem in treugas reduxerūt. Stabāt illę per quindenam. Interim principes omnes in circuitu, cum etiā inter se causas haberēt dirimendas, conuentum publicū indixere in opidum Perleberge. Aderat Fridericus marchio Brādēburgensis, Casimar⁹ Stetinēsis, Iohānes & Albertus Magnopolensis duces, Ericus de inferiori Saxonia dux, multi barones & nobiles, oratores quoq; urbiū Lubicæ & Hamburgi, qui etiam amicorum loco ab urbibus Wādalicis cęteris secum duxere cōsulares uiros. Ibi re primū inter principes cōplanata, marchionem ab una, & de Stetino, deq; Magnopoli duces ab altera parte, permutatis inuicē captiuis, & ęqualibus cōditionibus rem inter se cōposuerūt. Deinde inter Ericum & memoratas urbes: quia constabat legitimis causis militari more indicto bello, non iniuste captas arces cum pertinētijs suis, quam quisq; rem bello apprehendit in ea possidenda ut maneat decreuere. Habuere duces Saxonię ab olim literas ex senatu Lubicēsi: ut defensis publicis itinerib⁹, in necessitate urbi succurrentes, annuas acciperent ex ęrario publico marchas trecētas: Eas tum literas, cum diu tenuissent, reddere iussus, reddidit Ericus. Ita ex illo die cœperūt arces in manibus esse duarū urbium: quibus alternent per sexenniū prefectos ex ciuibus, qui id poscāt, sęcularib⁹: qui nō suo damno prefecturas agūt in homines palustrib⁹ locis subiectos. VI.

Roningēses per id tempus ciues urbe Phrisię palustri, sed ut rentur inexpugnabili, cum uicinis occiduę Phrisiæ urbib⁹ simultatem habuere, quā in occasionē cęteris dominādi uertere cœperūt. Nam turmatim egressi opidum Lewarden obsident, oppugnāt, capiunt, & in leges suas redigūt. Progressi, in Scauriā mouent: itidem facientes, in obedientiam suā redigūt: populus antiqui nominis Phrisij, olim Cauchij, militauerūt aliquādo Romanis sub Nerone imperāte: Testis est Cornelius Tacit⁹: Venisse eius gentis oratores Romā, & in cōsessum publicū prę-

dente Nerone introducti, magis ut uiderẽt q̃ audirent: Viderunt peregri no habitu inter Romanos ſedere gentiũ oratores externarũ: & interrogã tes qui eſſent: cur multis ſtãtibus illi ſederẽt: reſpõſum eſt. Hoc fidei da tum gentiũ, a quib⁹ erãt emiſſi. Tum ipſi Phriſij iniuſſi, ſedes ſibi delege runt, prefati, Germanis nullã gentẽ fide preſtare. Ea res Imperatori rela ta placuit: utrũq; ciuitate donauit, q̃ erat illa ętate munus inſigne, habere ciuilitatẽ urbis Romę. Militauere longe poſt Karolo Magno, & pulchrã illi in Italia operã nauãtes exterminãdis Lõgobardis, multis ab eo, ut fe runt, priuilegijs ſunt inſigniti. Suberant aliq̃ Frãcor̃ regib⁹. Seruierunt Danis, tum per littora Germanię Gallięq; dominãtibus, quod in Norwa gia diximꝰ: Nunq̃ ipſi regẽ ſuę gentis habuiſſe ſunt inuẽti, quod falſo ipſi gloriãtur. Cernere eſt, unã gentẽ, unis moribus, longo licet interuallo di ſtantem per littora Germanię. Ab Hollãdia in occiduũ ſumpto principio orientẽ uerſus, per dioceſes Traiectenſem, Monaſteriẽſem, & Bremẽſem: deinde ex latere Holſatię in Iutiã intercipę ſunt aliq̃ paludibus, aliq̃ ma ris finib⁹: totę ſunt aliq̃ inſulares, undiq; mari clauſę, q̃ pontus cõtinenti interuenit. Thietmarſos gentẽ accolam, Albis & Eydorę fluuior̃, quibus claudit, ab hac cõmunione, licet paluſtris ſit, excipio: q̃ ſemp̃ Germanica uſa lingua, Saxoniæ ſit annumerata: Variauit tñ ſæpe dños: q̃d ſupra ſuis locis attigimꝰ. Nomen illis natũ ex loco licet cõiectare, ut quõ cæteri eius regionis homines, locis nemoroſis habitãtes Holſati patria lingua dicunt, ita paluſtres Merſi dicant, Wilſtermers, Crempermers, Thietmers. Palu ſtria enim & aquoſa loca Saxones Mers apellamus: tãetſi in prefatione hu ius Saxonię genti Thietmarſorũ altiorẽ originẽ tribuerimꝰ, reducẽtes in Marſum illũ uetuſtiſſimũ Tuiſconis ex Noe filiũ: Eius rei liberũ ſit lecto ribus iudiciũ. Ad Phriſios reuertamur: Libertatis illi ſuę literas iactitant ex Magno Karolo tenere: quar̃ exemplũ, cum nuper uidiſſem, riſum uix tenere potui, ſi uerũ erat exemplũ. Nam apparet ex inſertis teſtib⁹ emana tum eſſe a literis, quas aliq̃ IIII. Karolus Bohœmꝰ, non primꝰ Francus, donauiſſet. Hodie magno bello Groningẽſes ſub Idzardo orietalis Phri ſię comite, & principib⁹ ſuperioris Saxonię, quibus occidua paret Phriſia laborãt, inclinãte eor̃ fortuna. Breui aũt tãti belli exitꝰ ſe oſtẽdet: cũ multi in circuitu nobiles, male, & uelint, & ominent Groningẽſib⁹ pro impotẽ ti ſuphia, quã in uicinos militares & ruſticã plębẽ ferunt oſtẽdiſſe. VII

Vdęi gens p̃fida, ubiq; hoc inter Chriſtianos agens, quod ſolet
i mus in pera, cum cõperti eſſent Bohœmis graſſatorib⁹ in Chri ſtianos arma & pecunias ſuppeditare, a Friderico duce Bauariæ per omnẽ ei⁹ ditionẽ cõprehẽſi, cõiciunt in carcerẽ, & ęre emũgunt. Pro cul eijcienda gens impia finib⁹ Chriſtianis: quę hoc ſemper agũt, quod in cõtumeliã Chriſti, & ſubuerſionẽ uergit Chriſtianor̃. Multi eã principes finibus ſuis expulerũt: Sed aliq̃diu exulãtes, cum teneãt q̃d ſolet, de uiſce ribus Chriſtianor̃ extractũ, & inueniãt qui indigeãt, aut ſaltem lucra ſiti ant in quincijs locũ accipiãt. Per quæ tępora, Albert⁹ dux ſuperioris Sa xoniæ, cũ uenationib⁹ indulgeret, extructo cœnaculo in uicino nemore,

ubi aliquot dies in lętitia & animi laxatione pęgit, cum conthorali multis militaribus ad festã hilaritatẽ inuitatis, iam omnes exhilarati requiẽ petie re, cum ecce flãma, incertũ unde orta, cœnaculũ corripuit, multos somno & uino sepultos, in longũ somnũ pduxit. Dux ipse cum cõthorali uix nu di per fenestrã euasere. Iam erat uicesimus prim⁹ post millequadringentos annus, cum Hẽricus comes Holsatię, qui se q̃q̃ Stormarię principẽ in titu lo ferebat, quod nemo ante illũ, quicq̃ electus erat Osnaburgẽsis epũs, iam dudum omissa ecclesia, cum nepotib⁹ suis cõsilio preesset in Holsatia, mul tis rebus per prudentiã bene cõstitutis, cum senectã illi morbus quo po dager laborabat properaret, finẽ uiuendi fęcit, tumulatus in sepulchro pa trum suorũ in Itzeho monialiũ ecclesia: & iam in solis tribus ducib⁹ Ger hardi in Thietmarsia cęsi filijs, Holsatię dominatus pmãsit. Exinde senior trium Hẽricus, iam. XXV. pene agens annũ, princeps sensat⁹, rerũ guber nacula apprehẽdit, & res direxit: quod partim superioribus locis propter rerum cõsequentiam, partim in Dania signauimus. CA. VIII.

d Irum per ea tẽpora bellũ fuit Bernhardo duci Brũswickcẽsi, Wil helmo Luneburgẽsi, Iohãni episcopo Halberstadẽsi: quib⁹ subię ctę urbes, arma, impedimẽta, milites, suppeditarũt. Accessere his Henric⁹ dux Sleswickcẽsis, Adolph⁹ frater eius, & inde ubi amplior exar sit indignatio, etiã marchio Brãdenburgensis hac parte cõstitit, aduersus Iohãnẽ epũm Hildesemẽsem, & splendidã militiã eius: cui opẽ tulere, Ot to Monasteriẽsis epũs, frater ei⁹ de Honsten, de Hoya, de Spegelberg co mites: multa, magnaq̃, inuicẽ illata sunt detrimẽta: direptiones agrorũ & opidorũ, incendijs domorũ, cõculcatione frugum, captiuitatib⁹ hinc atq̃ inde militantiũ: Nec potuit per multos dies ea cõmotio grauis ullis seda ri remedijs. Tanta fuit in partibus animosa pertinacia, ea superãdi cõten tio, capti aliquot in armis canonici: ut est eius generis cõsuetudo, cum se sę cularib⁹ misceãt armis: nec iniuste, qui gladio pugnat, gladio cõtremiscit. Quo tẽpore Frideric⁹ marchio Brãdenburgẽsis, cũ a Ludouico duce Ba uarię iã absens & longinqu⁹ in sua ditione cõtemneret, nõnihilq̃ illi, uel dãni, uel ignominię irrogatũ esset, in inferiorib⁹ Marchię suę partib⁹ agẽti postq̃ aliter res agi nõ potuit, hostilia, & capitis periculũ illi denũciãs, ita armis in eum detonuit, ut cõtemni nõ posset: Nam, pgressus in ducatum Bauariæ, arces, opida, urbes numero. XXXVI. aut uastauit, aut euertit, aut suę fęcit ditionis: Vnde in reliquũ id nominis cõsequutus est: ut non facile uel absens, uel prędens a quouis lacessaret. Hoc est illud tẽpus, quo maxime in Hollãdia, atq̃ Zelãdia, maris inũdationes, urbes, & agros sub uerterũt. Dordracũ insignis urbs, magna sui parte periclitat: Vicini agri parrochię sedecim, ita cum populo absorptę perierunt: ut nulla sit reliqua spes recuperãdarũ: lacerę cernunt reliquię, decursu maris undas retrahẽte per uices. Per idem tempus, cum Phrisij occidui Iohãni duci Bauarię pri dem Leodiensi episcopo, nũc Hollãdię gubernatori subijcere colla cœpe re, armis edomiti, passiq̃ sunt oportunis locis firmari præsidia: Sed nõ est diuturnũ coactũ Imperiũ. Vix tribus mẽsibus ea mẽs durauit in populo:

Rurſus cõſpirantes, eiꝰ deiecere preſidia: Impoſitos gubernationi Hollandinos, aut fuderũt, aut in fugã cõuerterũt. Scauriã opidũ, q̃d genti caput eſſe cõſtituit, illic cõſtituto comitatu, qui cũcta pro arbitrio gubernaret, eiectis qui defenderãt, in antiquã ſe libertatẽ uendicarunt. VIIII.

Wilhelmus Luneburgẽſis, & Otto Bernhardi filius Brũſwickcẽſis duces, arma in hoſtes ſuos Hildeſemenſes, pduxere. Cum arcem Grone oppugnare ſtatuiſſent, ibi uiribus inuicẽ collatis, acerrime diu pugnarũt: Sed ducibꝰ inclinauit uictoria: captis ultra centũ militaris ordinis uiris: aliquot etiã ceſis: in quibꝰ dux iunior Saxonię Erici filius canonicus Hildeſemẽſis. Sed profligatis hoſtibus, arcẽ, ad quod uenerãt, obſidẽtes, oppugnauere: eiectiſq; qui tenuere de Speilberg comite, & domino de Haanze, ſui iuris fecere capiẽtes: imponẽteſq; preſidiũ ad cuſtodiam: Cunq; multis inuicẽ damnis & laboribus fatigati, ad tranquillitatem q̃ que niterent̃, Dñs Theodericꝰ Coloniẽſis archiepũs, dedita opera eas partes cõpoſuit, hoc modo: ut duces arcẽ quã in Brogdorp bello tonante firmauerãt cum ſubiectis prędijs tenerent: ceteras armis in poteſtatem deductas, Grone, & Oze nihil minus ſeruarẽt, reddito comiti de Speilberg in uim cõpenſationis preſidio Hachmolen. Ekeſſeldia quoq; militaribus poſita paleſtra, multã ac uariam ſepe experiẽ̃ fortunã. Hac tempeſtate cõglobati militares eius loci, cum Molhuſenſibus quibuſdã de cauſis aduerſarent̃, pecora ciuiũ abęgere, & ciues ad ſequendũ, ut interciperent̃, pellicere ſtatuerũt: ut interceptos ex inſidijs de more ſuo caperent. Non erat ea machinatio ciuibus abſcõdita: Lantgrauiũ Turingię dñm ſuũ premonuere, qui expeditis armis oportunis locis delituit. Ciues non pauciores ducenti equites egreſſi, ſequunt̃ hoſtes, iam pecora pre ſe agẽtes. A fronte imminebat Lãtgrauiꝰ: Ipſi qui inſidias tetẽderũt in retia ꝓuenerũt, quod inferri meditabãtur paſſi: Capiũtur, ſternunt̃, fugãtur: Capti ſupra centum ſeptuaginta: inter quos militaris generis non pauci: Quę ruina in tempus reliquũ, & illos circũſpectiores, & ciues cõfidẽtiores effecit. Capti de more magno ere luũt captiuitatẽ, immo redimũt libertatẽ. X.

Albertus dux ſuperioris Saxonię dictꝰ de Wittẽberge, princeps elector, ſine ſuo & legitimo hærede diẽ ſuũ obijt, & de ſucceſſione iam querebat̃. Ericꝰ dux inferioris Saxonię, longo licet interuallo fratruelis eius nepos, legitimã ſucceſſionẽ ad ſe pertinere non ambigens, titulũ Saxonię, quẽ ſemper habuit, adauxit: ut dñm de Wittenberge & principem electorẽ ſe ſcriberet, & gereret. Nam & Karolus nouiſſimus eius nominis Imperator, Sigiſmũdi pater, quod ſuo loco diximꝰ, inter ambos Saxonię duces ordinabat: ut alternis uicibꝰ ad electionẽ uocarentur: Aliquoties etiã Erici patre Erico ad electionẽ perueniẽte: ut iuſtæ dignitatis poſſeſſionem pre ſe ferebat. Sed preualuere apud Imperatorem tum alij. Nã ille Miſnenſi affectꝰ marchioni propinquo ſuo, qui illi in Bohœmia præſtitiſſet obſequia plurima, cõtulit ducatũ, præteritis cũ quadã cõtumelia legitimis ſucceſſoribꝰ: Viuebant enim Ericus, Bernhardꝰ, Albertus fratres, Saxonię duces. Siue ergo per negligẽtiam non petendi be

neficij, siue ob aliam causam, certũ est tũc illos esse prẽteritos: quod hodie quoq; queruntur: Nec tñ obliuiscunt iuris sui, renouãtes protestationibus, & diligẽtijs possibilibus: ne longi tẽporis tractus præiudiciũ illis inuehat longęuę prẽscriptionis. Erat aũt cum Albertus ille morereť uicesimus tertius annus post millequadringẽtos. Quo tẽpore, Fridericus Brãdenburgensis marchio: qui ditionẽ suam in Bauaria, quod diximus, amplificauit: cum etiã Iohannẽ ducẽ Stargardiæ captiuũ teneret in Perleberge opido Prigniſſę, ad placita cõuenta cum Alberto duce Magnopolensi uenerat. Cunq; multorũ qui aderãt cõsilijs, non ad pacem tenderet: q̃ nõnullis belli tempora cõmodiora uiderẽtur, ipsi principes, dimisso omniũ suorũ cõsilio, soli rem cõtrectabãt: cõuenitq; inter eos, ut captiui inuicẽ permutarentur. Omnes in cõmunẽ laxati. Ducem aũt Iohãnem non leuibus de causis tum seruauit marchio. Reddidit autẽ Alberto duci captas illius ditionis, arces Gorloze, atq; Domze: ut illius iniret familiaritatẽ: & ut syncera perduraret affẽctio: Filiã suã paruulam Dorotheã Alberto despõdit uxorem: sed non est peruentũ ad nuptias, moriente Alberto: ut in Wandalia. Quo etiam tempore, gelu fuit per per brumã incõparabile & inauditũ: q̃ equites a Gdano Prussię in Lubicã per uiam nauigãtium trãsirent incolumes. Ferũt & a Magnopoli in Daniã glacie tum stratũ stetisse mare. Tũ etiã ferunt indoluisse Prigniſſę militares: q̃ nõ ad ẽternã nominis memoriam, equites mare trãseũtes, pecora inde abęgerint: id non tam prędę causa, q̃ memorabilis ad posteros facinoris. Ita studẽt inclarescere sceleribus, qui non possunt eminere gloriosis facinoribus.

CA XI.

Wilhelmus dux Luneburgẽsis cõiugem accępit filiã Friderici marchionis de Brãdenburgo. Nuptiæ magnifico apparatu peractæ sunt in Luneburgo: Alterã uero eius filiã Hẽric⁹, quod diximus, dux Magnopolẽsis, tum minor minorẽ non ducens, postea legitimis annis accępit: Cuius nuptię in Tangermũde ad prẽsentiã magni principum cõuentus sunt peractę. Quo tempore, Iohãnes epũs Hildesemẽsis, iam laborum pertęsus, cum ętate ingraueſceret, comes ipse de Hoya nat⁹, episcopatum suũ in manus summi pontificis permisit, in fauorẽ Magni ducis Saxonię, iamdudũ episcopi Caminẽsis. Vtriq; iam ante cõuenerãt, quãtum ęris promptũ solueret Magnus, quantũq; annuũ ad Iohãnis uitã redderet: & utriq; missis ad summũ põtificẽ Martinũ his de rebus oratoribus, rem cõsummarunt. Iam rex Danię Eric⁹ apud Magnũ perfęcit: ut ecclesia sua Caminẽsis succeſſorẽ haberet, quẽ ille uoluisset, regis cãcellariũ. Quæ omnia legitimis apud Summũ pontificẽ mandatis, & principũ instantijs, sunt perfęcta. Rex aũt per eundẽ ad eam causam missum, summo põtifici oratorem, accusari curauit, legitimis modis archiepũm Vpsalensem, grauibus irretitũ criminib⁹, depositione dignis: cõuictũq;, aut facti notorietate, aut alijs cõpetẽtib⁹ uijs, quibus possunt crimina inclarescere depositũ iussit abstinere pontificalibus: fratrẽq; ordinis Birgittæ in eius locum obtinuit consecrari. Halberstadense autẽ cõmune per ea tempora tumultuatur grauissime, captis eius loci cõsularibus, & in uincula conięctis. Id cum

reſciſſet epiſcopus euocauit uicinarū urbiū primores: iuſſitq; inſtare, ut tu multus pacaret: Quod cum anniterent, colloquiū habentes cum capitib⁹ eius tumultuationis, publica interpoſita fide euocatis, oſtenderūt rem pra ui exempli, & quę principib⁹ & uicinis cōmunitatibus merito diſpliceret: ſi quid illis eſſet iuſtę queſtionis in ſenatū ſuū, eſſe iudicē epūm loci legiti mum dn̄m: qui paratus ſit criminoſis iuſticiā miniſtrare, parcerēt ſibi, na tiſq; ſuis, parcerēt urbi, non incœpto perſiſterēt, unde perpetuus urbi in teritus proueniret. Cum audiſſent uicinorū ſuor̄ Halberſtadēſes cōſilia, paucis interloquuti, reſpondent habere ſe cauſam cum ſuę ciuitatis ſenatu quam ſine ipſis facile terminabūt: Eant, & ſuis intenti negocijs, aliena non curent. Hoc reſponſo redeūt, & uicini in ſua, & ipſi in urbē: & iam exaſpe rati, quatuor ex omni numero productos in publico gladio ęciderūt, do mos eor̄ direptionibus ſubijciētes: deinde multos ex ciuibus, qui locuple tiores uiderent, captos ęre & auro emungunt: Cæſorum autē & exactor̄ amici urbe dilapſi, quo ſe quiſq; poterat, cōtulerunt: Alij Romanor̄ regē petentes, ſententiā Imperialis banni in ciues reportarūt: Alij uicinis queſti principibus auxilia implorabant: Nōnulli immixti militaribus, excurſio nes fęcere incendijs & prædationibus ſęuiētes. His incluſi urbe malis affę cti, epūm ſuū ante cōtemptum adeunt: erui malis orant: pecunia placāt: Il le operas pollicet. Vbi illum iam habuere pacatū, ſtipendiarios cōducunt uim ui repellere conati. Magnus Hildeſemēſis epūs in eos euectus, prędas abęgit: Ciues ad pugnā elicuit, & interceptos cępit, ſpoliauit, ęcidit: Sed maiori uiſum eſt opus conatu ad perdomādos cōtumaces. Igit Iohānes Halberſtadenſis, Magn⁹ Hildeſemēſis epiſcopi, cōmunitates Magdebur gi, Brunſwici, Goſlariæ, de Honouer arma iunxerūt: & ciuitatē obſidio ne pręmebant, ne noxij elaberent curantes. Neq; tn̄ ita poterāt itinera aſ ſeruare: Dilapſus eſt prim⁹ tumultuationis author, cum reb⁹ in urbe diffi deret, ueritus, quod futurū cernebat: ut a populo dederet. Multi id conā tur pręmijs allecti: nec potuit euadere a tam numeroſis oculis obſeruat⁹. Inuentus epiſcopo pertrahit in caſtra: Mox fratrē eius cum aliquot cōpli cibus ex nomine dedi ex urbe poſcebant: Diu recuſabant: Mox turres & mœnia bōbardis deięcta deformant, grauiorib⁹, niſi pareant, cōminatis. Quę res diebus aliquot cōtinuata, perfęcit: ut cōmune perurgeret primo res: Eos qui poſcerent dedere, ut malor̄ ſit finis: Dediti, cū eo, qui depre henſus foris ſeruabat, publico cæſi ſunt in caſtris gladio. Epūs deinde ex quaq; ciuitate unū urbi immiſit, quib⁹ authoriratē impartit: ut rebus or dinatis, nouū deligāt cōcilium, & diſſipata reformēt: Ita magnus motus paucorū ſanguine quieuit. Hic eſt exit⁹ tumultuantiū in populo: Sed mil le alia ſunt ei⁹ generis exēpla, nec tn̄ cautiores faciūt alios, aut ignorati ca ſus, aut prouidentia pręſumpta cauendi. CA. XII.

Hoc eſt illud tempus uiceſimiquinti poſt millequadringētos anni
h cum eccleſia Traiectēſis uarijs motibus tractaret: Nam uacantē
morte Friderici epiſcopatū, papa permiſit Spirenſi epiſcopo. Ille grauis ętate, cp̄ ſciebat rem laboris plenā, trāſlationē recuſauit. Tum electi

one innouata, cœpit esse diuisio: cum nõnulli uota cõferrẽt in Swederum de Kulenborg, præpositũ eccleſię, baronẽ: alij in Rodolphũ de Diepholt. Papa Swederũ cõfirmauit: Rodolpho aũt militia inhęsit, illi permittẽs arces, & omnia prędia, quẽ postulatũ dixerũt: forte, quia ius postulati Spirẽsis in eũ est trãſſusum, alioqui eligi potuit, nulli eccleſię obligatus, nec defęctui subiectus. Diu ualuit ea diuersitas: Swedero cõsecrato, de solis ecclesię ministerijs uiuenti: Rodolphꝰ omnia tenebat: cuius memoriã perenat moneta aurea, ad nostra usq; tempora decurrens. Otto quoq; Monasterienſis epũs tum in fata cõcessit, de Hoya comes: qui eccleſiã mirifice locupletauit, adaugẽs arcibꝰ, prędijs, & ditione, fęcitq; locũ Hẽrico de Morſa comiti, germano fratri Theoderici Colonienſis archiepiſcopi. Quo etiã tempore, Iohãnes dux Bauarię, tutor Hollãdię, ueneno acępto extinguitur: quod q̃primũ accępisset, statim perſensit: & qui dedit, cũ in conſpectu esset, mox ſuo proditus, uel ruboris, uel palloris indicio, capit & confeſſus quadripartit: Sed inde qui accæpit, non melius habebat, trãſlatus ad patres. Iacoba pridem cõiunx Adolphi Brabantię ducis, tum, ꝓpter cognationem & ſanguinis propinquitatẽ ab illo diuortiata, nupſit comiti Leicestrię in Anglia: ut Anglorꝫ armis Hollandiã ditionẽ patriã tueret: Ea fuit inſimulata de ordinatione rei, quã diximus. Sed ad arma uentũ eſt. Angli magnis copijs enauigarunt. & egreſſi nauibus ſe cõtulerũt in Hannoniã: quę & ipſa debita diceretur Iacobę memoratę, in qua etiã moram fæcit ea fœmina: Recępti Bergẽſi opido, reliqua quoq; armis in poteſtatẽ redigere curabant. Adolphꝰ dux, qui necdum reliquerat ius cõnubij, & ſi mulier ab eo diuertiſſet: cum de magna dote ageret, magnis undecũq; copijs cõtractis occurrit hoſti. Inerãt auxilijs eius arma multorũ principũ, ad numerum ut ferunt octuaginta milliũ: Oppugnant inſtãter opidũ, Anglici defendunt. Sed Anglus in alieno prõptas non ſperabat ſuppetias, quę hoſtibus accreuere quotidie. Inde factũ eſt: ut cum multa utrinq; fortiter geſta eſſent, ad tractatꝰ res peruenit: cõueniteq;, ut uterq; princeps miſſo Romam cum inſtructione nũcio, ibi cauſam agi ſinerent: declararetq; põtifex utrius eſſet uxor futura. In eas conditiones Anglici dimiſſo opido in ſua reuertuntur.

CA XIII.

Ilhelmꝰ marchio Miſnẽſis, cum in fata cõceſſiſſet, frater ei ſucceſſit Fridericus: qui, ut diximꝰ, ab Sigiſmũdo promeruit ducatum Saxonię ſuperioris, cum multũ quereret Ericus paternũ ſibi admi cum ditione honorẽ: q̃ titulum ille Saxonię teneret: q̃ iuſtam Karoli Imperatoris declarationẽ prętenderet. Sed plus apud Sigiſmundũ ualuere, ius ſanguinis, & magni reſpectus obſequij. Sunt qui potiſſimũ id obfuiſſe memorãt Erico, q̃ non ſatis odiſſet publicorũ itinerũ inſidiatores: idq; ferunt Imperiali declaratione prętenſum, cum publico, ut aiunt, cõſtorio pro Friderico contra Ericum declaratio, quę petebatur, promulgaretur. Sed neq; Ericus dux, neq; ſucceſſores, titulũ ſuũ poſuere. Indignati aliqñ Miſnenſes principes ob eam rem, paſſi ſunt poſtea ſuo quẽq; iuſto titulo condecorari. Quo tempore, recruduit bellũ quod erat ducibus de-

Brunſwico & Luneburgo aduerſus dioceſim Bremẽſem, cũ Nicolaus cõmes de Delmenhorſt eſſet in archiepiſcopatu. Cauſa aũt belli non alia fertur q̃ crebra Bremẽſium, de Tedinghuſen, decꝫ Horneborg excurſio: Legitimum queſtũ putauere miniſteriales eccleſię militares de locis ſupradictis uictũ quærere. Sed duces non paſſi iniuriam, duxere in eccleſiæ ditionem, prędas prędis cõpẽſantes: hoc eſt, pauperes pauperibus coæquantes, cum arcibus euertendis, uel locus, uel tempus deeſſet: facileꝫ eo perpulſi ſunt, & malis domiti: ut ſuis ſe finibus cõtinerent. Friderico deinde marchione Brãdenburgenſi agente in ſuperioribus ſui principatus partibus, duces Stetinenſis, & Wolgaſtenſis, memores ꝙ illorũ ditioni aliqñ infeſtus marchio, tuliſſet inde nõnulla, iam adunatis armis duxerũt in eius uiciſſim ditionẽ, par pari referentes abacta prędа. Id cum reſciſſet, copiis cõtractis inde deſcẽdit, & in Marchia, auctis armis, duxit in eos: obſeſſis in terra eorũ quibuſdã arcibus, in quib⁹ quæ Quatuor rotarũ dicitur, fuit. Iam intelligentes duces memorati magno ſibi pręlio decertandũ, longe uocatis de Pruſſia, decꝫ Pomerania auxiliis, quotq̃t poterãt copiis cõtractis occurrere ſtatuerũt marchioni, & ſoluere obſidionem. Ille uero ubi ex ſpeculatoribus ſuis intellexit apparatus hoſtium, ꝙꝫ uires longe ſuis maiores adducerẽt, non expectandum ratus, caſtra mouit: adeocꝫ abire feſtinauit: ut magnã impedimentorũ partẽ in caſtrorũ loco reliquerit. Hanc eius fugam duces ſuam interpretati uictoriam, quę ille reliquerat aſſumentes, reduxerunt exercitum.

CA XIIII.

Compertum ferũt illo tempore, cum inter urbes Magdeburgenſem & Hallenſem deprędationes fierẽt, ac incurſiones in mercatores, curribꝰ euerſis & abductis quę precioſa portabãt: non ignarum fuiſſe eius negotij de Anehold, qui & de Berneborg, comitem: Idcꝫ cum exploratũ haberẽt urbes memoratę, quãtis poterãt uiribus, quas ex uicinis militaribus, & ex ciuibus auxerãt, duxerũt in arcẽ Berneborg, oppugnatamcꝫ iam pene adduxerãt ad faciendam deditionẽ. Interuenit aũt Wilhelmus dux Luneburgẽſis, a ſocero ſuo marchione regreſſus, mediũ ſe interpoſuit: peręgitcꝫ ut comes ſe iuramẽto cõſtringeret nunq̃ ſe imperiſurum fauorẽ graſſatoribꝰ, utcꝫ adęmpta bona, quę uarię ab equitibꝰ diſtrahunt, intra quinquẽniũ ſoluerent. Qua re pacati ciues & mercatores, in ſua reduxerũt exercitum. Mira infœlicitas Saxonię, quę hoc genere latrocinij carere non poteſt, cum ubicꝫ ſint prouinciæ pacatę. Interim uero Iohãnes marchionis Friderici filius, cum audiſſet duces Stetinẽſes graues imminere Prinſlauię opido, quod ad marchiã pertineret. Iam enim memorati duces, captis eius opidi portis illas incaſtellabãt: ut in fide ciues continerent. Sed cum alienũ ciues non leuiter ferrẽt imperiũ, ad Iohãnem rem pertulerũt, oſtẽdẽtes, quo facto ad recuperationẽ opus uideret. Ille cõtractis clam armis, noctu mouit in opidũ memoratũ. Intromiſſus per occultum a ciuibus aditũ, rem omnẽ oppugnationi paratã habuit: Primo mane bombardarum tonitrua crepitabãt, & fulgura micuerũt, in portas ab hoſtibꝰ inſeſſas: Illi ut poterãt tuebãtur. Ciues applicatis magna cõgerie

ſtraminibus, & arſura materia undiq; cõuecta, incredibilẽ in porta fumũ excitauerunt: cuius moleſtia ſuperati manꝰ dedere: nam pactis libertatibꝰ ſuis abire ſinunt. Quod cum cõperiſſent qui e diuerſo in alia excubabãt, mox & ipſi fecere deditionẽ. Iam ducibus innotuit, q; ſui oppugnarentur, qui propere eductis copijs quãtas potuere, ſuis obſidione laxandis prope rarunt: Sed obuĩ facti illis, qui iam caſtella dediderũt, retro redire faciunt iam ſeriꝰ uenientes. Quo etiã tempore, q̃d, in Metropoli diximꝰ Nicolaꝰ archiepũs Bremẽſis infœlicẽ fæcit in Phriſiã expeditionẽ. Tũ uero per inſtãtiã uicinarũ urbiũ Lubicę, Hãburgi, Luneburgi, intercepta eſt grauis iſta diſcordia, quã diximus inter duces Brũſwickcẽſes & Luneburgẽſes ex una, & archiepũm Bremẽſem ab altera parte: quæ magno fuit impedimẽto rebꝰ in Holſatia gerẽdis: Iam enim rex grauis ĩminebat ducibꝰ, multis undiq; armis cõtractis. Sed nũc effectum eſt, ut cõplanatis inter archiepiſcopũ & duces rebus omnibꝰ, totis uiribꝰ ad occurrendũ Danorũ regi pro ducibus cõſobrini principes ſe cõtulerũt.

CA XV.

Vnterus Magdeburgẽſis archiepũs, tum Hallenſibꝰ multa iuſſit g incõmoda inferri: aduehi, deuehiq; quicq̃ interdixit: Nam ſalinarum prouentus ſibi tanq̃ terrę dño pro iuſta parte deberi cõtendit: Ciues cõtra, non niſi quę ab olim põtificibus data ſint paratos exhiberi, noua nequaq̃ onera ſubituros ſe prętenderũt. Ille urget deforis hoſtilia exercẽs: ciues capit, bona inuadit: interdicit itinera. Illi ubi non alia uia eſſet, armis ſe tueri cõfiſi, parmatis aliq̃t ſuorꝝ, conductiſq; militibꝰ dioceſim ingrediunt, damna damnis cõpenſantes, captis opidorũ ciuibus: ut haberent quos ex ſe captis ad redemptionẽ cõpenſarent. Aliquot etiã militarium in terra ſunt deiecta prędia. Sed intercępere negotiũ cõmunes amici, miſitq; archiepũs, & ex ſuo capitulo uiros rebus gerendis idoneos, & aliquot ex ſuo cõcilio comites. Aduocant uicinarꝝ urbiũ cõſulares, & res in eum exitũ puenit: ut damna damnis coęquata manerẽt: Hallẽſes cõſueta archiepiſcopo exhiberẽt: ſed in ſolatia factorũ bello ſumptuũ. XX. millia ſexagenarꝝ ex ãtiquis groſſis dño ſuo ꝓſoluerẽt. Otto interim de Brũſwico Bernhardi filiꝰ, fœderatꝰ Magno Hildeſemẽſi, & Iohãni Halberſtadẽſi epiſcopis, occurrendũ ratus malignitatibꝰ quorundã militariũ de Swichelen: qui undecũq; natis occaſionibꝰ, incurſiones publicorꝝ itinerũ, aut ipſi fecerũt, aut faciẽtes recęptarunt. Aderãt cõmunitates Magdeburgi, Brũſwici, Goſlarię, Halberſtadĩ, Hildeſem: Duxerũt in arcẽ Widela quã oppugnãtes non magno negotio in poteſtatẽ accępere, habitatoribꝰ fugatis, & impoſito præſidio: aliũ principes, aliũ cõitates ibi inſtituere prędectum. Inde mouẽtes in aliud prędiũ (Biſſchopeslutter appellãt) q̃d inuenere iam defenſoribꝰ uacuũ: nam hoc tueri diffiſi, abierũt: Proſcriptione utuntur in memoratos ab omni Saxonia, donec gratiã recuperarẽt. Quo tẽpore, marchio Miſnẽſis dux Saxonię princeps uictorioſus, & qui prędia dñi multa geſſiſſet in Bohœmos, uita exceſſit, relinquẽs filios tres: quorũ maior natu Fridericus paternam ſubijt adminiſtrationẽ: Ducatum in primis Saxonię, patri ab Imperatore non gratis collatum curauit ingredi: ſa-

cramenta accæpit ab omnibus,& ſe principē gerebat electorē. XVI.

Ei nouitas ſuo a nobis iure depoſcit: ut in literas mittam⁹ memo
r ria dignam diuturna. Venerat ab urbe Roma in hanc Saxoniæ
prouinciā,ſpecie nūcij apoſtolici,quidā falſari⁹ nomine Marcell⁹
cum fratre Hoſpitalis,ut apparebat,ſancti Iohannis: Carnales illi fratres,
& ambo profeſſione Minores,religioſa ueſte proiæcta, literas præferebāt
apoſtolicas. Marcellus ſatis eloquēs & doctus,qui ſe magiſtrū aſſereret in
Theologia,indulgētias plenarias pollicit⁹ dantib⁹ pro redęmptione capti-
uorum pro rege Cypri. Per dioceſim Zwerinēſem profæcit, multū faciēs
queſtū: Venerat Lubicā,pontifici ſe exhibet. Ille & uultū hominis,& lite-
rarum faciē perpēdēs,primū ſuſpicionē falſi cōcępit: Deinde ubi introrſus
omnia perſpexit, reperit falſariū. Ille tñ nihil mutato uultu intrepidus ſta-
bat,pollicitus omnia facere,& perpeti,de re ſua liquidanda. Epiſcop⁹ coę-
git pręſtare iuſiurandū,ne quis pacto,niſi dimiſſus abiret: Ille nō grauat⁹
pręſtitit: Frater eius breui morbū cōtrahēs uita exceſſit. Marellus,ubi pri
mum licuit,ſecreto abceſſit, nemine cōmonito: Epūs interim rem ſummo
pontifici direxit: Ille remandauit falſariū ſeruari,& ad formā iuris in eum
procedi. Erat tum Cardinalis Anglic⁹ in legatione cauſæ Bohœmicæ per
Germaniā,cum poteſtate de latere: Scribit illi papa,ut falſariū ad ſe perdu
ctum examinet,& iure agat. Iam audiebat Lubica dilapſum,pueniſſe Co
loniam. Erat aūt multis in locis Italię non ignot⁹ Marcellus. Nam Vene-
tijs pridē ob ſimilē cauſam erat in carcere,per ſummū elapſus ingeniū. Si-
mulauit ad mortē ſe ęgrotare: Scribebat,ut erat medicinę artis perit⁹ recę
ptam: quā potione formare iuſſit in apotheca,ſimulans ſe accępturū (erat
enim ſomniferū uehemens) Quo accępto,rogauit ad ſe dimitti fratrē or-
dinis Minor: ut corā Deo ſyncerā faceret moriturus cōſcientiā. Aduen-
tantem ad ſe in carcerē fratrem blande inuitat: ut de ſuo potu guſtare nō
detrectet. Simplex frater nihil ueritus mali,bibit: nec diu poſt in ſomnum
ſoluitur grauiſſimū. Marcellus detracta illi ueſte monachali,ipſe induitur
& clamās extrahi carcere frater poſcit, iā impleto circa carceratū officio:
Extrahit Marcell⁹ monachali ueſte, & pro fratre abire ſinitur: Sic elapſus
Venetijs,uenit Coloniā: idq; cōpertū habēs cardinalis, honorifice ſcribit
noto homini,ad ſe ueniat: magnū eſſe quod cum illo ſit acturus. Ille,qui
cardinalē pridē nouerit,ſperans ab eo prouectionē magni honoris,nō in-
uitus proficiſcitur: uenientē uinciri iubet, & iam Reno defluens perducit
Coloniā,ibiq; tradidit carceri cuſtodiendū: nec diu erat (incertū quibus
modis) audit cardinalis cuſtodes fefelliſſe,iterūq; abijſſe: Edicit habiturū
centū aureos quiſquis illū reduceret. Magnitudo præmij fæcit inquirere
multos: Extrahitur ab ſatellite inter moniales latitās. Cardinalis iubet nu
merari promiſſam mercedē: Ille uſus modeſtia quadraginta aureis cōten-
tus abijt. Marcellus inde diligenti⁹ aſſeruatus, publico iudicio cōuictus,
damnat ad ſcalā,& carcerē perpetuū: Inſcalat⁹ deducitur in Brule archie-
piſcopi arcem: Inde lugubrē miſit cardinali poſt aliquot dies ad cōmiſera
tionē ſui epiſtolā lachrymis plenā, mirabili arte tornatā; ſed ſurdo loquu-

tus eſt. Cum uero iam in obliuionē ueniſſe uidebatur, & polliceretᵉ artem medicinā, Theoderic⁹ archiepūs, neſcio quid, incōmodi paſſus, ſpecie com parandę pōtifici medicinę elabit: & inde in regna peruenies aquilonis, epi ſcopatū ambiebat, incertū, quos exit⁹ inueniens.

CA. XVII.

Ilhelmus dux Luneburgēſis militabat ea tempeſtate ſtipēdio ur
w biū Wādalicarū in regem Daniæ, populatus Iutiā, cum interim
Otto fratruelis eius, dux Brūſwickcēſis, quibus mot⁹ cauſis incer
tum, populatur abſentis ditionē. Quā rem Wilhelmus Lubicę cum acci
peret, impleta expeditione, ad quā uenerat, regredit in patriā: & uindicatu
rus quę abſens accępit incommoda, undecūcp cōtrahit auxilia, de Weſt
phalia, decp Turingia, Haſſia: & magnis agminib⁹ coactis ducit in patrue
lem: Opidū Pattenhuſen expugnat, ac diripit: Arcem Hallerborg obſidi
one cingit, latecp ercurſitās populat. Id ęgre ſuſtinuere ambor̄ cōmunes
amici, grauiuſcp tulere ſubiecti: Obiæcere ſe Wilhelmo, precantes, ut iræ
modū ponat: recordaretᵉ fratruelē, quē oppugnet: poſſe omnē terrā unis
regi imperijs: Sinat interuentu tractatuū rem cōponi: facili⁹ legibus q̄ ar
mis cōtrouerſiam inter propinquos dirimi. Placatus ille, utriuſcp terrę cō
ſiliarijs, una cum cōſularibus urbiū utriuſcp ditionis omnē cauſam permit
tit: Idem facit Otto, & perinde ab armis diſceditur: Fit permutatio duca
tuum ad placandū Wilhelmū: Wilhelm⁹ Brūſwickcēſem: Otto uiciſſim
accipit Luneburgēſem. Quo tempore, ciues Oſnaburgēſes, cum haberēt
aduerſus Heruordēſes nōnihil queſtionis, quod iure, aut legibus, aut ami
cis tractatib⁹ dirimi, aut non poſſet, aut partes pro ſtoliditate non pateren
tur: excitare cōniſi aduerſantes, ipſi Oſnaburgēſes cum militarib⁹ eccleſiæ
progreſſi ſunt in hoſtē, prędam ex iumentis de more militari facturi. Per
uenit molitio ad Heruordēſes, qui de Lippia dñm, & nōnullos alios nobi
les in ſocietatē armor̄ aſſumpſere, præſtolātes aduentū Oſnaburgēſium:
Exierunt ad prędam, ut rebant, abigi paratā: Sed occurrerūt armati Her
uordenſes, qui prędio ueniētes excępere: Pugnat parib⁹ animis, & aliq̄diu
æquis ſtare uiribus uidebātur: Sed in diuturnitate inclinauit fortuna illis
qui deſenſionē prędferebant, ab alijs incurſati. Heruordēſes ergo facti ſupe
riores, ſexaginta ex aduerſo hoſtiū agmine captos abduxerūt, quibuſdam
ſtratis, reliqui per fugā abierūt. Thietmarſi interea male affęcti Hāburgē
ſibus, cp impedire niterent frugū ab Albi deuectionē, turrim quā ipſi Hā
burgenſes cōmuni nauigantiū ſaluti ad mare erexerunt & ſuſtinent in ul
timis Hadelerię finibus impugnauere: Nouū opus illi nomē eſt prędidio:
Aliquot miſſilia uiciſſim alternata ſunt: poterāt iam uulnerari alij: alij eti
am extingui, cum hoſtilia omnia exercent. Hamburgenſes tutandarū de
Flandria & Anglia nauiū ueuientiū gratia, non inuadendę Thietmarſiæ
ſexcētos per Albim demiſere ſatellites: cōſulari uiro nanib⁹ prędfecto, cūcp
in Albi fluuio morā facerēt, prohibituri aduerſantiū conat⁹: ſatellites, in
quietū genus hominū, cp facilius cōgregari q̄ regi poſſit, Thietmarſiā ho
ſtilem terrā inuadere, iuuādi cōmeatus gratia uoluere: Prędfectus nequa q̄
ſinit, non eſſe ſibi mandatū prędferens ullā uaſtatione aut deprędatione ter-

ram inuadere: Illi reclamant: Quid mali fieri uideatur, si Thietmarsis qui publicã stationẽ Hãburgensiũ impugnauerint, una uel altera adimat uacca: esse illa solennia militãtiũ prędis alere ferociã, nauseã esse carniũ salitarum, recentib⁹ opus esse: nisi ille permittat, ituros sua sponte. Alij etiã clamorẽ exaggerantes, proditorẽ esse ciuium, qui hostibus publicis parcat: Quam in rem esse eductos? An ut spectẽt littora? quia non occurrunt publici hostes, esse quęrẽdos. Aucto clamore, pręfectus diuti⁹ repugnare nõ ausus, in terrã uertit prorã: Exponit milites, Ipse signa corripiens, in littore moratur cum ducentis: Reliqua multitudo prędatũ egredit: & ab incendijs stulte inchoantes, signa dant longinquis Thietmarsis, ut concurrant. Dum illi colligunt prędã, & domos diripiũt, in turmas collecti Thietmarsi, facile illam manũ repulerũt. Redeũt ad signa frequẽtes: Sequunt Thietmarsi, & iam fugę nullũ prędidiũ: Defluxerant aquę: stabant in sicco nauigia: Quod poterant, in hostes uersi, q̃diu ualuere uitã tutabantur. Superati multitudine, cadunt pene omnes, paucis ad naues ulteriores relabentibus. Cęsus prefectus exenterat: stomachũ fœminę infigunt hastæ, pro signo circũferẽtes uictorię: Alij hoc gen⁹ interpretant diuinãdi.

XVIII.

Wilhelmus iam dux Brũswickcẽsis, princeps magnanim⁹ & uictorioſus, cui⁹ plures numerant uictoriæ, q̃ alior⁹ arces: cum in Austria uisitare decreuisset Fridericũ ducẽ affinem suũ, cũq; illo de rebus magnis agere: Hẽrico fratri mansueto principi, ducatũ & omnẽ familiam, charã cõiugẽ, & liberos, in fidem cõmendabat: abiẽsq; omnia bene putat cõstituta: Peruenit ad affinẽ, a quo perbenigne excipit. Per ea tẽpora, Philippus dux Burgũdię, Karolũ regẽ Frãcię bello perurgebat, patrem suũ Iohãnẽ uindicãs. Rex cum suppetias Fridericũ Austrię ducem postulasset, isq; mittere decreuisset, iam pręsentẽ, & eam rem sua spõte ambientem Wilhelmũ suis copijs prefecit, misitq; trãs Renũ in Franciã. Ibi Wilhelmus Philippo se regis nomine obijciens, fortiter pręliat: & multis pręlijs uictor, cum iam tempus eum reuocaret, ad affinẽ suũ redijt Fridericum: Interea audit quid in suo gestũ sit, Henricũ germanũ suũ, cui omnia permisisset, cui charissimos demãdauerit affectus, inuasa arce Wulfenbuttel, quę sedes est ducalis, Wilhelmi cõiugem cum liberis exegisse. Miserum spectaculũ: Vidit dña uenientẽ Henricũ mariti germanũ modestum semper principem, cui ipsa in fidem cum liberis sit permissa, postulauit admittiin arcẽ: Prompte iussit aperiri: iubet abcedere dñam cũ filijs. Triste negociũ, & quod barbaros cõmoueret: Non sic, inquit mulier, mandauit Wilhelm⁹ german⁹ tuus: Sed ille in sęuero mãlit imperio. Quid faceret? Sumptis per man⁹ liberis abcessit. Hui⁹ rei magistri ferunt Brũswickcenses opidani: qui sub uiuaci principe, uitã agere socordẽ non poterãt: Effęcere, ut monacho q̃ duci similior princeps illis imperaret. Quem non superat ambitus dominãdi? A tergo fides longe omnes sunt affectus, ubi imperium est in ꝓmisso: Possum, inquit ali⁹, implere fidẽ: sed non in regno. Reuersus Wilhelm⁹ uidet quid sit actũ: Nihil modesta cõsilia: nihil pacis tractat⁹ potuere. Querit ergo amicis perfidiã in se fratris. In primis Ma-

gnus Hildeſemenſis epūs, cōpaſſus querenti ex animo, promittit armoꝝ auxilia: cauſam eſſe cōmunē ſibi: ęque ſe dolere cum eo qui ſit paſſus: Parantur arma: exitur ad incendia, prędam, captiuitates. Huiꝰ rei authores Brūſwickcēſes ciues aſciſcūt in armorū ſocietatē Magdeburgēſes: militiā cōducunt ſtipēdio: graui mole cōcurrit ubiqꝫ: omnia uaſta ac deformata igne ac gladio horrēt. Iam omnibꝰ euaſtatis, cū neutra pars magno de lucro gloriaret: interuenere principes Ludouicꝰ Landgrauius Haſſię, Iohānes marchio Brādēburgēſis, Otto dux Luneburgēſis: qui cōtrouerſiā in hunc modū diręmerūt: Daret Henricꝰ Wilhelmo. XIIII. millia ſexagenarum in groſſis: Wilhelmꝰ dominatū de Homborg, cum Honouer, & ſubięcta ditione teneret, donec aliter rebus cōſuleretur. Nam & ducatus Gottingēſis in expectatione fuit ab Ottone monoculo, qui prolē uirilē iā ſenex non haberet. Hēricus quoqꝫ Wilhelmi frater, nullis hęredibꝰ, ut putabatur, donādus, uacuam facile domum relinqueret Wilhelmo. In eam formam rebus trāſactis, Wilhelmus tēpori ſeruiuit, breui aſſequutꝰ Gottingenſem principatum.

CA. XVIIII.

Octandē anno, qui fuit triceſimuſprimꝰ poſt millequadringentos a Chriſto, Sigiſmūdus Romanoꝝ rex coronā ex Vrbe petiturus Italiam ingreditur, Sciebat ſenſatus princeps luctantē mutuis uiribus Italię nobilitatē: Expectabat bene gerendę rei occaſionem: ſi forte duobus, uel populis, uel principibꝰ, per mutuas uires attritis, ipſe inuocaretur: Venit Mediolanū, & ibi ferrea accępta corona ab eius loci archiepiſcopo a Philippo Vicecomite, iam duce, per reliquā Italiam cum copijs perduci expectabat. Signa hęc erant, ut Blondus ait, non iam inclinātis & ruentis, ſed collapſi Imperij: quod nimis eſſe uerū Germanicę nationis detrimēta quotidiana teſtātur. Tum uero Italia inter manꝰ paucarum cōmunitatum laborat: Veneti, & Florentini, quiqꝫ ad ſuæ reipublicæ amplificationē nitebātur: reliquas urbes aut deditas accęperāt, aut in ſocietatem ſuæ quiſqꝫ partis adducebat. Vnꝰ erat Philippus Mediolani tyrannꝰ potius q̄ legitimus princeps, ex Vicecomitibꝰ, potente urbis familia progenitus: cuiꝰ primū familię audaciā, deinde potentiā, noſtri principes, ſua diſſimulatione abierūt, donec in cōtemptū, puecta ſederet. Is tum Philippus, cū memoratis cōmunitatibꝰ, de Italię principatu luctatꝰ, inuitauit Sigiſmundum in Italiā: Diu tn̄ ille diſtulit aduentū: Sed cum ueniret, ab illo magnifice excipit: coronatqꝫ de more ferrea, Romę aureā ſuſcepturus. Promiſſa ſua Philippꝰ differebat: nō enim apparebāt copiæ, quę regē deducerent per reliquā Italiā: quā ſolebat ſuis olim uiribꝰ quadere rex Romanorū. Habebat tum Sigiſmūdus aliquantā ſuorū Vngaroꝝ & Theutonum manū: ſed non eam, quę ſufficeret regem per impacatas, quales tūc erant in Italia, prouincias deducere. Florentini arma ſua iactabant, auſi ſe in campis oſtentare Alemānis: ſed ab illis impetiti, didicerūt malo modeſtius agere. Peruenit aliqn̄ Sigiſmūdus Romā: non ea qua ueteres cōſueuere Cęſares: non qua proauꝰ eius Hēricus uia: qui inter Imperatores noſtros nouiſſimꝰ, armis perfręgit Italiā. Coronat Sigiſmūdus ab Eugenio

pontifice, & in Germaniã reuertitur: multũ tamen temporis Senis cõmoratus: quæ urbs aliquantam retinet Imperij memoriã, & antiquæ dignitatis obseruantiam.

CA. XX.

h Oc tempore fuit illa grãdis in Christianismo cõmotio de cõcilio Basilienſi: quod ante quidẽ Eugenius iusserat cõuocari. Vbi iam satis mature cõuenerant ex omni orbe patres, prẽsideret in eo Iulianus cardinalis sancti Angeli, uice & authoritate pontificis, Eugenij mutato animo, trãsferre uoluit in Bononiã ex causis, quas in Bulla allegauit. Sed cõciliũ acceptis literis trãslationis, misit solennes in Vrbẽ ad pontificem oratores: qui ostenderẽt maioribus ex causis trãslationi non esse locum, obsecrãtes, ut in prima sententia permaneret: Sed ille flecti non potuit: mittebatq; alios ex suis episcopos, qui uerbo efficaci monerẽt Iulianum in cõcilio prẽsidentẽ, & patres alios, ut trãslationi cõsentirent. Sed hẽc frustra fuit legatio: responsumq; illis est de maturo patrũ cõcilio, nec expedire, nec fieri posse trãslationẽ: Orauere, imo obsecrauere põtificẽ, ut a trãslatione discederet: alioqui iam esse in Cõstantiensi declaratũ: Sacrũ cõcilium in Spiritusancto cõgregatũ, in casibus habere authoritatẽ supra pontificem: qua uteret, nisi ille cederet cõmuni utilitati. Hac utrobiq; immobiliter inhẽrente sentẽtia, papa cum trãsferret Basiliẽseq; reuocaret, patres non sinerent: inuicẽ sibi cœpere inuehi. Ille in cõcilium, & hoc uicissim in pontificem, graui scãdalo, & totius, ut dixim⁹, cõmotione Christianismi. Per quod tẽpus Magdeburgẽses ciues graui etiã dissidio restitere suo põtifici, & capitulo maioris ecclesiẽ, occasione sumpta de cõmuniẽda ciuitate ut illi dixere, in hostes bohœmos, ut pontifex sensit impedimentũ sui: Capitulum enim suę parti cõmuniendę non satis uolũtarij rem dissimularũt: Ciues operi institerunt, indignãte capitulo cum pontifice: quæ usq; adeo excreuit indignatio, ut oĩa ecclesię suæ preciosa, & peculiaria quisq; sua, in locũ reportarent tutiorẽ, ueriti populi tumultũ: Cesserũt & ipsi loco, diuina in ecclesia officia intermittentes, Deuoluta est causa ad cõciliũ Basilienſe: Vtriq; misere instructores procuratores. Dum in iure certaret, mo ræ impatientes, cum ad arma uocassent, & in belli societatẽ, Iohannem de Brãdẽburgo marchionẽ, & Hẽricũ Brũswickcẽsem ducẽ, cum cõmunitatibus de Brũswico, & Halle sumpsissent, duxere in opidũ & arcẽ Caluen: expugnataq; arce, omnia diripuerũt, inuentũ archiepũm abire sinentes. Ille cõcessit ad fratrẽ in Turingiã, in Sunderhusen cõmorantẽ: Ibiq; multo tempore permãsit. Interim ciues cum auxilijs ultra progressi, arcẽ ecclesiæ Aquensem, cũ opido, & inde Stafford expugnauere. Archiepiscop⁹ cum omnia sineret, iure, non armis certare cõstituens, petiuit Basileam, ubi iam adesse audierat Imperatorẽ, si per illũ, aut per cõciliũ iusticiã obtineret, de immanissima ui, & tumultuatione subditorũ: Sed cum in cõcilio nihil magis ageret, q̃ ut Eugeni⁹ pontifex a reuocatione sua discederet, cõcilioq;, iam sua, & prẽcedentis cõcilij authoritate inchoato, uel ipse accederet, aut plenę potestatis mitteret oratores, nemo magnę iusticię spem cõsequendę inde fouebat. Eugenius iam causas prẽtendebat de Græcis aduenturis, &

eorum ad eccleſiã occidentalẽ adunatione, qui Alpes trãſire nollent, decꝫ proprio incõmodo, qꝫ Baſileã ipſe longo itinere petere non poſſet: ad Bononiã aũt omnibus eſſet facilis acceſſus: qcꝫ inter minas Germanoꝝ, qui in ſuis finibus intractabiles eſſent, nihil ad eorum reformationẽ poſſet intentari: Vocauit Iulianũ, & omnes patres ſub maximis pœnis Bononiã: Illi uiciſſim citabãt pontificẽ: ut aut ueniret, aut inſtructos mitteret oratores ad audientiã ſacri concilij ſub interminatione pœnaꝝ maximarũ: Et in XII. Seſſione, iam de tertia monitione, pceſſum inſtituit: qꝫ niſi infra. LX. dies reuocaret ſuã caſſationẽ Eugenius, eſſet ſuſpẽſus ab omni adminiſtratione Papatus in temporalibꝰ & ſpiritualibus: prout in literis deſuper fulminatis, oĩa quę geſta ſunt, elegãter recitant. Quo tẽpore, quod in Metropoli diximꝰ, Bremẽſes ſenatũ ſuũ in carcerẽ cõiecerunt: Sed ille elapſus

XXI.

quenit in Oldẽborg excęptꝰ benigne a comite Theoderico.

Igiſmũdus interim Imperator non ceſſauit apud põtificẽ inſtare, ut ſacro cõcilio authoritatẽ impartiret, reuocãs tranſlationẽ, peruicitꝫ, ut papa datis deſuper literis trãſlationẽ caſſaret, & Baſilienſi redderet authoritatẽ: Quibꝰ acceptis Impator, Reno defluẽs nemine ſciẽte aut ſentiẽte ingredit urbem: Publicatis literis gaudiũ ingẽs exorit. Cũꝫ paulopoſt uberiores in eã rem literę proueniret cũ mãdatis pleniori bus, egreſſus obuiã cum omni magnificentia Imperator, literas in ſcripto ſuo ipſe pertulit, omne cõcilium patrum obuiã effunditur, & in eccleſiã ſolennibus hymnis deducunt: cãtantibus organis & omni choro, Te deum laudamꝰ. Quo tempore, cum in eccleſia Traiectẽſi, mortuo Swedero, Rodolphꝰ apoſtolicã cõfirmationẽ cõſequutꝰ, epiſcopalia ſua de more peta geret: quidã tñ exules canonici electionẽ Baſileę faciẽtes, de alio cõfirmationem cõcilij pro ſuo impetrarunt electo, deſtituto per cõcilium Rodolpho, & ãnullata cõfirmatione apoſtolica: Ita eccleſia iterꝫ in priſtinã perplexitatem recidiuauit. Per eadem tempora Gerhardus dux Sleſwickcenſis, frater Adolphi cum cõiugẽ accepiſſet de domo Badẽſi honeſtã dñam Annã, nuptijſqꝫ peractis in eius patria ſecũ duxit in Holſatiã prẽgnãtem: Et cum graui lapſu partũ properaret, ad duos menſes, uel circa legitimum pariendi tẽpus preueniẽs, peperit gemellos, puerũ, ac puellã. Infantes, cum nihil impfectũ preferret, cœperũt male loqui maligni: qꝫ non ex duce mulier cõcepiſſet: ſed priuſq̃ illi iũgeret iam prẽgnãs extitiſſet. Quę res perlata ad Adolphũ fratrẽ, a ſuſurronibꝰ male aucta infamia optimę fœminæ, iuſſit ille fœminas adeſſe prudentes: quas ex omni terra, & uicinis urbibꝰ fecit ille cõuenire: quarũ iudicio cõſpecti puuli, Gerhardo patri ab omnibus adiudicãtur: Phiſci quoꝫ teſtati ſunt in illũ diẽ ex hora primę cõiunctionis in thorũ potuiſſe partũ fieri ſeptimo mẽſe, aut etiã ante, accedente lapſu, qui parturiẽtis tempora accelerauit. Ita omniũ tum iudicio defenſa eſt matronę pudicicia. Sed tñ quicqd a peritis diceret prẽualuere linguę maledicę: & apud Adolphũ ducẽ Gerhardi fratrẽ tãta inualuit indignatio: ut bona fœmina malis cedere cogeret, in patriã ſuã triſtis reuerſa Sequutus abeũtem maritus ut reuocaret, ipſo itinere deficiens mortuus eſt.

in opido Emerick, ad ripã Reni. Paruuli aũt mox ſeparant̃: & puella quidem ſeruata eſt monaſterio, in quo diu uixit longe extra patriã: puer autẽ interijt, de cuius interitu ferũt incõſolabiliter poſtea luxiſſe Adolphũ: nec unq̃ ſui corpis hęredẽ meruiſſe, qui inuiderit fraterno: q̃uis cõiugẽ haberet egregiã fœminã ſororẽ comitis de Honſteen, & Mãſfeldia. XXII.

Ernhardus per hęc tempora dux inferioris Saxoniæ, germanus
b Erici pręmortui, cum in marchionẽ nõnihil cauſę prętẽderet, hoſtilibus de more denũciatis, ſatis caute ac tacite expediuit ſuorũ quantã potuit manũ, & in Prigniſſam ducens, ingentẽ inde in pecoribus prædam euexit, in quã ſolent multa induci prædata. Sed qui damna paſſi ſunt, ſequuti prędecedentem, cum illi æquis cum eo uiribus & animis uiderentur, manus cõtulerunt: & proſtratis, captiſq; multis, prędã reduxerũt, hoc in lucro habentes, q̃ iam ex militaribus captos aliquot tenerẽt: Dux ipſe cum paucis expeditioribꝰ uix elabitur: Sequuti tñ ſatis longo itinere non ante deſeruere, q̃ in ſuam ditionẽ iam ſecurus reuerteret̃. Quo tẽpore ſacrum Baſiliẽſe cõcilium ſcripſit Bohœmis elegãter, inuitãs ad cõmunionem eccleſię, multis rationibꝰ ſuadẽs: ut pacis cupitũ ſemper bonũ amabant, matri concilientur eccleſiæ, & in cõciliũ prodeant, tractaturi de modis unionis: Miſit etiã duos in theologia magiſtros quibus cum de ſecuritate itineris cõferãt ſermonẽ pleniꝰ: Effęcere illi: ut publica fide interpoſita, quã illis fęcere principes & urbes ab illis deſignati, prodirẽt in cõciliũ alterarenturq; nõnunq̃ ſuperati, ſemper cõuicti rationibus & ſcripturis: ſed nihil ad pertinaciã emolliendã. Redierũt qui uenerãt nihil proficientes. Quo tempore Gũterꝰ archiepũs Magdeburgẽſis, cum cauſam ſuã in cõcilio proſequeret̃, & coram Imperatore decertaret in iure, utrobiq; uictor euaſit, utrobiq; proceſſus obtinuit: ut niſi infra præfinitũ terminum omnia in priſtinũ ſtatũ redigerẽt, excõicati & interdicti haberent̃ in eccleſia, & rurſus bãno ſubiacerẽt imperiali per omne regnũ: capiẽdi ab omnibus impune: ſimili pena ſubactis, qui ſuffragarentur in crimine participantes. Quibus literis requiſiti, nihil moti ſunt: quin potiꝰ ad arma redeũtes, arcem Wolmerſtede quomodo priores occupauere. Quid facias pertinacibus, qui non niſi in manu forti dimittũt Iſraelem: Ita nũc uiuitur: regna enim & imperia, & omnes ſęculi ditiones, armis parãtur, armis defenduntur, armis amiſſa recuperant̃, non literis, aut ꝓceſſibꝰ. Turcoꝝ imperator ea tẽpeſtate ſępe antea ab Imperatore Sigiſmũdo oppugnatꝰ, tum nõ ſolũ treugas, ſed perpetuę pacis fœdera cum Imperatore iniens, miſit Baſileam ſolennes ad id perficiẽdũ oratores. Sciens Imperator, in eccleſia iuſſit apparari ſuggeſtũ, in quo imperialibꝰ fultꝰ ornamẽtis cõſederat: Ante oratores ibant, qui dona ferrẽt uiri duodecim: alij duodecim uirorũ paria fuiſſe contendũt: qui manu ſinguli geſtarent aureos cyphos apertos Imperatori dono. Succeſſit aliꝰ ordo ferentiũ uaſa aurea geminata, ꝓculdubio non uacua, ſed aureis nũmis plena. Inde tertiꝰ ordo ferentiũ pannos uoluto & auro precioſos. Poſt omnes quidã ferebant ueſtẽ, ſerico, auro, gẽmis incõparabiẽ. Quæ omnia ſuo ordine Imperator excępit: Et perfecto pro-

pter quod uenerant negocio, honoratos, & pro magnificētia ſua donatos remiſit dño ſuo: quem etiam non paruis muneribus uiciſſim honeſtabat. Quo tempore dña Iacoba filia ducis Bauarię, ac comitis Hollandię hęres Hollandiæ, permittēte Philippo duce Burgūdię, qui in memoratas terras proxim⁹ uidebat ſucceſſor, nupſit cuidā nō magnę nobilitatis uiro Frāco ni de Borſtel: Sed Philippus illi pmiſit terrulā Oſteruant, creās comitem neptis ſuę gratia. Hic tñ in diebus ſuis multas faciēs pauperibus & religioſis eleemoſynas, ad ſplēdorem multorū principū uictitabat: multos etiā honeſtate domus ſuę ſuperauit.

CA. XXIII.

Pontifex interea Roman⁹ Eugeni⁹ tumultuationib⁹ cedens Romanorę ciuiū Tiberi furtim dilapſus, magno ſuo periculo in portum uix puenit Piſanū, inde trāſlatus Florentiā: Curiales ſequuturi, partim mari, partim terra diripiunt pene omnes, ad nuda uſcp corpora: Nā qui mare trāſierūt, inciderūt in Cathelanos pyratas, nudi littorib⁹ expoſiti: Qui aūt terrā trāſierūt, a latrūculis Romanę gentis ad cutē uſcp rebus omnibus nudant. Hāc ſuā, ſuorūcp calamitatē, literis ad cōciliū Baſilienſe datis Eugeni⁹ proſequit, hortatus, ut calamitatē Romanę eccleſię cōmiſerati, ei⁹ collapſam dignitatē ſtudeāt reparare: ita cōcludēs: Sāctorę patrū imitatores eſtote, ſicut ueri diſcipuli Chriſti, & filij Dei chariſſimi: Si qua ergo pietas, ſi qua cōſolatio in Chriſto in uobis eſt, implete deſyderium noſtrū, immo & bonorū omniū: Non deerit uobis gratia diuina necp bonorę ſubſidia, ſi in dño cōfidimus. Quātum aūt ad nos pertinet, omnes operas noſtras pro his libenter offerimus, nihil pro noſtro officio prętermittētes: quo gloriā Deo, pacē & ſalutem populo Chriſtiano, in his operibus ſanctis uendicem⁹. Datū Florentię anno incarnationis dominicæ. MCCCCXXXIIII. Interea Græcorę Imperator Iohānes, miſit oratores ſuos ad cōciliū Baſiliēſe, optās omnimodā fieri unionē, fultos legitimis mādatis: ut plenā cōmunionē cum eccleſia Romana ſortiat: Sed quis fuerit exitus, annotabim⁹ ſuo loco. Per ea tēpora, Thietmarſi populus inquiet⁹, & nemini ſubeſſe paſſus, domeſticis uexatur malis: Nam in ſe mutuis armis uerſi duę partes, ſub totidē capitaneis, mutua damna, incendijs prędis, cędibus, agebant. Pars uero quę crebriorē paſſa uidebat iniuriam ad arma uenit prima. Præfuit illi uir modeſtior: ſed tum exaſperat⁹, in aduerſam factionē debachatur. Hāburgēſes illi immiſere quingētos ſagittarios auxilio: qui hoſtilem partē nimis atrociter inſequuti, prædis, incēdijs, cędibus, ubicp ſęuiebāt: cogebātcp aduerſę partis ductorē terra cedere, carerecp patria, quoad res interuentu cōmuniū amicorū ad tolerabiles cōditiones compoſita ueniret. Multę tum erant per Germaniā eccleſiarę turbationes. Nam Magdeburgēſis archiepūs, & clerus eius, quod oſtendimus, a ſua exulabāt eccleſia: Treuerēſis diuiſa fuit, cum pars inhęreret poſtulato Spirenſi, pars uero electo: cum inuicē ſibi utrocp gladio minarent: interdicto diuinis utrincp: cum tñ in cōtemptum eccleſię clauiū diuina celebrarent. Mogūtina eccleſia tum in clero ſuo laborabat: Nam ciues ęjecto ſenatu nouū creauere cōciliū: qui factis impoſitionibus in uina & bla

da clerũ grauabãt: ita ut ille pro libertate decertans, urbẽ deſerere cogeretur. Bambergẽſis eccleſia ſimili tum malo angebatur. Sed & Traiectenſis, quę poſt Swederũ, cui papa, ut eſſet Rodolphus quietus, de alia puiderat eccleſia, ſub Walramo Coloniẽſis archiepiſcopi fratre: quẽ exulãtes quidam canonici Baſileę elegerant, fluctuabat magnis motibus: Faciebat pro illo cõcilij authoritas, & pręſens germani fratris gladi⁹. Sed Eugeni⁹ ſcribens Colonienſi archiepiſcopo hortatur: ut tentatã ptinaciã deponat, damnetq;, & ad ſe pertinens poſtulãdi miniſteriũ cõfirmari non arriperet facultatem. Sic enim neceſſe fuit, ut laborãte capite, mẽbra omnia infirmarentur. Quis enim potuit eſſe quieti locus, qñ mater eccleſiarũ Romana, hinc a ciuibus, inde uero a concilio infeſtaretur? quod ſequentia liquido monſtrabunt. CA. XXIIII.

Principes Saxonię Otto de Luneburgo, cũ Friderico fratre, Henricus de Brũſwico, & Wilhelm⁹ frater eius, Otto de Leyna duces conſpirarunt in comitẽ de Speilberg, publicũ omniũ, ut ferebatur, itinerantiũ hoſtem: qui nullis parceret: ſed ſine diſcrimine itinera teneret impacata: ducenteſq; in arcẽ eius Hachemolen, obſederũt, expugnaruntq;: Nec minus in arcem Harlemũd cõtenderũt. Sed cum ineſſet forte defendentiũ pręſidiũ, ipſaq; natura loci & arte arx munitiſſima uideret diu ibi ſedentiũ, principes proſpiciẽtes munitiones ſibi quaſdã oportunis locis crexere, decq; illis obſidionẽ ſeruantes, ipſi principes retro abierũt. Diuerſa uia comes ipſe armis adiutus archiepiſcopi Colonienſis, Iohãnis de Hoya comitis, & de Lippia dñi, contenderat in terras ducũ memoratorũ & prędas egit cum incẽdijs. Wilhelmus aũt dux, acceptis copijs, quas pridem ipſe habuit adauctas armis amicoꝝ, cõtendit in terram de Hoya, arcemq; obſedit Barenborg: eamq; expugnans ſuę fæcit poteſtatis: Indeq; progreſſus cum agmine in Euerſteen, cui⁹ dñs Ruſche Plate memorato comiti inheſerat: aliã quoq; eiuſdẽ domicelli arcẽ, Otto dux Luneburgenſis, magis aſtu q̃ armis occupauit. Qui inerãt cuſtodes, ibant proximã uillam defenſare: Id obſeruantes ducis memorati milites, illis abeũtib⁹, clam ingreſſi, arcẽ occupãt, & redeũtes excludũt. Interim comes de Speilberg, ad opidum Rentelen pugnãs, cum pene expugnaſſet, ictus telo, concidit, & interijt. Quo tempore, Hallẽſes iam ptẽſi grauaminũ excõmunicationis & interdicti, quę propter Magdeburgẽſes perferebãt: unã enim eccleſię arcem & ipſi tenuerũt: quã iunctis uiribus cęteroꝝ in ſuã redęgerũt ditionem. Miſſis ergo in cõciliũ Baſilienſe oratorib⁹, in quo manebat Gunter⁹ archiepũs, relaxationẽ interdicti, & abſolutionẽ a cẽſuris poſtulabãt. Archiepũs non grauate reſpondet: Si arcem redderẽt, & a cõtumacibus Magdeburgẽſibus recederẽt, procq; cõtumacia & irrogatis dãnis, magnã ęris ſummã perſoluerẽt, impetrarẽt optata. Illis autẽ cũcta pollicentib⁹, in eum, quẽ prædixim⁹, ſi cũcta ex animo implerẽt, laxationem interdicti & abſolutionẽ excõmunicationis exequutoribus permiſit: Ea promiſſa, cum ex fide implerẽt, ad diuina reſtituũtur. Sed tamẽ capitula pręmiſſa cõmunitati non pandũtur. Ea uero, cum poſtea publico ſigillo eſſent cõmunien-

da,reclamauit cõmunitas,non passa diuidi a Magdeburgẽsibus: & impetu facto,cõcilium urbis in uincula conijciunt: Vicinarꝝ urbium cõsulares mox assunt,periculis captorũ occurrere cupientes: Renouant fœdera,ꝙ nunq̃ ante causę exitum ab inuicem discedãt: idqꝫ literis contestant̃ figillatis.In eam formã cõpositionis laxantur uincti: Sed redit uinculũ, quod pridem fuit,ab ecclesia cẽsurarũ: quod interim leuius pensum est: dum,ut putant,diuino iure suam tueant̃ libertatẽ. Sed exitum causæ huiꝰ postea ostendemus.

CA. XXV.

IMperator hoc tẽpore indixit principibꝰ regni Frãcfordię cõuentum in diem Nicolai,ad reformandũ Imperij quoqꝫ statũ in capite & mẽbris: ut eo in suũ ordinẽ redacto, cogitarẽt omnes,quomõ ecclesię ꝙqꝫ tum uacillãtis gradũ solidarent. Cõuenere frequentes,& cunctis examinato pondere pensatis, inuenerũt articulos sedecim qui magna indigerẽt reparatione: ni fieret,omnino Imperiũ collaberet̃.Sed iamdudum Itali collapsum & extinctũ reputauere. Cõdixere aũt, ut in proximum diui Gregorij diẽ,iterum in eũ locum cõueniẽtes,determinarẽt,quę medio quisqꝫ tempore deliberasset.Sed erat grauissima cõditio reformãdi. Iam enim,quod sæpe questi sumꝰ,patrimoniũ Imperij direptũ, ab alijs tenebatur.distributũ inter principes electores: ipseqꝫ Imperator iureiurãdo astrictus non repetere,quid faceret? Per id tẽpus cum maximus turbo incubuisset, euersęqꝫ sine numero fœlices & infœlices arbores iacerẽt, turres ac mœnia urbiũ cõquassarent̃,cecidit lapis in eccl̃ia Coloniẽsi insignis magnitudinis,uento deięctꝰ,per duplicẽ actꝰ testudinẽ,locoqꝫ sanctarꝝ extribus magis reliquiarꝝ incubuit: Sed tum diuino,ut ferũt,miraculo cessit tecta ad parietẽ,deditqꝫ cedenti saxo locũ. Hodie monstrant in ecclesia saxum non longe ab sanctis reliquijs diuorũ regũ. Interim Magdeburgensis ecclesię desolatę canonici,Marchionẽ Misnę Friderieũ inuitarũt,ut arcem ecclesię prȩcipuã Gebekensteen tueret̃,promissa insigni pondere pecunia. Ille manũ ualidã cõtraxit, occurrentibꝰ in auxiliũ eius Lantgrauio Turingię,& itẽ Hassię,comitibusqꝫ Hercinię de Swartzeborg,atqꝫ Honsteen,obsedit Hallensem urbẽ,bõbardis immittẽs saxa grandia: quibꝰ territi ciues exanimãtur: Sed facile reddidere uicem, multis simili ictu per castra principis occisis. Ille euocatis Brũswickcensibus,qui auxilio uenerant obsessis,treugas,fieri postulat: Illi recusant treugas, de pace agendũ rati: nam ꝙd post treugas sit faciẽdũ,cur nõ fiat modo? Frustratꝰ marchio soluit obsidionẽ: Comites in arcẽ Eglen se collocauere: ut inde excurrentes, crebra hostibus incõmoda importarẽt. Hallenses inuitauere Ekelfeldẽses ut stipendijs eorꝝ militarẽt. Venere trecenti expediti equites: Sed comites duplicato illis numero excurrẽtes,fugã cogũt intentare,ubi uiderũt se numero multũ superari. Vbi uero fuga non profuit,uersi in hostes,pugnãt, sed superant̃: Cęsis paucis,cęteri capiũtur. Hũc laborẽ miseratꝰ Deus,consilia pacis inspirauit: Nã epũs Mersburgẽsis,& comes de Aneholt, cum mediatores interuenirent,in has cõditiones pacis reduxere altercantes: ut ecclesię arces, & canonicis ablata redderent̃ exintegro: & quæ demolita,

quęq; cõstructa essent, in eo quo tũc statu essent pmanerent: q; pecunia medio tempore leuata inter res mortuas deputaretur: & q; absolutionem tam ab ecclesia, q̃ Imperio, pcuraret Burgraui⁹ Nurẽbergę, in quor̃ sumptum Magdeburgẽses expedirẽt quatuor millia sexagenar̃ ex ueteri moneta grossorũ: & q; archiepũs ordinaret recõciliationẽ sacrorũ locorum, quę uiolata dicerent. In has cõditiones pacis utriq; cõsentiẽtes, ad sua redierunt. Archiepũs solenni de more in urbem deduc̃it, exceptus a ciuibus honorifice. Quo etiã in tempore, in urbe Atrebatẽsi, ex ordinatione cõcilij Basiliẽsis cõuenere prelati, principes, ac nobiles, uiri omniũ doctissimi: qui pacẽ inter Frãcorũ regẽ, & Philippũ Burgũdię ducem, paternę necis uindicem, pegerũt: cum rex Anglię, qui ad eandẽ concordiã inuitaretur, se retraheret, coarguens Philippũ, q; fœdera secũ inita uiolaret: quę inter alia cõtinebãt, q; neuter sine altero patere⁊ regi cõciliari. Ad quã formulam, cum rex Anglię requisit⁹ recusaret, declararũt prelati, & uiri, qui aderant doctissimi, Philippũ ad ulteriora nõ teneri: Quid enim, si ille ptinax esset, nunq̃ perinde futuram pacem.

CA. XXVI.

Odolpho Traiectẽsi episcopo, Walramus Theoderici archiepiscopi Colonienſis, & Henrici episcopi Monasterienſis germanus frater, cum esset electus, quod diximus, a proteruiẽtibus in cõcilio Basilienſi canonicis, multũ creauerãt laborẽ. Institere qui Walramo fauerent, ut Traiectenſem urbẽ caperet. Nobilis erat baro de Hokeren, plurimũ ciuibus Traiectẽsibus charus: Is quia fidem habere uideret apud ciues, premio, pmissæ arcis, quę a maiorib⁹ eius alienata esset, instituit urbẽ opprimere, ac Walramo subdere: Machinati sunt eius generis tegnã: premitteret triginta uiros, qui baronis nomine ingressum postularẽt, & uenienti exercitui portas panderẽt: Habere etiã dicebãtur, qui incendia excitarent: quibus impliciti ciues restinguẽdis, propugnationẽ urbis omitterent: Fides quę fuit baroni ad ciues spem illi dabat rei perficiẽdę. Sed non potuit multis detectũ diu latere negociũ: Prodijt ad maiores in urbe nõnullos. Venerãt triginta uiri ad portas armati baronis nomine ingressum postulantes: portarũ custodes retulere in cõciliũ: Emittunt̃ qui caperent uenientes: Capti sunt uigintiquatuor, sex elapsis: Mox in quęstiones positi, produnt ordinẽ machinationis: Illi gladio cędũtur: Ipse baro Hollandiam ingressus, in Dordraco mãsit per tempora reliquę uitę. Saxonia interim inferior, Erico per mortẽ subtracto, Bernhardũ fratrẽ habuit ducẽ: cum Otto Luneburgi, & Hẽric⁹ Wilhelmi frater Brũswico dominarentur. Wilhelmus aũt memorat⁹ princeps animosus, cum iniuriã suam necdum ex animo posuisset, in Brunswickcẽses suę destitutionis authores, expeditum suor̃ agmen duxit in prędia urbis, quæ foris haberent urbana, eaq; populatus omnẽ prędã abęgit: elicere tentãs sequuturos, ut cum illis manũ cõsereret: Sed illi maturi⁹ sibi cõsuluerũt, in poster̃ diẽ dilata, pcussione: Tum enim agmen nõ cõtemnendũ equitũ & peditũ, pduxere, & in Nouã ciuitatẽ, quę Wilhelmo paruit, mouerũt, prędis & incẽdijs, sęuientes: Nec ea fuit dux, alias fortissim⁹, fiducia: ut se agmini suis incõparabili

obijceret. Prẽda quã cẽperant domũ reducta, in propria incolumes redie
runt. Quo tẽpore, Thietmarſi iterum in ſua uiſcera uerſi, domeſticis & ci
uilibus malis inter ſe digladiantur: cum exerabilẽ haberẽt duẽ ſectẽ & in
ſeparabilem ptinaciã: quẽ tamdiu ualuit, donec alterius partis capitaneus,
per inſidias interceptus, periret. Tum uero ſequũt amici & cognati, obui
os quoſcp alterius factionis ſternũt: nec potuit ea cẽdes conquieſcere do
nec conſulares urbiũ propinquarẽ, Lubicẽ & Hãburgi, in terrã miſſis ora
toribus, rem, ut poterant, cõpacarent: Statuentes ex aſſenſu incolarẽ, ut ho
micidiũ de cẽtero centũ marchis, & perpetua, pſcriptione mulctaretẽ: idcp
approbarũt, literis deſup cõfectis: quẽ ſigillo terre illi⁹ cõmunirentẽ. Tum
uero mot⁹ ille execrabilis cœpit magnũ in modũ cõquieſcere. XXVII.

Eſtphaliẽ, Haſſiẽ, ac Gelriẽ militares, magna manu conglobati,
octingentos equites habuere: eocp agmine terrã paluſtrẽ comi
tis de Henneberge ſunt hoſtiliter ingreſſi: Terra ea paludibus ac
inuijs nemorib⁹ ſepta, unũ habet aditũ, exitumcp. Cuncp hoſtes int⁹ prẽ
dis inſtarẽt, comes quantã potuit ſuorẽ cõtraxit ruſticã militarẽcp manũ,
iubens obſeruari aditum, quo ingreſſi ad ſe hoſtes eſſent, expedita equitũ
cohorte, atcp manu promptiorẽ peditũ, ſe obiẽcit hoſtibus: & illis cõgreſ
ſus, uiriliter repulit: ut relegerẽt iter quo uenerãt, exire cõtenderẽt per an
guſtiam, qua intrabãt. Eum locũ inſeſſum a cuſtodib⁹ iam repererũt, quo
niſi ſũmo periculo penetrare nemo potuit. Auſi tñ quidã, prẽtẽſis ad ict⁹
clypeis, fugẽ uiã inuenere: nõnulli uulnerati: alij etiã proſtrati: maxime ue
ro iumẽta inuiũ iter ſecere proſtrata: ut facile qui euadere tentarẽt, caperẽ
tur: Pauci, relictis equis, per cõdenſa nemora euaſere: multis cẽſis, alij capi
untur. Inſigni auct⁹ eo die victoria comes, magno ẽre ditatus, quod in re
demptionẽ captiui impenderũt. Hoc etiã tempore, arcẽ quã in Prigniſſa,
Domũ nouã dixere, cum in ea latrũculi recẽptarentẽ, quod cõſtabat, mul
tẽcp & crebrẽ inde fierẽt in Magnopolim, Stargardiãcp, incurſiones: du
ces non paſſi iniuriã, cõcito ad eam ibant oppugnãdam, cum expeditis: Il
lius aũt habitatores, cum nihil uererentẽ, forte ad ſolitum quẽſtũ abierunt
non expectatis, necp prouiſis tantis hoſpitibus, indefenſam arcẽ reliquere:
Vnde factũ: ut nemine propugnãte, facile caperetẽ: ignecp iniẽcto concre
maretur ad imum. Reuerſus dñs uidit & audiuit quod geſtũ eſt: Inſidia
tus deinde arci Stauenow, quã alij militares tenuere: qui ad ſuæ arcis de
molitionem, ut cognouit, cooperabantur: cogitauit quomodo intercipe
ret. Habuit in eius arcis dñorẽ familia hominẽ ſibi notum, quẽ etiã obẽra
bat, ut aditum illi faceret. Primo igitur mane cum expeditis ingrediẽ arcẽ
proditore curãte ut pateret. Igiẽ arcẽ capit: A dominis manũ tradi iuſſit,
hoc eſt captiuitatis ſolenne, ire quo uellet, permiſit, redituros, cum & quo
reuocarentẽ. Id genus promiſſionis ſacramẽto ualidius habent militares,
Ita arce per uim ſua carens, cœpit aliam tenere captã ex inſidijs. Hoc etiam
tempore, duci inferioris Saxoniẽ Bernhardo, aſſiduũ erat bellũ in marchi
am: cp alternis pene uiribus, inuicẽ ſibi militares utriuſcp ditionis iucurre
rent. Sed marchio Brãdenburgẽſis Iohãnes, princeps ſẽuerẽ induſtriẽ, ma

gno cõflato in eã expeditionẽ agmine: Fertur enim habuisse octingentis cum equestribus peditũ duo milia: Ingreditur terram ducis, quæ inter riuum Metze, & Albim fluuium est, quatuordecim uillas diu prædatione omni immunes omnino, nudauit: & regrediens opidum Erteneborg solo æquauit: cuius uastitatis hodie damna luit: Raris enim domib⁹, semirutis tectis cernit. Quo etiã tempore, Sigismũdus Imperator, Theoderico Colonienſi archiepiscopo placens, regalia ecclesiæ Traiectẽsis cõtulit Walramo eius fratri, quę pridem dare Rodolpho recusauit, legitime a sede apostolica cõfirmato: Iam enim, ut dixim⁹, quidã proteruiẽtes canonici, cum se ab initio opposuissent Rodolpho, morte Swederi cõpetitoris, hũc Walramum excitarunt eligentes Basileæ, spe duor⁹ fratrũ eius Theoderici Colonienſis & Henrici Monasteriẽsis antistitũ: qui uidebãtur germani causam non deserturi. Eligentes ipsi, concilio præsentes multa moliebant: ut pro authoritate cõcilij stabilienda procederet inde facta Walrami confirmatio, & infirmaret, quã fecisset summ⁹ pontifex Eugenius. Scripsit autẽ in ea causa põtifex Imperatori, mirat⁹, quid sibi intantũ reluctaret, in causa tam iusta Rodolphi nobilis, & Deũ timẽtis, uiri: qui per ostiũ legitimę electionis sit ingressus. Sed ea cõditione natus erat idem Rodolphus: ut litigiosum semper gereret pontificatũ: Nec meliore fuit Walramus, qui amplius q̃ semel episcopatũ ãmbiẽs, nunq̃ tñ assequi potuit: Nam hic frustratus etiam postea, de sui fratris in ecclesia Monasteriẽsi successione, frustra, quod dicemus, cõtenderat.

CA. XXVIII.

h Alberstadensis epũs Burchardus tum cum Hẽrico de Honsteen comite dissidebat. Prior aũt comes cum expeditis egressus, prędam abęgit ex dioceſi: Cui⁹ rei iustã meditatus ultionẽ pontifex ex uiciuis urbib⁹ auxilia cõtraxit: equites octingẽtos, pedites supra mille, hoc agmine peruasur⁹ omnẽ eius comitatũ: Sed literis ęgit apud comites de Stalberg, & Swartzeborg, ut incolume in hostem, bona eorum uenia iter haberet: nec recusabant ſecuritatẽ polliceri: Verũ quadã utriusq; partis affectione teneri uidebant: sed maiori in comitẽ propẽsione. Arbitrati enim sunt nõnulli eorũ opera & admonitum comitẽ de uenturis, & armis adiutum. Vbi ingressum est agmẽ hostiũ, comes de Honsteen oportunis locis delitescens, inuadit de latibulis suis uenientes: & collata manu pauci plures superãt: Vulnerati multi: capti trecẽti de exercitu episcopi, q⁹ in fossatum urgerent: Ipse epũs grauiter saucius, retrolabit abiẽs, manus hostiũ uix euadens: Captiui redęmptionẽ suã triginta millib⁹ aureorũ estimati sunt procurare: Sed interuentu cõmuniũ amicor⁹ res in eũ decurrit modũ: ut in redęmptionẽ captor⁹ omniũ epũs sedecim millia persolueret: treugę triennio durarẽt: per quod temp⁹, aut media cõpositionis excogitarentur, aut si id partib⁹ uideretur, ad arma redirent. Hoc autẽ temperamentum in relaxatione captiuorũ pristinę estimationi adhibitum ferunt: quia non satis ex fide actũ putaretur cum episcopo: qui utiq; securum perditionem comitũ uicinor⁹ in promisso habere trãsitum dicebat. Sed militares uiri suũ habent interpretationis genus in explẽda fide: quę nullis co

dicibus legitur. Iam annº triceſimuſſeptimº poſt millequadringentos ad finem decurrerat, cum Sigiſmūdus Romanorū Imperator & ipſe finem ui uendi fæcit, multos euacuās principatº: de quibus oriri cōtentio plurima formidaret, ſi unicā filiā non reliquiſſet: quę nupta Alberto Auſtrię duci finem fęcit cōtrouerſiarū: Nam per illam ſucceſſit in regnis Vngarię atq; Bohœmię, breui etiā poſt peruenies ad regnū Romanorū. Greci interea, ut erat cōſtitutum, ad cōcilium properabāt: qui &ſi galeas haberēt obui as a ſummo pontifice ,puiſas, tñ ſuis in nauibus uenere Venetias: Iohānes Imperator, Ioſeph patriarcha, Cōſtantinopolitani: Ad ſeptingētos erant uiri in eorū comitatu, prelati, nobiles, docti. Venerat & de Ruſſia eius ge neris metropolita, de Reualia Lubicā petens: Inde terreſtri profectus iti nere cōiunxit ſe orientalibº, qui tum Venetijs morā fęcere. Eugenius pon tifex, & de aduentu Grecorū, & q; occaſionē trāſferendi cōcilij per eos ha beret, inſtitit tranſferre Ferrariam, deſuper emittens literas Baſileam, & in omnia loca oportuna. Greci quidē, ubi intellexere motum pontificis, utei gratificarēt, grauabāt in Baſileā trāſire. Papa aūt facta trāſlatione, alijs li teris ſequeſtrari fęcit pecunias a cōcilio, datis indulgentijs per prouincias in eum uſum pro Græcis collectas: Nam unionis Grecorū cauſam etiam pretenderant patres in concilio manentes: eamq; papa nunc præ ſe ferens uocat omnes Ferrariā. Sub hoc tumultu Chriſtianiſmi, uacabat, ut dixi mus, Imperium.

CA. XXVIIII.

Rincipes electores in Francfordiā euocati, inſtiterūt de creando nouo rege: Superuenerūt utriuſq; partis, tam pontificis q̄ cōcilij oratores, pro ſe quisq; fauorem ſibi principū cōciliare quærebāt: ſub magnis & formidabilibº pœnis negociū electionis retardantes, ut ec cleſię cauſa prior expediret. Sed principes euocatis publicis tabellionibus coram memoratis oratoribº proteſtabant, ſe neutri parti, aut inhęrere, aut cōtraire: ſed in neutralitate cōſiſtentes, electioni operam dare, quę differri non potuit, propter graue Romani regni prędiudiciū: appellatione prę uenientes quicquid a dictis oratoribus eſſet cōminatum: & de omnibº cen ſuris in qualibet cauſa, uel a papa, uel a cōcilio promulgatis aut ,pmulgan dis appellarūt, ,puocarūt ad futurū Icomenicū cōciliū, apoſtolos petētes: Quę res conquieſcere fęcit memoratos oratores. Principes facta de mo re ſolenni Spirituſſancti inuocatione, elegerūt in regē Romanorū Alber tum Auſtrię ducē, Sigiſmūdi prędeceſſoris generū: qui iam ante coronas Vngarię & Bohœmię indotē promeruit per eādem ſuā cōthoralē: Mul tis ille quidē initio auctis dignitatibº uir meritiſſimº, & qui Sigiſmūdi Im peratoris temporibº functus legatione, & bellis ductor, præfuit plurimis ad decus & augmentū Chriſtianiſmi: Itaq; breui eſt cōronatus ſolēni de more Aquiſgrani. Cauſa autem eccleſię interim uarie cucurrit. Miſit papa nūcios apoſtolicos in diuerſas mundi partes, iuſtificare factū ſuū, & accu ſare cōciliū, nec ſegniter agebat cœtus patrū in concilio, ſuſpenſo pontifi ce ab omni adminiſtratione papatus. Sed tum ſuaſi Greci & perſuaſi pon tificis partibus potius q̄ cōcilij inclinauere. Venit & Iulianus cardinalis a

Basilea Ferrariã se cõferens, cum nullum cerneret exitum cõcilij memorati, prevalẽte ubiq; parte põtificis: Et inchoata est Ferrarię rerum cõtrectatio: sed propter incipientẽ grassari pestem, in Florentiam trãslato cõcilio, perfecta est unio Grecorũ: sed tñ eodem, quo sępe prius, exitu: Fatendum tamen, nunq̃ ante tanto institũ esse conatu ad ea peragenda: cum Imperator & patriarchę orientis adessent, subscriberẽtq; unioni. Cũq; per ea tempora Germaniã pene omnẽ uexaret caritas ãnonę, Hollãdini tñ maritimũ bellũ aduersus urbes socias, Wandalię, Prussię, Liuonięq; susceperet: idq; magno animorũ ardore gerebant: nautic⁹ populus, & qui omnẽ etatẽ mari inuolitat. Magna tum oriẽtaliũ nauiũ classis Baias petebat, salis, ut consueuere gratia: Et cum scirent Hollandię in se motus uehemẽtes, sacramentis inuicẽ prestitis nauiũ magistri, & omnes inuicem naucleri se cõstrinxere: ut paribus animis, & iũctis uiribus, in Hollãdinos pugnarẽt: certũ habentes, q; ubi unũ sentirent, nulla uis aduersæ gentis eos posset cõuellere. Peruenere in port⁹ Hispanię salui. Permisere facile Hollãdini, ut onustos potius caperent, q̃ inanes. Vbi aũt illi in portubus agebãt, onustationi nauium suarũ intenti, cõgregati Hollandini port⁹ obsident, magnis copijs instãtes, ut capiãt hostes. Sed tum Prussi (gens sępe uacillare cõperta) siue diffidentia partis suæ, siue q; lucro suo pertinati⁹ instarent, numero naues XXIII. ab alijs diffidẽtes, pacta fœdera cum hostib⁹ Hollandinis inierũt. sed prędia meritę perfidię mox recipiũt: Nam trãsfugas illos, cum nullã illis fidem haberent primos spoliarũt, rebus & nauib⁹ adęmptis: expositosq; in littus abire sinunt: cęteris iam sine cõtrouersia fortiores, adęmptis nauibus & rebus, in proximũ itidẽ litt⁹ abięcerũt. Cessit ea uictoria Hollandinis non impune: Nam crebris inde uexationibus per partes reddere sunt coacti, quod semel abstulerũt. Inde in treugas res omnis cõijcit: quæ aliquoties renouatę, in tempora nostra peruenerũt, necdũ pace ad liquidũ firmata ac restituta.

CA. XXX.

Lbertus Vngarię Bohœmięq; rex, per uxorẽ Sigismũdi filiam,
a rex Romanor⁹ per electionẽ, in alterũ annũ prefuit Imperij reb⁹,
breui⁹ exemptus humanis, q̃ par esset Christianismo: Tumulatũ in Alba regali Vngarię ad latus soceri sui, relictis duabus filiab⁹, quarum alterã accępit Casimir⁹ rex Polonię: exq; ea genuit reges, qui hodie tenẽt auita regna, Bohœmię & Vngarię. Alterã duxit Wilhelm⁹ Lãtgrauius Turingię, dux Saxonię, & ex ea sustulit filiã, quã dedit Iohãni Alberti filio Brandenburgẽsi marchioni: ex qua natus filius Ioachim, hodie marchiam gubernat Brãdenburgẽsem, & dignitatẽ implet electurę, post patrem, atq; auũ: cui sponsa est hodie filia Danorũ regis Iohannis. Reliquit aũt idẽ Albertus, Bohœmię, Vngarię, Romanorũ, rex, uxorẽ prægnãtem quę legitimo tempore peperit filiũ posthumũ Ladislaũ, maximę spei puerum: quẽ, ut in Wandalia dixim⁹, multa suorũ instãtia obtinuit mater primum fieri regem Vngarię: nam illi genti nomine ipso iam erat cõciliatus: q; Ladislaus a sanctissimo rege Vngariæ, mutuato uocabulo diceretur. Ad Bohœmiã quoq; non diu post rex assumit̃, & ad Austrię non minus

ducatũ: Certamẽ enim pro puero tres prouincię, quod ibidẽ oſtẽdimus, habuerũt. Sed iterũ Imperio uacante ad annũ a Chriſto quadrageſimum poſt millequadringẽtos, cõuenere principes electores, in ſolitũ deligendi regis locũ, Frãcfordiã, elegeruntq; Fridericũ Auſtrię ducẽ, Alberti regis fratrẽ patruelẽ, aduleſcentẽ tum moribꝰ maturũ: Viceſimũ enim ſextũ, aut circiter, cum elegereť agebat: in quo ſpes tum maxima fuit ſuſtinendi Imperij: Sed erat ille Fabio maximo propior, q̃ Scipioni, multa reponens in cunctatione: nihil illi de celeritate cõficiendę rei. Sed hęc poſtea: Prima illi fuit cura, ſublata de natione Germanica neutralitate, cui a temporibꝰ aſſumpti Alberti inhærebat, ſubdere colla Eugenio pontifici: Placauitq; Amadeũ Sabaudię ducẽ, quẽ Baſilienſi cõcilio creatũ, põtificẽ dixere Fœlicem. Ille enim ſuaſu Friderici regis, poſito põtificis nomine, ad pedes uenit Eugenij, qui illũ legationis titulo perornauit. Tum cõcilium Baſiliẽſe, ſubductis paulatim patribꝰ, cœpit euaneſcere. Laus egregia Friderici pacem eccleſię reddidiſſe: ſed aliquãto maior, ſi hoc adięciſſet operi ſuo ut auro prouincię non emũgantur, uel ut ipſe pater patrũ, ex auro, quod ex annatis corrodit, Chriſtianiſmũ tutareť, non ſuos nepotes glorificaret. Hęc qualicunq; oculo tum rex, ut per omnẽ ætatem reliqua Imperij detrimenta diſſimulabat.

CA XXXI.

a Dolphus per ea tempora dux Sleſwickcẽſis, & comes Holſatię, qui difficili ac diuturno bello, pro eo ducatu cum Danorũ rege dimicaſſet: iam Chriſtophero Bauaro in regẽ aſſumpto, ducatũ de manu regis accępit in feudũ, redditaq; ſunt ei omnia, quę olim ad ducatum pertinebant, quęcq; longo tempore inquieta fuere a diebus cęſi patris eius: cum primũ Margareta regina, deinde Ericus rex eius adoptione filiꝰ multa inde per annos ſupra triginta tuliſſent, de quibus concertatio fuit uſq; ad nouiſſima eiuſdẽ Erici regis tempora: Limites aũt ducatꝰ ſunt ad pontẽ uſq; Coldingen, quę tum omnia ſunt reddita Adolpho duci iuſſu regis noui Chriſtopheri. Quo tẽpore, cũ Oſnaburgenſes ciues, cõſpirãtes capitulo, Fricũ epũm ſuũ expulerũt dioceſi: q̃ Iohãnẽ fratrẽ ſuũ comitem de Hoya ſineret omĩa in dioceſi pro arbitrio agere. erat Iohãnes armis natus, caſtris magis q̃ eccleſijs dedituꝰ: Vnde factũ eſt: ut cum omnia pro ſua fronte gereret, epiſcopo fratre quieſcente, odiũ inexplebile ſuo capiti, fratriſq; induceret. Pulſus autẽ eccleſia Ericus, per arma fratris iniuriam uindicauit. Et ille, cum multis ſæpe prælijs irritaret ciues Oſnaburgẽſes, multoſq; ſæpe, & cęderet, & caperet, audentior factus, cœpit hoſtes cõtemnere: Vnde factũ eſt: ut captus aliq̃, dum audentiꝰ q̃ prudentiꝰ dimicaret, inuehiť captiuꝰ in urbẽ: Tam artis aũt innexus eſt uinculis: ut cauca clauderetur, in qua ſe uir procerus erigere non poſſet in ſublime: multiſq; annis in eo ſeruatur uſq; ad inſtãs bellũ: quod Theodericꝰ archiepũs Colonienſis gerebat in Suſatũ: Nam tũc copię, quæ militare archiepiſcopo uenerant, primũ duxere in Oſnaburgũ, oppugnationẽ minitantes, niſi Iohãnes laxaretur. Quo tempore poſt ſeptẽnium clauſtra euaſit. Erat aũt a nato Chriſto annus quadrageſimuſquartꝰ poſt millequadringẽtos, cum ci-

tes Suſatēſes, qui ſub archiepiſcopo Coloniēſi fuiſſent per ānos ducētos octuaginta, a tempore Friderici. I. Imperatoris, quo ille Hēricū Leonē ducem Saxonię prouincijs pulſum, omni exuerat feudi dignitate: Cum Philippus archiepūs Coloniēſis, quātam potuit Weſtphalię quę ante Hērico paruit, partim abſtraheret, aſſumpto titulo ducatus Weſtphalię, quē hodie tenent archiepiſcopi Coloniēſes. Tum & Suſatum cœpit parere eccleſię Colonienſi, uſq; ad tempora, quæ nūc ſcribimus: nam hoc tēpore colla ſubduxerāt iugo: q; ſe dicerent ab archiepiſcopo in antiquis libertatibus artari: Ad Adolphū Cliuenſem ducē defęcerūt, cui ſaluis immunitatibus antiquis, ſacramentū fidelitatis pręſtiterūt: multis interim nūcijs ac literis hinc atq; inde miſſis ad ducē, ut abſtineret aliena ditione: ad urbem, ut ad cor rediret, agnoſcens, quē debuit Coloniēſem archiepūm dnm in temporalibus & ſpiritualibus. Sed cum toto triennio his atq; alijs uijs nihil proficeretur, ad arma peruentū eſt utrinq; cōparata. Iohānes Cliuēſis Adolphi filius tum filiusfamilias, cum ualido prēſidio urbem tuendā ingreditur, paſſus in ea obſideri: Theodericꝰ aūt archiepūs cōparatis copijs ad obſidendum ſe parat. Venerat illi auxilio Wilhelmꝰ Lantgrauius Turingię, dux Saxonię: inter agmina ſua ducens duo milliaquingētos ex Bohœmis homines armis iamdiu innatos, & qui ſine exemplo crudeliter deſęuirent. Hi, ut diximus, in ipſo itinere Iohānem de Hoya comitē, Oſnaburgi uinctum, ſolis cōminationibꝰ relaxarūt. Obſedit ergo archiepiſcopus Suſatū multis millibus armatorū: Oppugnauit aūt toto menſe, raro intermittens bombardarū tonitrua. Sed cum ea non terrerent ciues, apparatis magna multitudine ſcalis, ſtatuit uarijs ſimul locis inuadere murū. Erat ea ſcalarū multitudo & id roboris: ut una tres, aut quatuor, in quaq; ſtarēt & aſcenderent. Opidani aduerſus ea miſerūt lapides ac trabes: Sed omniū erat uaſidiſſimum defenſionis genus: Sartagines in muris diſponebāt per interualla, ſubiecto igne, pultes in aquis bulienti feruore miſcebāt: Hunc liquorem capacibus uaſis feruescentē fudere in armatos, ſcalis incūbentes: Exuperabat ea uis omne genus tormentorū: In ipſis ſuis armis ardorę excruciati ſuffocabant: Tormēti genꝰ incōparabile. Tali tū mō defenſi muri, periere ex ſcādētibꝰ plurimi, qui pro ſuo debito primi uenerāt ad arma: Nā Bohœmi facile ceſſere indigenis honorē: ut militia pręlati, primi eſſent in piculis. Archiepūs eo acceptо incōmodo oppugnationē deſeruit. Ex hoc tempore Suſatum in iure ducis Cliuenſis permanebat. XXXII.

Per idem tempus, Delphinus regis Francię Ludouicꝰ: Is qui poſtea regnū diu tenuit: Eſt enim Delphinatꝰ is in Frācia principatus, qui uiuente patre, primogenito regis filio pmittit, proximus gradus ad regnū, patre ſubductꝰ. Is tum ualida armorū manu ſtipatus ad Reni ripā duxit. Sexaginta tum millia ferebant eius ſequuti ſigna: qnibus & Baſileę mœnia diſturbādis, qui tum etiā in cōcilio pertinaciter permanebant: ſed & Argentinę pulſabātur mœnia: nō ignorāte, ut ferebāt, rege Romanorū Friderico: qui ciuitates Imperij ad eam fluminis ripā Reni minus Imperio parentes, ad iuga coęgit. Switenſibus quoq; idē cōgreſ-

ſus ſtragem in illis peręgit. Armiaci aũt per illam ętatẽ habuere nomẽ in uictorum: ut noſtra memoria ante paucos annos ĩdem Switenſes ſunt habiti. Mira Friderici regis, uel patiẽtia, uel prudẽtia, uel utruncꝫ: ut malue rit Imperio minus audientes, per alios, q̃ ſuis armis caſtigari. Fęciſſe idem fertur ętate noſtra in Auſtralib⁹ edomãdis: quos tum regi Vngarię permiſiſſe dicitur: Sed ita, ut uix ipſe angulũ in omni Auſtria retineret. Quo tempore mortu⁹ eſt Otto dux Luneburgẽſis & Brũſwickcẽſis ſine prole, Ortaqꝫ ſuſpicione dati ueneni aduerſus Bertramũ præpoſitũ monialiũ in Ebbekeſtorp, per purgationẽ ille canonicã exuit ſuſpicionẽ: Multi ſe prę lati obtulere ad cõpurgandũ, ſciẽtes uiri honeſtã legalitatẽ: cum nõ tenentur in ſuo ſacramento cõpurgantes de ueritate: ſed de ſola credulitate, principalis aũt ipſe ſolus, de ueritate iurat. Bellũ tum acre gerebat Albertus burgraui⁹ Nurẽbergę, poſtea Brãdenburgẽſis marchio, in ciues Nurẽburgenſes: qꝫ prętenderet latius in urbe ius, q̃ illi ciues ꝓmitterent, cum ſit ipſa urbs Imperialis, non aliũ ſupra ſe dñm, q̃ regem Romanoꝝ agnoſcens. Multo labore impenſiſqꝫ partes ſibi conciliauere fauorem: Magnis ſępe incõmodis ciues affæcit ſuperne ab arce: nec ipſi pepercere machinis & bõbardis, paria inferre parib⁹: auſi aliqñ in apertos cãpos aciẽ in aduerſos producere, totiſqꝫ cõfligere uiribus. Sępe inter eos alternante fortuna: Semel adeo cõtritæ ſunt uires marchionis, ut omnibus pene qui ſecũ militauere captis, uix ipſe cum paucis elaberetur. Iam actum de marchione putabãt omnes. Tum aleam uerſans, in celeritate rem cõſtituit, dum adhuc in contemptu hoſtiũ eſſet: Citius q̃ ab omnibus putaret alias uires collegit: & hoſtes iam ſui ſecuros, iam etiã ſe cõtẽnẽtes, magno animo inuadit, & tantã recępit uictoriã: ut pene damna priora cõpenſaret. Iã ſtabat pene ęqualis hoſti: parificata incõmoda, pares utrincꝫ uictorię: Hoc pręſtabat militari uiro celeritas, & animus uinci neſci⁹: Emerſerat enim dum nemo putaret. Cum aũt per duos ãnos tracto bello uaria inuicẽ & dediſſent, & accæpiſſent, incõmoda, interuentu cõmuniũ amicorum res in concordiã, cum detrimento, ut fieri ſolet, partium peruenit. CA. XXXIII.

Aec ſunt illa luctuoſa Chriſtianitati tẽpora, per quæ bicipiti Ro
h manoꝝ aquilę, alterũ deſectũ eſt caput, cũ iam in oriẽtẽ ultra nõ reſpiciat, uix defendere potens, quod ei reliquũ eſt in occidente. Nam Turcus, dum cõtemnit aduleſcentiã regis Vngarię, nec ab Auſtria ſibi timet, uniuerſam Gręciã inuadit, magnã Europę partẽ auferens. Hoc Gręculi Imperatores paſſi, dum in regna multa ſcindũtur: exemplo futuri Latinis, niſi letargum iam mortalẽ induiſſent. Dum enim oriẽtis imperium diuidit in Andrionopolitanũ, Trapezunciũ, & Cõſtantinopolitanũ, unum in tria, ſingulorũ uires non tantę remãſerunt: ut truculentiſſimo hoſti Turco occurret. Fridericus aũt ei⁹ nominis. III. dux ante Auſtrię, nũc Romanoꝝ rex, duodecimo ſui regni anno, in Italiã cõtendit, & coronam, & uxorem pariter, quæ ex Portugallis ibi obuiam illi ducerẽ, accęptur⁹. Senis ſponſam primũ uidit, deducentib⁹ eam proceribus ex regno patris: Cũqꝫ illa Romã profęctus Imperialem benedictionem accępit; & inde in

Neapolim ad Alphonſum regē ſpōſę ſuæ propinquū cōtendit: ubi regali luxu nuptię parabant. Satis expedito is itinere Italiā peruagat, ꝙ inermis ueniret, prēmiſſis aliquot copijs, & alijs ſubſequi iuſſis, ne cui ueniret oneroſus, aut formidabilis. Albertū fratruelem Auſtriæ ducē itineris habuit comitem: & Ladiſlaū puerū duodennem, Vngarię, & Bohœmię regem, Auſtrięq; ducem, ipſo puericię flore decorū & amabilem: & cui Itali multos annos, ac plurima bona, imprecarent. Ea uota uent⁹ ne prouenirēt tulit: Oſtenderunt hūc fata tm̄ terris, neq; ultra eſſe ſiuerūt: Nam, quod in Wandalia dixim⁹, dum pro eo cōſeruando multa bella gererent, dumq; illum Bohœmia ſuſcepiſſet alendū, & iam illi nuptię parārent, anno ętatis XVIII. non ſine ſuſpicione ueneni perijt. Sed ad Fridericū redeam⁹: qui tum paratus ibat & redibat per Italiam, nulli formidādus. Videre ille potuit ęquis oculis, quod priores non poterāt, de uiſcerib⁹ Imperij alios inraſſatos. Hoc dum uindicare cotendit Henricus. VII. ueneno perijt, non ſine crimine Florentinorū. Karolus eius ex filio nepos, qui ulciſci debuit, & Imperij, & aui iniuriam, euiſceradis aquilę uiribus inſtitit: dum pro extollendo ignauiſſimo filio, patrimoniū Imperij, quod ſæpe queſti ſumus, impendit. Sigiſmūdus iam emortuam rem reperiens, quod uoluit, implere nequiuit: dumq; in aliū reſpicit, qui ſe per Italiam duceret, tardo ſatis itinere, pene irriſus, per mediā prouinciā uix penetrauit ad Vrbē: iam conſpirantibus cōmunitatibus cum pontifice in contemptum Romani Imperij. Sed Fridericus nimiū quietus tolerauit omnia: Cūctator, ut diu habebatur ſalutaris: quod maturitati dabatur: ſed illa nunq̄ peruenit ut uim oſtēderet. Quoties enim apud illū fieret rerū cōploratio, ꝙ hęc & illa fierent, hęc & illa timerentur, ferunt reſpondiſſe: necdū eſſe tempus illa emendandi. Nec tm̄ illo uiuente hoc temp⁹ impletū eſt, neſcitur quādo implēdum. Iam res eo uergūt ut Alemania, quę pridem amiſit uiuacitatē, omnē deinde perdat Imperij honorē, rebus inclinātib⁹ ad Gallos. Ergo labor in hoſtes Turcos colluctādi permanebit, &, ut formidatur, indies augebit: maieſtas Imperij decidet. Et facile eſt toleratu, ſi non pſeuerat incolumitas & libertas a Turco, quę & ipſa uocatur in diſcrimen. XXXIIII.

h Ac ergo tēpeſtate, per annū quinquageſimūtertiū Romana prīdem biceps aquila facta eſt anceps, ſi caput ei reliquū ſit, poſtea q̄ Cōſtantinopolitanū orientis deperijt, capta per Turcū eius imperij ſede: occidentale ſe nuſq̄ niſi intra uiſcera cōmouet, abſumēs uires in domeſticos, quas uerteret iuſtius in exteros, Turcorū imperator, poſtea q̄ LXVI. diebus nulla permiſſa requie, Cōſtātinopolim oppugnauerat, & uir Italicus tutandor⁊ muror⁊ ſuſcepiſſet prefecturā, dum Turci acri⁹ imminerent, q̄ urbici tuerentur, capta eſt inſigne decus Chriſtianitatis Conſtantinopolis: Innumera ciuiū multitudo, ſine diſcrimine ſexus, ętatis, ordinis, perdita. Rex ipſe, ut ferunt, qui inerāt fugientes, dum per auerſam ab hoſte portā cum populo fugā parat, in ipſa preſſura cōſumptus eſt. Sæuitum tm̄ eſt in cadauer mortui, trūcatūq; caput delatū eſt per caſtra in contumeliam uictorum: prophanata templa: euerſa altaria: cōſpute imagines

in primis Crucifixi Dñi in castra relata, cõsputacꝙ, ridet. Stupratę sacratæ uirgines: Matronę in castra protractæ, libidinẽ impleuere spurcissimorũ canũ: Et illud ęternę Sophię cõsecratũ templũ, sine exẽplo sorditatũ cõtaminationibꝰ Mahumeticis. Illa tum sunt facta, quę & dictu sunt difficilia & auditu horrifica: Omnẽ nobilitatẽ tyrãnꝰ curauit excindere: quæ ut se proderet, prędicẽ iussit proclamare: Si qui se auro redimere uelint, liberũ facere uictorem. Tum terrę proceres, & ciuitatũ principes, inani spe libertatis ducti, prodeunt de latibulis. Vbi iam omnes uidet cõueniſſe, iubet ferirí gladio. Mutus hic etiã Tullius pro rerꝫ calamitosa satis serie deploranda. Per duos dies liberũ fuit Turcis, domos diripere, prędam conuectare: in omni genere rerũ, hominũ, iumentorꝫ, uestiũ, auri, & argenti, & omnis supellectilis: Qui talem ac tantã urbis calamitatẽ dignis defleat uerbis, neminem arbitror extare. Ferunt qui copias eius cõpertas habuere, trecenta fuisse millia, qui a terra oppugnarint: a mari triginta millia, trecentis uelis annotatis.

CA XXXV.

Ed post aliquot annos, cum idem ferociſſimus hostis in interiora Christianitatis ducens, Bellogardũ oppugnaret, cœlitꝰ Christianis auxilio proueniente, celebris ex hoste uictoria prouenit, Iohanne Cuniad Vaiuoda pugnãte: Iohãne uero Capistrano, uiro religioso de Minorũ obseruãtia, pro muris populũ exhortãte, & ad Deũ clamãte. Cęsa sunt hostiũ multa millia, & pro numero nostrorũ plurima: Intercęptę hostis machinę, bombardæ, & omnis generis bellicus apparatꝰ. Eam nostrorũ uictoriã, tam impatienti animo fertur hostis tulisse Turcus: ut lachrymas uir sęuus non teneret, ut barbam uelleret, & ea quæ solent insani facere: O si nostri tum principes usi ea fuissent uictoria, recentem hostis cladem prementes, nec suissent resumptis uiribꝰ respirare, non extra spem fuissent tum omnẽ Europam fugato hoste occupare. Sed languidum caput, defęcta membra, tum non sustinuerũt fortiter agere pro nostris. Erãt in Macedonia nõnulli duces Christiani, quibus animus fuisset hosti occurrere, immo fugientẽ insectari, si suppetias ullas ex Christianis principibus sperauissent. Nondũ erat tempus miserendi eius, nondũ uenit tempꝰ. Formidandũ, ne nostris criminibus prouocatꝰ & iratus Deus, longius se retrahat, & propter eccleſiã non recte ambulantẽ, in altũ, ut olim, a sinagoga regrediatur: pro indubitato habentibus nobis: quia ipse iudicat populos, gubernans mũdum omnẽ, etiã si hoc impij non credant. Qui uero credunt non hoc agunt, ut properet Deus misericordiã suam super suos. Per quę tempora, Idẽ Iohãnes Capistranꝰ obseruãtialis, in Germaniã descendit, prędicans magno zelo uerbũ Dei, in Austria, Bauaria, Suæuia, Turingia, & Saxonia. Nam in ciuitate Magdeburgensi, in nouo foro, maxima ad illum cõfluente multitudine, cum esset Germanicę linguę non gnarus, Latino sermone prędicabat Latinis in tertiam horã, populo solis gestibꝰ eius, quos ante non uiderat, satis uehementer permoto. Aderat ex Germanis sui ordinis fratribus uir eque doctus: qui post illũ non minore tẽpore dicens interpretabatur populo, quæ ille dixisset. Moti sunt omnes, & usq

adeo permoti: ut fœminę abusum in ornatu, uiri ludos quib⁹ tẽpora perdunt, scacorũ, alearũq; in nnũ cõtulerint, & in eodẽ loco igne subdito cõcremarint. Fertur idẽ aliquot sanitatis signa fęcisse, ut uulgo est creditũ. Sed est in ea re sæpe loquacior fama. Hoc constat, uirũ fuisse incredibilis in uita & moribus austeritatis & sanctitatis. Sed est spirit⁹ ille torrẽs, quo tum cõmot⁹ populus, illa quę dixim⁹ fęcit, ut nõ diu pseueret. Facile redit res in abusum, ut est hodie cernere per oẽs terras & urbes. XXXVI.

Onasterienses in Westphalia hoc tẽpore de episcopo laborarũt: Vacuata enim sede per mortẽ Hẽrici, ciues experti uirtutẽ eius generis pontificũ: de Hoya, q; proximus ei⁹ familiæ Otto multa in ecclesiã & omnẽ diocesim bona fęcerit, ualde desyderarũt, ut capitulũ postularet Ericũ Osnaburgẽsem episcopũ, iamdudũ ecclesia sua pulsum. Capitulum aũt reputãs indignũ, si ad populi clamorem assumerẽt episcopũ, contemptis populi precibus, elegerũt Walramũ comitẽ de Morsa, germanum Theoderici Coloniẽsis, & Henrici proximi decessoris in hac sede, uirum ad episcopandũ non natũ. Iam enim pridẽ, quod diximus, de episcopatu Traiectensi frustra contenderat: frustratus, & hũc Monasterienſem, magno licet interueniente bello, non est assequutus. Igitur facta electione de Walramo, cum populus urbis se in sua petitione cõtemptum uideret, reputans sua plurimũ interesse, hũc, uel illũ habere pontificẽ, inuenere causas, quibus iustificata etiã sua parte, ut poterant, bellũ graue sustinerẽt, aduersus capitulũ & omnẽ militiã: quib⁹ accessere uires totius ecclesię Coloniensis. Iohãnes aũt comes de Hoya, uir armis innutrit⁹, sui quoq; fratris cum ciuitate causã̃ defendit. Nec satis est uisum Monasterienſib⁹, si hoc uteretur ductore. Cõduxere bello suo principẽ Fridericũ de Brũswico ducem, Wilhelmi filium, cum ualida equitum cohorte: Sciebat ille magno agmine archiepiscopũ Coloniẽsem diocesim peruadere, ut non parẽtia reduceret in obediẽtiã. Frideric⁹ & ipse copias eduxit: auxilia illi ex urbe mittebantur. Sed ille, neq; in monasterio uicino, Varle appellato, quod poterat, demorari, neq; auxilia promissa uoluit expectare, exiens spõte in apertos campos: ut si opus esset, expãdendę aciei loc⁹ foret. Firmauit tñ ut potuit in agris castra, positis in circuitũ carris & euecturis, ne ptin⁹ hostes incurrerent: Id enim reputabat: si in cœnobio, quod tenuit, se passus fuisset obsideri, quis obsidionẽ laxaret? quis tantã uim ꝓpulsaret? cum eruptioni non satis idone⁹ uideretur. Igitur castra sua in campo metatus, expectabat hostẽ: nam fugere procul ex animo fuit. Venere hostes, & manu collata, statim, quod necesse fuit, minores Friderici uires inclinauere: Captus ipse Coloniam perducitur: Ibiq; aliq̃diu pro capto in libera custodia fuit: post tempora se suo ęre ex captiuitate laxauit, manente desuper actione in ciuitatem Monasteriẽsem. Nec tñ cessere dehinc ciues uoluntati capituli, sed pertinaciter bellũ cõtinuarunt: Neuter uero cõtendentiũ ad episcopatum peruenit. Iohãnes enim Bauarię dux, cum in Italia literis inuigilaret, suggerentibus nõnullis, qui rem gubernarent, eandẽ apud sedem apostolicã uacantem ecclesiam impetrauit: uenitq; cum apostolicis literis, & nõnullis

tractatibus habitis in ecclesiã susçipitur, donec inde in Magdeburgã postulatus transfertur, ubi religiose uiuens finiuit. CA. XXXVII.

Vscæpit deinde bellũ Wilhelmus dux Brunswickcensis, aduersus Bernhardũ Friderici ducis Luneburgẽsis filiũ, gubernantem pro patre: qui etiã tum erat administrator Hildesemẽsis ecclesiæ: cui in eodem bello accessit Iohãnes Verdensis epũs. Suberat causa, ꝙ opidani Luneburgẽses ære alieno grauati detraxere prælatis in solutione salinarium, unde lueret ęs alienũ. Diu causa in Romana curia uentilata: Superauere prelati, qui literis apostolicis per brachiũ seculare exequendis requisierunt Wilhelmũ ducẽ: ut rebus, corporibusq; teneret Luneburgẽses mandatis apostolicis cõtumaces. Prior Wilhelmus dux copijs undiq; cõtractis, duxit in dioceſim Verdensem, prefatꝰ instructum se uenire epũm, quomodo pareat mãdatis apostolicis. Sed Bernhardus dux memoratus cum Iohãne episcopo retulere arma in terrã Brunswickcẽsem, inter Leynã & montana Destrię, prędam multã ferro flãmisq; exciderũt: Rodewold, Alten, Betterlow, Nouam ciuitatẽ iuxta Honouer. Intercæpta deinde res ad cõcordiã puenit. Hoc tpre, cũ Adolphꝰ dux Sleswici, comes Holsatię, rebꝰ Holsatię iam mortuo fratre solus preesset, recordatꝰ ueteris querimonię Phrisiorũ suorũ in Thietmarsos: ꝙ eam prouinciã crebriꝰ incursassent, ꝙ iniquã legẽ, cuiꝰ supra meminimus, cõstituerint: ex Thietmarsis unum duobꝰ Phrisijs cõpensauerint, exacta pecunia ab illis plurima: ita ut dux explicita desuper calculatione, reperit suis detracta per eam gentẽ ducentatriginta millia marcharũ, quæ ab Thietmarsis reposcebat. Sed cum illi quoq; suũ ingrauarent calculũ, intercępta res est, & de eo deducta: ut ad arbitros cõtrouersia perueniret: cõpromissumq; est in prępositũ ecclesiæ Hãburgẽsis iudicẽ Thietmarsorũ ordinariũ, & in cõsulares duarũ urbium Lubicę, & Hãburgi: adiecta pœna non parẽti decẽ millia aureorũ. Cũ aũt prefinitũ nullũ esset laudo tẽpus, stabat ea res in manibꝰ arbitrorũ sine fine. Sed princeps ille bonꝰ, cũ gueniſſet uiuẽdo ad annũ Christi quinquagesimumnonũ post millequadringẽtos finẽ fęcit uiuẽdi, nullo hærede legitimo sui corporis relicto, peruenitq; res in cõtentionẽ de iure succedẽdi inter regẽ Daniæ Christiernũ, germana sorore Adolphi natũ, & Ottonẽ de Scowenborg comitẽ: qui longiori quidẽ gradu distabat: sed tñ ex masculino latere in feudo credebaꝫ præferẽdus. Sed tum proceres Holsatorũ sui fęcere arbitrij, quẽ uellẽt dñm: elegeruntq; regẽ Danię, ut fieret comes Holsatię, data ingẽti pecunia Ottoni, qui iuri suo renũciaret: pręsertim assentiẽte feudi dño episcopo Lubicẽsi: qui comitatũ illũ Imperiali dono solet cõcedere, ut uerꝰ & directꝰ feudi dñs. Peruenit ergo comitatꝰ ad regẽ: Ducatꝰ aũt tum coronæ cõsolidaꝫ: quod diu a regibꝰ per multos labores erat quęsitũ. Sed filij regis eundem ducatũ patre moriente, denuo a corona separatum, inter se, ut Holsatiã per partes diuiserunt, quod suo tempore cõmemorabimus.

FINIT LIBER VNDECIMVS.

INCIPIT LIBER XII.

ANNVS CVRREBAT POST MILLE-
quadringẽtos ſexageſimus, cum Pius ſummus pontifex animo dolẽs amiſſum oriẽtis Imperiũ, audiẽſq; cõtinuo
a Chriſtiani nominis ferociſſimũ hoſtem Turcũ in Chriſtianas prouincias ditionẽ propagare, Trapezũtino imperatore uicto: cum pene nihil reliquũ eſſet de orientali imperio, quod non ille occupaſſet, de bello eidem inferendo cõcilium indixit Mãtuanum. Cõuenere frequẽtes principũ oratores. Aderant inter alios Franciæ regis nũcij: qui magna & acerba oratione inuecti, querebantur Neapolitanum regnum ab iuſto hęrede tranſlatum in Ferdinãdũ baſtardũ Aragonẽſem: Quibus longiori reſponderat ipſe ſua uoce Pius: Extãt ambæ orationes. Sed tum eo cõuentu nihil fructuoſius agebatur, q̃ ut immaniſſimo Chriſtiani nominis hoſti bellũ indiceretur, deq; ratione gerendi multa ſunt cõſtitura. Sed optimi pontificis uolũtatẽ nõ ſunt ſequuta principũ ſeculariũ, ut debuerãt officia. Imperator quieuit: cęteri nihil ardentiores. Vnus Burgũdiæ dux Philippus pollicери operas uidebatur. Sed quarto demũ anno, quod dicemus, res intenta per mortẽ pontificis euanuit. Interim uero in Saxonia Wilhelm⁹ pater & Fridericus filius, duces Brũſwickcẽſes, opidanis Luneburgẽſib⁹, q̃ad poterant, aduerſantur, ob non paritionẽ literaꝝ apoſtolicaꝝ, brachiũ ſecular e intentantes. Friderico duci uenerant in manus currus quatuor mercibus onuſti: qui cum Luneburgum pertranſiſſent, creditum eſt, quia ſic credentibus expedire uidebatur, q̃ Luneburgenſiũ res extitiſſent, aut q̃ iuſte cęteri propter participationẽ cum illis, eadem quę illi, damna paterentur: Tenti ſunt utcunq;, & merces diſtractæ ſine precio, diſtributione militari. Fraudati tñ ferunt qui cępere, cum crederẽt omnia eſſe in mercib⁹: Plurimũ inerat argẽti, quod Marinus apoſtolicus nũcius in Sueccia corraſit. Sed quid facerẽt? quãdo qui cõmutaret in merces non eſſet, eo contentos oportebat abire. Fuerũt & alij, nõ inde longinqui quatuor curr⁹: ſed proximarũ urbiũ Gottingen, & Northem præſidio defenſi abibant. Erant pro his rebus cõuentiones ad placita plurimę: ſed merces diſtractę ſemel non redibant. Inde principali putant honori maculã inuſtã: q̃ non iuſtam prędam pro iuſta ſit in ſuos partitus. Cõtenderat eo tẽpore Lantgrauius Haſſiæ occupare opidũ Embica: q̃ nõnihil in eã haberet queſtionis. Sed principes eoꝝ dñi Albertus & Henricus duces Brunſwickenſes de Grubenhagen, quãtis poterãt armis, & uicinę urbes Gottingen, Northem, Goſlaria, Brũſwicũ tulere ſuppetias, Hoc cũ Haſſo cõpertũ haberet retro tulit pedẽ. Per idẽ tẽpus, cũ eccl̃ia Mogũtina inſigni clade, duos haberet põtifices electos in diſcordia: Pius papa qui noſſet opes eccleſiæ dudum in Germania uerſatus, annatã extorſit acerbius: Sed Dietherus de Iſenborg, qui potior in iure uidebat, dum, ut ferunt, annatã pro arbitrio papę nõ ſoluere, & de nõ ſollicitãdo pro cõcilio ſacr̃m præſtare recuſaret, cõfirmationem iam datã papa retraxit, & emulo ſuo cõtulit Adolpho de-

Nassow. Nihil actum uidebatur apostolica cõfirmatione, quã utercꝫ tenebat, nisi arma uenissent in mediũ. Dietherus urbẽ & arces habebat potiores. Cõcurreruut aliqñ armis in acie, uicta pars Dietheri cessit. Deinde oppugnata ciuitate, captacꝫ armis auxilio comitis Palatini de Reno. Dietherus cum nihil hostili molitione persentiret, pene in ipsa quietis suę sede intercæptus est, calente adhuc lectulo unde dilabebatur. Sęuitum est in maiores urbis, qui partem tutati sunt Dietheri. In miserã seruitutem urbs pridem libera redigit: Euanescit omnis mercatura: Retrahũt enim se mercatores de locis in quibus arma dominant. Omniũ portarꝫ claues ad unũ sub noctẽ deferunt urbis præfectũ: qui omnia pro suo arbitrio moderat. Is uocat in cõcilium quos delegerit: Officia omnia in urbe partitur unus, ciuibus in omnẽ subiectionem perductis: Archiepũs cum clero dominat. Rebus tñ inter emulos cõpositis, Dietherus deputatas sibi accæpit arces cum prouentibus, certus, si ad eũ diem peruenerit, de Adolphi successione: idꝫ post sextũ annũ euenit. Tum enim Dietherus mortuo Adolpho reddit ecclesiæ: sed in quã seruitutẽ ciuitas propter eum uenerat, in ea reliquit: Arcem quocꝫ ad Reni fluẽta iuxta ciuitatẽ extruit, quę pro freno sit ciuitati, nequando resurgat in pristinas uires: Publicũ inibi erexit literarũ palladiũ: Stipendia & prębendas deputabat doctorib⁹ & magistris in eo desudantibus operę literarię.

CA II.

Exagesimusseccũdus erat annus a Christo post millequadringentos, cum Wilhelmus dux Brunswickcẽsis se immisceret bello ꝙd erat inter Mauriciũ & Gerhardũ fratres comites de Oldẽborg, inuitatus ab amborũ fratre rege Danię Christierno: qui fauerat Gerhardo de dominatu Delmẽhorst, quẽ utercꝫ uendicabat. Mauricio suppetias tulere Bremẽses, & comites de Hoya: Qui magna stipendiariorꝫ manu obsederũt arcẽ Delmẽhorst, fame expugnare conati, qñ armis non licuit. Christiernus rex amborꝫ frater, literis & nuncijs ęgit apud epũm Monasterienſem, & ducẽ Wilhelmũ, ut partes Gerhardi, qui premi uideretur, adiuuarent. Cunꝫ iam obsessa arce Gerhardũ fame laborare non ignorarent, statuũt cõmeatus inuitis obsidentibus importare. Audierãt obsidẽtes magno agmine uenire Wilhelmũ ducem, cauerũtcꝫ, ne obsidentib⁹ superueniret. Cum fiderent armis, ꝙ uiribus essent fortiores, uictoriã sibi ex hoste promiserunt, si aperto campo dimicarẽt. Obuiã progressi in mericã, ad uadum Siberg. Ibi dux ubi aduentare hostes sensit, circũduxit agmẽ, nec frontem prebuit, donec a tergo hostes in cõspectu solẽ haberent. Cõmisso pręlio, durum oritur certamen, deiectusꝫ aliqñ dux iumento, hosti subditus uidebatur: Sed aderant frequẽtes ex illius fidelibus, qui cęsis his qui propius urgebant, ducẽ restituere. Post plurimũ laborẽ, uariante sępe fortuna, dux uictor permansit. Capti duo de Hoya comites, plures cęsi in acie corruerũt. Wilhelm⁹ ante initum cõflictum aliquot auratos milites creauit: quib⁹ uictoria hoc pręstitit, ut accęptũ honorẽ retinerent, alioqui euacuandũ. Cõtrouersia inter fratres extincta est anno proximo, cum cõueniſſent in ciuitatem Verdensem; Ibi omnibus ex ęquo cõplanatis, capti

ui quoq; laxantur. Accepit aũt ex cõuentione fratrũ Mauricius Delmeri horſt: quę res plurimũ grata fuit Bremenſib⁹, & quor̃ mercatores uia publica iter terebant. Gerhardus enim ea lege natus eſt, ut mercatores non amaret. Et q̃q̃ in Oldenborg ille cõmaneret, inuenere tñ ex illius ſatellitio frequentes uiam, ut in nemore inter Delmenhorſt & Wildeshuſen, crebrius q̃ mercatores uellẽt, cõpararẽt, celeri mercatu res multas pmutãtes. Opidani aũt de Wildeshuſen ſatis infeſti Gerhardo & ſuis, ei crebris certaminib⁹ cõflictant̃: q̃s ille per irriſionẽ Græcos cõſueuit appellare. III.

Ernhard⁹ dux inferioris Saxonię, ex multis fratribus nouiſſim⁹,
h diem ſuũ per hęc tẽpora obijt, relicto filio Iohanne, qui hodię uiuit, relicto nũc terrę gubernaculo uni ex filijs Magno: Ille aũt in Racebnrgo quietus agit. Miſit hoc tempore ſumm⁹ pontifex per Germaniam legatos, qui populũ ad arma in Turcũ uocarent. Erat autẽ ſexageſimuſquartus poſt millequadringẽtos. Sed ea res imprudẽter, uel promulgata, uel accepta eſt. Imperiti prędicatores inerme uulg⁹ excitauere, quaſi omnia illis in promptu futura uiderentur in terris ad quas properabant. Venere pannoſi, inermes, inopes, emendicãtes cibum, qui in Turcũ ducerentur. Riſere Itali, & merito quidẽ ſimplicitatẽ, ut ſolent, Alemãnorũ, q̃ ſine armis, ſine cõmeatibus properarẽt, ad tam difficilem, longinquamq; expeditionẽ. Venere multi Venetias quaſi ilico nauib⁹ euehẽdi. Inde nõnulli Anconã, quo audierãt uenturũ pontificẽ. Maior numerus Romam petebat: Magna colluuies hominũ, ad bella male procinctor̃. Quid faceret pontifex, ut redire faceret inutilẽ bello turbã? Dedit illis benedictionẽ & plenariã remiſſionẽ. Multi in itinere fatigati, inedia exhauſti defęcerũt: alij ex itinere, cum quid gererẽt audirẽt, redierũt. Nec Philipp⁹ ipſe dux Burgũdię, qui ſępe & multũ pontifici promiſerat, & uoto ſe, ut ferunt, ex morbo cõſtrinxerat, uenit. Papa Anconã delat⁹, ibi ducẽ Venetiarũ pręſtolat⁹, febre corripit̃: Et cũ uidiſſet illũ in portu nauigãtẽ biduo poſt defęcit: Pecunię ad eam rem a pontifice collectę, ex cõſtituto eiuſdẽ, partim Veneto duci, partim regi Vngariæ fortiſſimo principi, ad ſupplemẽtũ ſuę expeditionis, quę illi in hoſtes crebra fuit, permittunt̃. Pius tñ priuſq̃ Vrbe excederet, beatiſſimũ Andreę caput allatũ, ſumma excæpit ueneratione: quod Thomas Paleologus uir nobilis aduexit, cum timeret, ne in manus impiorũ hoſtiũ peruenirẽt. Pius ſumma deuotione excęptũ, cũ flens flenti traderet, in Vrbem uexit: inſigniuitq; locũ ad pontẽ Miluiũ, ubi tradebatur: in quo idem pontifex ſuaui oratione in laudem apoſtoli habita, quę extat, plena ueneration is & honoris obſequia illi impendit, recondẽs honorifice in templo diui Petri, in capella Gregorij: quę eſt intrãtib⁹ lęua ubi Pius ipſe requieſcit. CA. IIII.

Ernhardus dux Luneburgẽſis, Friderici religioſi principis filius,
b quẽ pater uolentem de adminiſtratione eccleſię Hildeſemẽſis, cui per ãnos ſex pręfuit, trãſtulit, data illi cõiuge filia Ottonis comitis de Scowenborg, ad regimen ducatus patre cedente peruenit. Vacabat pater extruendo fratribus Minorib⁹ de obſeruantia Tzellis monaſterio:

ibiq; in exercitijs deuotionis suę gauisus, cõsenescere meditabat: Sed Deo aliter uisum. Nam Bernhardus, quẽ diximus, filiꝰ eius, accepta uxore non diu permansit in humanis: fratercq; Bernhardi adulescẽs egregiꝰ Otto, ad regimen patre iubẽte puenit. Is accepta uxore filia comitis de Naſſow, ex ea filiũ reliquit Hẽricũ, qui hodie ducatui preeſt. Prima Ottonis militares terrę suę, qui per cõtemptũ patris eiꝰ Friderici mãsueti principis, intumuere: Nam in iumentis suis sublimiores, & in omni apparatu cultiores incedebãt: Vnde factũ est, ut qui patrẽ cõtẽpsissent, Bernhardũ nõ diu prẽsidentem habuissent: huius quoq; adulescẽtiam Ottonis, leuius penderũt. Sed animosus iuuenis, non passus cõtemni: bellũ excitauit in eos. Integre erant militariũ familię, quę se duci opponerẽt. Schulẽborg, Bertenslen, capita fuere: quibus affines & cognati non defuere. Dux aũt copijs cõparatis, duxit in eos: Non ausi in aciem prodire latitabãt in suis diuerticulis: Ipse aũt terrã & prędia peruadens, ferro & igne uastabat: ingressus terrã paluſtrẽ opulentã, ubi nemo meminerat hostile aliquid intentatũ, perfæcit ut primi ipsi ad petendã gratiã & finẽ bello prosilirent. Magnificatus est princeps egregius & honoratus inter omnes: cum equitatẽ coleret, latrocinijs terrã suã purgaret. Sed inuida facta tulerũt illũ ante dierũ suorũ dimidiũ: Et coactus est pater grãdæuꝰ post duos filios, quos pręmisit, dimissa quiete, quam ambierat pro paruulo nepote gubernacula resumere: que etiam tenebat in finẽ usq; uitę suę. Iohãnes interim dux inferioris Saxonię, Bernhardi filius, per hęc tempora accepta uxore de domo Brãdenburgensi, filia Friderici senioris principis electoris, affinitatẽ inijt, qua speraret ad honorem quo depulsus erat aliquando redire: nam superioris Saxonię principes ipsi Misnẽses marchiones, cum ex Sigismudo Imperatore auunculo suo, ducatum cum electurę dignitate suscepissẽt: non sunt passi, uel titulũ renouare apud uerã lineã ducum Saxoniæ: q̃uis Karolus. IIII. Sigismũdi pater, eam fæcerit etiã inter tum dissidẽtes principes cõcordiã: ut alternis uicibus ad electionẽ utriq; uocarent̃: Sed id, ut dixi, uel ignorare, uel abolere alij uolebãt: Per hũc uero socerũ suũ, in spem uenerat Iohannes, ad ea quę iusticia sua deposcit, aliqñ redire. Sponsam illi inuexit Hẽricꝰ dux Magnopolẽsis, qui amitã spõsę teneret cõiugẽ, Friderici marchionis sororẽ: Aderãt multi ex Marchia proceres: Fœlix hoc cõiugium multiplici prole utriusq; sexus, quoꝝ maior pars etiã nũc extat.

V.

Iohãnes Monasteriẽsis epũs, dux Bauarię, hoc tempore trãslatus est in ecclesiã Magdeburgesem, postulatꝰ a capitulo, uir religionis amans, succedẽs Friderico, eiusdẽ obseruãtissimo: Erat is Fridericus comes de Bichelinge, qui cum in curia uersaret̃, Guntheri prędecessoris sui, in sęculari habitu uidebat̃ deforis uanitatibꝰ sęculi dedit̃, comam nutriẽs, quę colla crispans flagellaret: uenationibus & sęcularibꝰ rebus non abstinens. Sed nouerat Guntherus cor eius rectũ ad Deũ: unde factũ est, ut cum Guntherus in extremis ageret: adessentq; illi, qui familiarius eũ ex canonicis & militaribꝰ diligerẽt uenerarent̃q; : ortusq; sermo est, quis ecclesiã post illũ susciperet tuereturq;: hoc ille cum audisset: Su-

mite,inquit,si me cõsulitis. Fridericũ de Bichelingen,non hoc intus agentem quod prẽfert in oculis omniũ. Ille obdormiuit: Canonici sequuti consilium archiepiscopi sui,elegerũt Fridericũ, tenuiter quidem literis instructum,sed religionis plenum: Fouebat in theologia magistrũ Henricũ Token Bremensem: qui & necessarijs literis instruxit,& omniũ religionis cõsilio formauit: Omnia suæ diocesis monasteria ille aggreditur reformare, & in maiore parte profecit, optimũ relinquẽs apud omnes testimonium. Huic succedens Iohãnes non minor erat in feruore religionis: Quę agẽda reliquit prẽcessor su⁹,ille impleuit,princeps omni ordine,pbãdus. Interea Otto dux Luneburgensis cum bello decertaret aduersus suæ terræ Marchięq; milites, inter alia quę uastans hostib⁹ fecit incõmoda, arcẽ Hildesacker in deditionẽ accepit,absente Wernero de Bulow,qui tũ in terrã sanctam est peregrinatus. Fama fuit,siue absente dño,siue etiã prẽsente,fauisse illum plurimũ Magnopolẽsibus: qui alqñ transito Albi,per uadum aut etiã per nauigia in terra Luneburgensi quẽstum fæcere: cum uicissim alij trans Albim in hanc nostrã ripam dilapsi,instarent suis lucris: Sed eo bello uicissim quoq; duci sunt illata incõmoda: Priores tamen de pace,ut diximus,agebant militares: & in proxima quadragesima eã sunt assequuti,arce dicta ꝑmanẽte in manib⁹ principis. Quo tẽpore Lantgraui⁹ Hassię magna stipatus manu Misnensiũ,Bohœmorũ,Vngarorũ,Hassonũq;,duxit in Symonẽ Paderburnẽsem: Sed ille auctus copijs episcopi Hildesemẽsis,& Bernhardi dñi de Lippia,qui frater erat Symonis,quiq; germanam Ernesti de Scowenborg cõiugem teneret, expectauit ut exciperet uenientem: Erat enim de finib⁹ & limitib⁹ cõtentio. Vbi audiuit Hasso paratos esse cõgredi Westphalos,passus est causam intercipi: & factum est ꝑinde, ut multa inde sequutura mala præuenirent: cũ ad arbitros poti⁹ in iure,q̃ ad milites in acie dirimẽda causa perueniret. Inter ꝓdigia tum numeratũ est,q; in arce Kalenberge sanguine pluit: Visę sunt guttę in peplis mulierũ & stramine,quod iuxta erat. Deinde die Veneris ante festum Crucis ipsa meridie,uisus est sol sine splendore in lasurio. Fridericus per idem tempus dux Brũswickcensis, q; impeteretur super rebus mercatorũ,quas nuper in sua cõmoda diceretur cõuertisse, cum uideretur iniuste impeti,uoluit dare querulantibus causam iustiorẽ: alijs tum curribus in arcem Euersteen ex uia publica deductis: unde asperata sunt bella inter duces & ciuitates Saxonię.

CA. VI.

g Erhardus de Oldẽborg frater regis Danię Christierni,circa hęc tempora intrauit in Holsatiã,deposcens ex terrę militarib⁹ .XL. millia nummũ,quę expromissa dicerentur ei in assumptione fratris Christierni in Holsatiã: Nam cum essent fratres ipsi tres ad eam successionem,æquo iure propinqui,ut cederent fratri Gerhardus,& Mauricius,eam acceperant promissionem. Iam Mauricio facto de medio,solus Gerhard⁹ insolidum summã petebat: Aberat rex longe in regnis: Ex militaribus nemo fuit,qui uel haberet, uel expromere uellet,referentibus cunctis causam in regem. Gerhardus arces occupauit,hospitaliter ingressus,

utpote regis frater, & de quo nemo sentiret alia q̃ amica & modesta. Ille, ut erat callidus, multorũ sibi animos conciliauit. Euocatus tamẽ rex, cum quid gereretur intelligeret, non diu aberat, & cœtum nobiliũ & prelatorꝝ agebat apud Kilonẽ opidũ: Ibi presenti Gerhardo & acceptanti cõstituti sunt termini dierum ad accipiendã expromissam pecuniã: factaq; cautione, tum uisus quiescere nihil intentabat, rediens in suã ditionẽ: nam illi tum res erat in cõtrouersia cum Bremensibus qui archiepũm suũ concitauere in eũdem, & in bellum sequuti sunt eũ: quod in nostra Metropoli diximus. Captus est tum in Holsatia comes de Manssfelde, hoc solũ prętendentibus qui ceperant, q; in aliena terra sine cõductu trãsiret: Pulchra nimirum capiendi ratio in terra inhospita. Venerat is in Holsatiã deducens amitam suam Dorotheã, relictã Adolphi ducis: securũ in ea se prouincia ac in sua rat⁹ q; nihil hostile sentiret. Questa est super ea re Dorotheа regi Christierno, cui puero multa fæcit in domo mariti bona: Videbat rex moueri querimonijs illius, mandabatq; capiẽti ut relaxaret: Sed qualibet ratione, quaue iusticia & equitate incertũ, cõstitutum est, q; nisi quatuor aureorꝝ millib⁹ solutis, a sua captiuitate non laxaretur. Ardebat tum bellum in Saxonia inter principes Brunswickcenses, & urbes illarũ partium. Erant in eius fœderis societate cõmunitates, Magdeburgẽsis, Hallensis, Hildesemẽsis, Brunswickcensis, Gossariẽsis, Honouerẽsis, Gottingensis, Northemẽsis, Embickcẽsis. Causa belli tanti, q; Wilhelmus dux cũ filijs brachium intentans seculare ex literis apostolicis persequebat Luneburgenses, nõnullos cum mercibus currus uelut Luneburgensiũ bona tenuerit: immo filiũ Fridericũ tenentẽ defenderit: Illa inducti equitate, q; iam in participantes processum diceret, nec abstinuerint mercatores regionũ a cõmercio cõtumacis opidi, uisum est principibus iustũ & sanctũ, quod mandato summi pontificis peragerent, etiã si Saxoniæ urbibus uideretur iniquum. Qua ex sentẽtiarꝝ diuersitate, peruentũ est ad arma. Occupauere urbici arcẽ Hardexe cum opido, inde magna uastitate edita: In Ricklingen, & Nouã ciuitatem igni ferroq; sequitũ est: Postero deinde anno non minora incõmoda irrogantur ducibus. Sed Fridericus marchio Brãdenburgensis, ex cuius sorore geniti essent duces iuniores, non passus diutius terram uastari, euocatis partibus in Quedelenborg pacẽ firmauit qualibuscunq; conditionibus: Damna damnis sunt compensata: Sed nihil ad mercatores.

CA. VII.

Iohannes archiepũs Magdeburgẽsis, intellecto q; nõnulli militares uicinę ditionis pannos magno pondere ac numero (erãt nouem ac decẽ quadraturę, Terlingos uocant, talorum similitudine compactos) in sua susceptissent, qualicũq; in eos, qui aduexerãt, causa prętensa: Magna enim pecunia magna tẽtatio est: Eam tum reor extitisse potissimam causam: Sed archiepũs non passus rem mali exempli in suo impunitam esse, ciuibus suis in societatẽ agminis assumptis, obsedit Caluorde, certus non abire, nisi rebus ex sententia gestis. Brũswickcenses & ipsi cum Henrico suo duce aduenere, oppugnationẽ roborantes; Sed priusq; expu-

gnaretur, obsessi cum rebus diffiderẽt, deditione facta, pacti sunt incolumitatẽ, reb⁹ omnib⁹ ad unguẽ restitutis. Erãt hi pãni mercatorẽ de Wratislauia, ac Magdeburga, sociorũ. Quo etiã tẽpore, Luneburgenses graue, quod in eorẽ urbem constituit Imperator uectigal, exigere nitebãtur. Sed non sunt passi uicinarũ urbiũ ciues. Cunq; diu refragarent, nec Luneburgenses quiescerẽt, remisso retrorsum sale, quod opidani in urbes uendiderant, destituere impositũ uectigal cũ magno murmure: Hęc una erat uia cõtumacium perdomãdorẽ. Per quod etiã tempus Gerhardus de Oldenborg in Holsatiam reuersus, omnia administrabat pro rege fratre, illo non mandãte, marescallus eius specie ipsa, sed reuera in se, q̃d exitus monstrauit, deriuabat omnẽ principatũ. Rex aũt, cum ad cõstitutum terminũ magnã a Lubicẽsib⁹ pecuniã mutuã accepisset, dedit fideiussores ex ꝓceribus Holsatię, hac lege: ut nisi in cõuento termino pecunia renumeraret, Lubicensibus permissa est facultas euocandi fideiussores in suã urbẽ, non egressuros, nisi solutione peracta: Inde factũ est: ut multi pro rege expenderẽt omnẽ facultatẽ, secq;, ac liberos, in extremã pauperiẽ, q̃d dictu miserẽ est, redęgere: Erãt qui non sine causa expenderẽt, q̃d ante sine merito suscepissent: Sed aliorẽ infœlicior sors, qui cũ nihil ante a regia munificẽtia essent ditiores, cogebant tñ ad implendã fidẽ, quã habuere rebus chariorẽ, oĩa sua ꝓdere. Gerhardus interim comes de Oldẽborg in Holsatia paulatim auxit uires: Nã oĩa terrę prędia iam erãt in manib⁹ eius, Gottorpe, Rendesborg, Zegeberge, Hanrow, Rustica plębs per agros mirũ in modum Gerhardo afficitur: maiores de militia illi aduersant, nescientes si de regis ista cõsilio procedant, ut dominet pro fratre frater: Nũcĩs ac literis apud regem ęgerunt, ut ueniret in Holsatiã, nosse cupientes, cui dño pare ant. Pateretur quidẽ rex fratrẽ pro se administrare terram: sed omnia pro potestate agere nõ ferebat. Euocauit fratrẽ rex iam in Holsatiã descẽdẽs: Cõuenere in arcem Zegeberge. Gerhardus satis sibi cõscius factorẽ, dubitauit in arcem ascendere: Fret⁹ tñ fratris facilitate: & ꝙ rogare poterat id quod modeste postulabat, cessit, ascendens: ibiq; seruat aliq̃diu non captiui specie, sed diligẽter custoditi. Regina muliebriter illi blandita, suasit, ne graue duceret paucorẽ dierũ patientiã: Tum rex ꝓcuratis reb⁹, ut pro tempore pecuniã, quam expectabat Gerhardus acciperet, & in suã se ultra Albim transferret ditionem. Quo tempore papa Paulus nihil intermisit, quod ad expeditionẽ in Turcũ ꝓtineret, prędecessoris sui Pĳ inchoata perfæcturus: in quã rem publicas in Vrbe stationes & supplicationes habuit cum populo: scripsitq; Imperatori, ut euocaret principũ conuentũ in locum cõpetentem, in quẽ ipse legatum suum plena mitteret facultate. Qui cum in Nurenbergã esset indict⁹ cõuent⁹ ad diẽ Iacobi, paucis cõparentib⁹, tendit in diẽ ꝓximũ Triũ regũ in Ratisponã: Sed tãtundẽ etiã tum peractum est. Aderat Frãciscus Picolomine⁹ cardinalis: cui⁹ nomine Iohãnes Antoni⁹ Cãpan⁹ in cõuentu principũ, mira tornatã arte, habuit orationẽ, plenã laudibus antiquę Germanię: Sed nihil cum Fabio Maximo cunctatore.

Mperator deinde Fridericꝰ, cõmonitus a ſummo pontifice Pau
i lo, Ierſicũ regem Bohœmię, a ſe declaratũ hęreticũ, & regno de-
poſitum, inſectatur armis: Sed pręualuere, ut cõſueuerant, Bohœ
mi: Exercitũ, qui ab Imperatore miſſus illos inuaderet, retro pepulerũt, &
in ipſa Auſtria cõfligere pro patria, qui aliena ibant impugnare cogebãt.
Aucti tñ Auſtrales maioribus uiribus inſtitere hoſtibus. Sed rex Bohœ-
mię expectandũ non putauit. Rex aũt Vngariæ Matthias ſatis pro ſua ui
rili perfidos inſequitur, incendiſſetq; magnã procerũ partẽ in molendino
in quod ſe receperant ex fuga, niſi ab Alberto Miſnæ marchione, & duce
Saxonię reuocaret: Is enim erat gener regis. Quo etiã tempore, Karolus
dux Burgundię inſignem ciuitatẽ Leodiẽſem expugnauit: Erãt qui, pde-
rent illi, ut ferunt urbem: ſed reddidit ille iuſta pręmia proditoribꝰ iubens
cędi gladio: Sęuiuit aũt ſine exemplo in eam urbẽ: Cõiũxit enim agmina
ſua cũ rege Francię: qui cũ ueniſſet pro Leodienſibus, cõuerſus cœpit eos
cum duce oppugnare. Pręter omniũ ergo ſpem, rex qui aliqñ Leodiẽſes
in fœdus admiſiſſet, cõtra illos pugnabat. Rebus omnibus pene deſpera-
tis, urbici rogãt epũm ſuũ, quem ante contẽpſerãt, & pro quo dux omnia
habebat: ut ſe bello mediũ interponat. Recuſauit ille, q̃ maxime propter
ſe ſuſcępiſſet Karolus tãtũ bellũ. Tum arma corripuere furẽtes, auli in aciẽ
prodire, q̃ munitioni urbis nõ bene fiderẽt: Sed collatis pręlio manibꝰ, fa
cile a militaribus uiris, ciues, multi a pluribꝰ ſtatim ſuperãtur: Strages ma
xima editur in campis. Tum ſuperextantes cędi fuga dilabunt in urbem:
Sequuti uictores ſęuiũt in omne genus hominũ, iam ſatiati ſanguine, nõ-
dum tñ expleta indignatione: Mulieres dorſotenus colligatas in profluẽ-
tem miſere Moſam, impoſitas nauigijs ſine numero merſere. Erat ex prin
cipibus qui ingentẽ numerũ ęre, ſed paruo, mercaretur, donauitq; liberta
ti. Tum Peronã (inſigne erat fuſile ex auricalco, q̃d in libertatis argumen-
tum foro erexere) inſigni forma cum inſcriptione carminũ iuſſit Karolus
uictor auehi, ac in Brugenſem urbẽ deportari: Stabatq; omni tẽpore Ka-
roli in loco, ubi ad burſam (ut uocant) cõueniũt omniũ nationũ mercato-
res circa meridiẽ, loquẽtes de mercaturis: Sed Mxaimilianꝰ iã rerũ potitus
poſt Karolũ, pmiſit Leodienſibꝰ, ut in ſuã referrẽt urbẽ. Diſcite mortales
iuſticiam, non temnere diuos.

CA VIIII.

Lbertus Mindẽſis epũs per idem tẽpus, cum comitibꝰ de Hoya
a patruelibꝰ ſuis, aſſumpto etiã in ſocietatẽ belli Friderico de Brũ-
ſwico duce, hoſtilia nũciauere comitibꝰ de Scowẽborg: in quo-
rum parte Erneſtꝰ frater epũs Hildeſemẽſis, Symon epũs Padeburnẽſis,
frater eius de Lippia: Odioſum bellum, & cum magno partiũ incõmodo
geſtũ, in quo non aliud, q̃ alterna damna quererent. Non ſatis conſtabat
inter omnes, qua de re belligeraretur, niſi per alterna odia. Cũq; exaturati
mutuis eſſent incommodis, & terrę miſerę eſſent deuaſtatę, parilitate da-
mnorum inuicẽ cõpenſata, ad concordiã rediere, pene non uolẽtes: Nam
in eam rem cocis, atq; cellarijs, magna eſt attributa poteſtas. Quo tẽpore
Henricus dux Brũſwickcẽſis, Wilhelmi frater, unicã filiã deſpondit Wil

helmo comiti de Hēnenberge. Solennitas nuptiarū Brūſwico peragitur. Multa undiq; nobilitas ibi cōfluxit: Duo millia ducēti numerati ſunt aduenientiū militares equi, In Holſatia interim Gerhardus regis Danię frater, iam a militaribus non ſatis amatus, cum terram animo relinquere non poſſet, apud ruſticam plębem, cui ſemper erat chariſſimus, intentabat ſuā augere potentiā: Ingreſſus Phriſiam, eam, quę ab Eydora nomen habet, cōuocatis maioribus, oſtēdit de uoluntate eſſe regis fratris ſui, ut eum populū haberet in poteſtate, uteretq; illo ad edomandā regi contumacitatē, & prętenſis literis regis, quę hoc ſonare uidebant, nemini dubiū reliquit, fratres unū ſentire. Itaq; populus iſte promptus iurauit in uerba Gerhardi. Rex ubi cōperit, alias miſit literas, quę uolūtatē eius pleni⁹ declararēt, coarguens quod factū audierat, de ſacramētis Gerhardo prędictis, nec diſtulit rex aduentū ſuū: Qui ubi cōuocauit militiā ſuā, uicinas quoq; Holſatię urbiū cōſulares, Lubicę & Hāburgi, cōſilij eos fęcit in fratrē participes. Intellexit enim, q̄ ille ſe inſinuaſſet & inuiſceraſſet Phriſijs & paluſtribus Holſatis, in Wilſtria, & Crēpis, q̄q̄ difficulter ubi cōſpirarent, illis reſiſteretur. Tum uero ceſſit Gerhardo fretus cōſtātia & fide Phriſiorum, q̄ etiā in abſentis fide ꝓmanerent, ut alio tempore rem meli⁹ procuraret. Cunq; cerneret paluſtris populus regem cum omni militia & uicinis urbibus unū ſentire: & ſi diu reſtiterint, non auſi tamē tentare belli fortunā ſine capite, ad regem ſatis inuiti, renouatis ſacramentis, redierūt. Cum medio tempore Gerhardus comes implicitus eſſet bello Bremēſiū, quieuere Phriſij: quod in Metropoli diximus: Sed poſt duos annos cum ageret ſecundus & ſeptuageſimus, inuitatus ab Holſatis paluſtribus & Phriſijs Gerhardus, per mare redibat in locum Huſen, aptatas trabes aduehens, quibus repentine poterant erigi munitiones. Rex autē ubi intellexit, cum celeritate opus eſſet, priuſq̄ cōualeſceret hoſtis frater, uſus ciuitatū armatura, duxit in Wilſtriā: & quos cōprehendit ex aduerſę factionis capitib⁹ iuſſit gladio feriri: Elapſus eſt aūt uir primari⁹ Hēneke Wulf, peruenit in Thietmarſiā: Ibi non diu poſt, cum conſueta ſibi uteretur inſolentia, cęſus eſt: bona eius ſunt cōfiſcata. Gerhardus furtim dilabitur, rege etiā, q̄ frater eſſet, diſſimulante: & per longa deuia redijt in ſua: non iterum reuerſus in Holſatiam.

CA. X.

e Cleſia tum Hildeſemenſis graui motu quaſſat̄, cum duo in diſcordia, uacante eccleſia, eligerentur, Hermānus Haſſię Lantgrauius: Is qui iamdiu tenuit eccleſiā Coloniēſem, quē dn̄s prępoſitus cum aliquātis cōſortib⁹ elegit: & Hēningus de Domo, pridē eiuſdē eccleſię decan⁹, quē maior capituli pars aſſumpſit. Is in perſona adijt ſummum pontrficē, cōfirmat⁹, & in Vrbe cōſecrat⁹: Reuerſus aūt ad eccleſiā, honorifice excipitur a capitulo. Sed militares terrę, qui arces tenerēt ei refragantur. Res in apertū bellū exijt. Pro Hēningo ſtabāt duces de Brūſwico Fridericus & Wilhelmus, & Bertoldus Verdenſis epūs cum ciuitate Hildeſemēſi: Sed cum facile cederet Hermānus Lantgraui⁹, q̄ bellum refugit: præpoſit⁹ cum militia euocarūt Balthaſar ducē Magnopolenſem

ut adminiſtrator eſſet: quia necdū legitimos annos attigerat, ut eſſet epiſcopus. Venit ille cum paucis ſuorum, & in arce Peyne ſeſe cum præpoſito collocauit. Interim magnū erat luctamen partiū leuia prelia multa ſunt cōſerta. Hildeſemēſes anno integro obſederunt arcem Sturwold, erectis ibi munitionibus, & fame cōpulerāt cuſtodis arcem dedere: quā illi Henningo epiſcopo ſuo cōſignarunt. Longo tñ diſſidio ualuit indignatio partium ad plenā dioceſis euaſtationē: Capti inuicem plurimi: aliquot eſi: uaria fortuna eſt dimicatū. Sed Balthaſar dux poſt plurimū ſuorū laborem, redijt in terrā patrū ſuorū. neq; ſic quieuere perduelliones: Henningū & ſi prestantem uirū dedignati ſunt tamen pontificē. Cum aūt iam omnes bello feſſi eſſent, cōceſſere in ius ei⁹, admiſſo in poſſeſſionē eccleſie ſue per annos ſeptem. Quo tempore, Gerhardus comes de Oldenborg, in ſua reuerſus, cum ſederet in arce Delmenhorſt, uenere mercatores, qui ſaluū poſcerent conductū pro aliquātis pānorū faſcibus per terrā deuehendis: Cum illi pro xenio offerrēt aureos quinquaginta: nihil, inquit formidandū, ſalua ſunt omnia: Mercatores credidere uerbis, que ille forſan, ut erat callid⁹ ambigua protulit: Aduehunt̄ panni itinere ſuo: Vbi uenere Delmēhorſt iubentur in arcem perduci. Tum mercatores qui aderant, recens ſe ab illo pro pānis accæpiſſe conductū ſecuritatē teſtantur, illos eſſe pro quib⁹ aureos numeraſſent quinquaginta. Tum ille inſigni fidei exemplo: Vadite, inquit, plura adducite, iſta ſunt in tuto: niſi enim ſpem dediſſem ſecuritatis, non huc ueniſſetis: non cōſueui niſi amicor̄ bona in ſecuritatē accipere: Hec ſunt hoſtiū meorum Lubicenſiū, qui me nuper armis ſuis Holſatia exturbarūt, patrimonioli uticq; terra: niſi fuiſſent, ego cum fratre facile trāſegiſſem: Vadite, inquit, plura ſi libet in eandē ſecuritatē adducite, ego interim iſta tuta ſeruabo. Ibāt illi merētes ac triſtes, etiā in lucro ponētes, q̄ non ipſi cum reb⁹ tenerent̄. Erāt nōnulli Lubicēſiū ciuiū captiui apud eum: qui poſt longam in carcere calamitatē, ere uix ſuo ſunt relaxati. Quo etiā tēpore, ingrediēte iam ſeptuageſimoſecūdo poſt millequadringētos, apparuit terribilis in cœlo cometes per mēſem Ianuariū in ſequentē, grādi cauda multa minat⁹, que ſequuta ſunt mala, leuo lumine cœlū cōtriſtauit. Aeſtate tum inſequēte terribili incēdio magna pars Erfordię cōcremauit immiſſo igne per cōductitios, quor̄ erat primari⁹ religioſus quidā de ordine predicatorū: Cōcremate due eccleſię collegiatę, cū pōte mercatura & inſigni urbis parte: Machinat⁹ eſt homo militaris generis quidā, q̄ & urbi & lātgrauio eſſet infenſus. Eadē eſtate uenerat Lubicā nobilis puella Imperatoris Cōſtantinopolitani filia, miſſa a ſummo pōtifice, nauigio deducenda in Reualiā, deinde in Ruſſiā, nuptura magno Muſgouię principi. Sperauere tum in urbe prelati puellā ritu Romano educatā, & Latinis ſacris imbutā, flectere maritū ad ſe imitandū in religionis ritu: Sed illa cogitur ſequi maritum.

CA. XI.

ANnus erat a Chriſto nato ſeptugeſimuſterti⁹ poſt millequadringentos, cum duo omniū ętatis noſtrę maximi principes, alter Imperio fulgens, alter rebus geſtis & armis clariſſimus, Fridericus

Romanorũ Imperator,& Karolus dux Burgũdiæ cõuenere in Treuerim de rebus magnis acturi: nam alia publice agebãt de Gelria,quam pridem Karolus ab Arnoldo duce coęmisset,deinde etiam armis sibi uendicasset, Imperatoris bona uenia poscẽs infeudari: Deinde de cõmunib⁹ quibusdã Christianissimi casibus: de bello in perfidũ Turcũ gerendo: Alia etiã clam ægere, paucis in cõcilium admissis, de quib⁹ hoc efferebatur in publicũ: ut Karolus accæpta de manu Imperatoris corona, rex salutaretur Belgicę Gallię,aut Burgũdię: nam olim Burgũdia, quod in Wãdalia ostendim⁹, regnum erat: Potissimũ uero id ferebãt Imperij reb⁹ maxime profuturũ: ut Karolus per Imperiũ uicari⁹, rex constitueret,ad edomandos Imperio rebelles,aut minus parẽtes,& ad sub iuga mittẽdos,qui olim ad Imperiũ pertinuissent. Sed ubi de reb⁹ non cõuenit: ꝙ Imperator sine assensu principum electorum nihil super his rebus posset cõstituere: Dictu spectosum est quo se honore inuicẽ prȩuenirẽt,salutantes,deducentes,deferẽtes: cum interim Karolus dux,ꝙ magnũ haberet in armis exercitũ,cessit Imperatori urbe, foris in monasterio collocat⁹: Magnis se munerib⁹ mutuo missis honorabant: sed incõparabiliter excelluere quę dux Imperatori donaret: Aliquot cameras tapetis insignes cum uehiculis quę ferrent: Sed tñ ita fuit discessum,ut nubili uultus principũ annotarẽtur,non satis comperto,ex quibus id causis: nam multa in uulgus non prodeũt. Hẽricus per ea tẽpora dux Brũswickcẽsis,princeps quietus,& qui arma togę posthabuit,posteaq̃ multis annis trãquillus terrę præfuit,trãsiuit ad pacẽ meliorẽ, nullo masculo hȩrede relicto: Nam unicã filiã,quod dixim⁹, Wilhelm⁹ de Hennenberge comes accępit uxorem. Igitur Wilhelm⁹ senior, frater eiusdem Hẽrici ad suũ redijt principatũ,quem illi,ut suo loco dixim⁹,peregrinãti, stimulo concitus Brũswickcẽsium,idem Henricus tulit. Opes fertur acerua sse maximas iste Henricus ex ouibus,princeps antiqua religione,& qui patribus ueteris testamenti similaretur,monacho propior q̃ militi,rara arma contrectauit.

CA. XII.

Imperato irnterea Frideric⁹ ex itinere ad Vrbem ad se declinãti Christierno Danorȩ regi gratificatus,cõtulit Thietmarsiã,terrã, ut ille pretenderat,sine dño,quę nulli pareret: & extincto comitatus titulo per Holsatiã ,Sturmariã,Holsatiã, Thietmarsiã unũ creauit ducatum,decꝑ illo prȩsentẽ ibi regem inuestiuit: quæ res multorȩ præstabat initia laborȩ. Thietmarsi inde re cõperta misere nuncium,sed non satis ęre instructum,qui doceret imperialem maiestatẽ, eam terrã esse subięctã ecclesię Bremensi: quę etiã suis in terram prȩfectis uteret: effęcitꝙ nũcius,ut decerneretur citatio cum inhibitione ad regem, de non se intromittendo, priusq̃ res,quę cõtradictione facta sit dubia, in iudicio claresceret: Sed eã citationẽ segnis populus,& qui modicã pecuniã pro magno cõmodo non effundit,non extraxit: Ita permansisse res credita in prima cõcessione, cõciuit cladem & laborẽ hui⁹ anni,quo ista scribim⁹ recẽsendã suo loco. Inde profęctus rex per Italiã, magnis ubiꝙ excipitur honorib⁹,triũ regnorum titulis insignis,& qui in sua ditione teneret Gothos, quorȩ tam cele-

bre nomen ab antiquo fuit per omnes prouincias, quorꝫ etiã opera Romę nunc uſuntur in demolienda ſi uoluiſſent urbe: Sed illi reliquere tum Romam, quã poſtea Italici Normãni de Apulia in eam deformitatẽ & uaſtitatem, quę hodie cernitur, perduxere. Romã ueniẽs rex recipitur a pontifice Sixto in palatiũ: Miraculo fuit uiſentibus regis proceritas: ſed prę latis inſcitia fuit ingrata, ꝙ nõ haberet cõmerciũ linguę Latinę, ut multa cum illo mutuo ſermone cõferrent. Vtebatur interprete Henrico Sankenſtede legum doctore, uiro ſatis ad dicendum accurato: qui cauſam regij itineris apud pontificẽ depoſuit. Rediens aũt ex ipſo itinere rex, deflexit in caſtra Karoli ducis Burgundię, qui tum Nuſſiã obſederat: & euocatis aliquot principib⁹, Friderico Brũſwickcẽſi, Magnopolẽſi, & eo, quẽ itineris totiꝰ comitem habuit, Iohãne duce Saxonię, cum multis comitibus, in quibus erat Gerhardus frater eius tentauit, ſi poſſet rem quæ bello quærebatur, cõpoſitione pacata, in ſuos terminos reducere. Sed fruſtra impendit apud Karolum operam, ꝙ certo certior eſſe uidebatur Karolus, urbẽ, uel dedi-tione, uel armis, in ſuã redigere poteſtatẽ: quę tñ ſpes eum deſtituit. Nam quod in Wãdalia diximꝰ, deſcendẽs Imperator ſtipatꝰ principib⁹ electoribus, cum magnis, & incõparabiliter maiorib⁹, q̃ eſſet Karolus, uteretur uiribus in eum mouit: Trãſactumꝙ ſine prę lio: ut obſidione ſoluta, Karolus exercitũ reduceret, Nuſſia in ſuo ſtatu permaneret. Ibi tum cõueniſſe ferunt de nuptijs Maximiliani, quẽ unicũ filiũ Imperator habebat, ad Mariam, itidem unicã Karoli filiã: Qua de re etiam in Treueri ferũt eoſdem principes ſermonem contuliſſe: Sed quod ibi manſit infę ctum, hic peruenit in conſummationẽ.

CA. XIII.

Piſcopus Monaſterẽſis Hẽricus ex comitibus de Swartzeborg, ad hãc expeditionẽ in Karolũ promptus, occurrit, ꝙ prima ad illum pericula pertinere uiderentur, ſi ad Reneum uictor, orientem ut fama erat, Karolus petiuiſſet. Ferunt octo millia expeditorũ tum militum, peditũ atꝙ equitũ, ſub ſignis eius militaſſe, cum acceſſiſſent quingẽti ęs miſere Lubicenſes. Sed inde euocati ſunt illi, ut ad imperij ſigna eſſent. Qui uero de oĩum diſtrictu uicinarꝫ Saxonię, Weſtphalięq; urbiũ uocati acceſſerãt, ad Hẽricũ Monaſteriẽſem cõfluxere. Ardebãt multi ad prę lium, & cõferre manus cupiebãt Burgũdionib⁹: ſed non ſinebat eis Imperialis maieſtas: quę cõſilio omnia priuſq̃ armis conſtituit experiri. Circuibat caſtra Albertꝰ marchio Brãdenburgẽſis, interdicens, ne quis ſe cõmoueat, pœna capitis cõſtituta. Erant nõnulli in poſtremis caſtris ſub ſignis dicti Monaſteriẽſis epiſcopi, qui, ſiue petulantia militari, ſiue prę liũ conciere cupientes, leuato pileo, ſignũ per ludum ſagittantib⁹ extulere: Id quidã ſiue caſu, ſiue cõſilio incertum, obſeruans ſignũ, de petraria miſit iaculum. Tum uero Pichardi ſequentes uindicare cõtendũt: Equites ſinguli poſt ſe in iumento peditem ſumpſere, deſilientẽ in loco pugnę: Ducũt in eum angulum caſtrorũ, unde miſſam annotauere petrã: & obnixi peditibus, eos urgebãt in Renũ. Fremuere ſocij, ſed retinebat prę ſens Albertꝰ marchio, qui culpã cõtumacium permiſit plecti, ſciens quod factum eſſet; Ita multi

ex gregarijs,in profluentẽ cõpulsi,merguntur:alij cęde mactãtur,cum ab socijs indignãtibus nullũ haberent pręsidiũ. Sed tum aderat legatus apostolicus Forliuiẽsis episcopus,& cum Imperatore aliq̃t electores, qui rem bellicam in tractat⁹ cõięcere: & ibi finijt: ut Karolus obsidione soluta,reduceret exercitũ,& Maximilian⁹ Imperatoris filius, filiã unicã Karoli haberet uxorem. Vrebat tum animũ uictorioſi ducis,Renati diffidatio: qui filius comitis de Vadimow, hæredem ſe gerebat Lotharingiæ, per mortem Nicolai nouiſſimi ducis : Simul & motus regis Francorũ duci minitabantur: qui uidebatur non quieturus,q̃ omnes principes,qui ſe illi oppoſuiſſent obſeſſo Pariſio,paulatim ſubuertit. Superat un⁹ Karolus, quẽ quibuſlibet uijs inſtitit ſubruere. Igitur Karolus ſe ſatis eſſe uenturũ rat⁹ primum in Renatũ uelut minorẽ ducere cõtendit, ignorãs regis ibi Frãcię adeſſe cõſiliũ,fauorẽ,& manũ,q̃uis lilia non uolitarẽt in nubib⁹. Obſidione Nuſſię ſoluta,cum iam diſceſſuri eſſent principes, aduolauit Heraldus ex Renato duce Lotharingię, qui eius nomine bellũ Karolo denũciabat. Ille excæptũ hominẽ principis ornatu perueſtiuit,quaſi qui iocunda attuliſſet: Sic honoratũ remiſit ad dñm ſuũ. Inſtabat tẽpus quo uenturũ ex Anglia regem Eduardũ iam ſciebat cum exercitu, affinẽ ſuũ,cui⁹ germanam teneret cõiugem. Igitur diuiſis copijs ſuis per oportuna loca,cum parua manu cõtendit Caliſiã,excæptur⁹ affinẽ Eduardum. In ipſo itinere Brugis iam ante iuſſit cõuenire quatuor Flandrię mẽbra, & omnes in curia ſolitę ſuæ mãſionis euocauit: Ibi illos acerba increpatione corripuit, q̃ tardiores in mittẽdis illi ſupplemẽtis extitiſſent: appellans eos uillarũ mãſores,hoc eſt epulatores: Imputabat illis priuatas opes,q̃ ipſo iam ſe opulentiores uiderent,ſcituros,& corpora,& res eor̃ eſſe in ipſi⁹ manu: quib⁹ etiã ſuo uteret arbitratu,animab⁹ ſolis in manu Dei relictis: tamq̃ acerba increpatione dimiſſos,multa formidine obfudit: Sciebãt eũ non fruſtra ſolere minari. Cõtẽdẽs ad ſanctũ Andomarũ: ibi cũ accępiſſet iam applicuiſſe Eduardũ,repentin⁹ accurrit affinẽ cõſalutare. Mirant Anglici ducem tãti nominis,paruo cinctũ comitatu: Hiccine eſt,inquiũt,iſte dux Burgũdię, cuius tam celebris fama mundũ impleuit: Ille ſubauſcultãs fertur reſpondiſſe mirantibus: exercitum ſuũ regi Franciæ non imparem futurum ſtare paratum in Lotharingia.

CA. XIIII.

On omnino noſtræ profeſſioni cõſentaneũ exequi Burgũdię ducis acta: cõmodiuſq̃ id,ſi omnino fieri congrueret, in Wandalia pageret: q̃ Burgũdiones,ut oſtẽdim⁹, origine prima ſunt Wandali. Sed cum Maximiliani ducis,& poſtea regis prędara facinora,in medium inſtituto deducem⁹, non erit graue lectori,clariſſimi ducis, qui ætate noſtra parẽ nõ habuit,exitũ p̃currere,ut p̃inde Maximiliani ingreſſum illuſtrem⁹. Igit̃ Anglor̃ exercit⁹ deducit̃ in Fraaciã: Comes ſancti Pauli expectat̃,nec uenit. Anglici bellũ magis oſtẽdũt q̃ inferũt: Mox intercurrẽtes Heraldi,colloquiũ regũ de pace cõſtituũt. Nõ lõge a porta Ambianẽſi inſtructus pons erat duor̃ regũ colloquio ſuper Sommã fluuiũ: dux Karolus admittitut tertius,ignarus q̃ iam nuncij & literæ regis Franciæ

in Anglia rem omnẽ ante prẽparaſſent. Comes ſancti Pauli iam ante detectus regi Frãcię, capto Iacobo fratre eiꝰ, qui pro duce Karolo pugnabat Is, ut ferunt, fratrẽ ſic prodidit, regi oſtendens fratrẽ cum Anglis habere ſecretos tractatus, qꝓꝑ regẽ ipſum pactus ſit tradere in manus Anglorũ. Hoc admonitus rex Francię periculo, nũcios prẽmiſit in Angliã, & nunc colloquiũ de pace peragit, cõuenitqꝫ inter reges ſuper omnibꝰ, cum nonnulla millia Frãcorũ regi Anglię numerarentˉ, maiorqꝫ ſumma ſub cautione certa, ꝓmitteret: Inde colloquio regũ peracto, rex ipſe Francię ad partẽ cum duce loquitur: cõuenitqꝫ inter illos, ut de comite ſancti Pauli rex Frãcię ſuo arbitratu cõſtitueret. Nec longũ tempus in medio, uinctꝰ comes Valenchinis, ubi ducẽ operiebatur, perducit Pariſiũ: Indignũ ab duce facinus, & quod maculã inſignẽ glorię illius inurit: prodere uirũ, qui pro ſe & patre, mille periculis obięctarit caput: Fuerit ille noxius in regẽ, necne, uiderint quibus ea res permiſſa eſt: certe in ducẽ non ita cõmeruit, prodi, uinciri, hoſti tradi: Perducitur Pariſiũ, ibiqꝫ ſuppliciũ iubente rege de illo ſumitur, omnibus tamẽ in iudicio Perlamẽti rite, ut ferunt, peractis: cum aurata ueſte reus, necdũ cõuictus, honoraretˉ: damnatꝰ aũt uili operimento tegitur, ac gladio cędit, cauſis mortis eius in publicum promulgatis. Deinde cum in Angliã exercitũ Eduardus rex reduxiſſet, inter Frãcię regem, ac ducem Burgũdię latior de pace tractatꝰ fuit, expreſſe ſuper omnibus differẽtijs habito colloquio: cõſtitutę treugę nouẽnales, in quibus etiam cõprehenſi ſunt utriqꝫ parti cõfœderati: Si tamẽ intra ſtatutũ tempus ſuam declarabũt uolũtatem. Nam de parte regis nominati fuere: Henricus dux Caſtellę & Legionis, Iacobꝰ rex Scotię, dux Lotharingię rex Sicilię & Ieruſalem, dux Sabaudię, cõmunitas Florẽcię, dñi Barẽſes & Metenſes, Alemãni, & Leodiẽſes. Ad partẽ uero ducis Burgũdię cõprehenſi ſunt, Alphõſus rex Portugalię, Fernãdus rex utriuſqꝫ Sicilię, Iohãnes rex Aragonũ, princeps Nauarrę, Chriſtiernꝰ rex Danię, Matthias rex Vngarię, Caſimirus rex Polonię, Frãciſcus dux Britãnię, Galeatiꝰ dux Mediolani, filius Ludouici ducis Sabaudię, cum matre ſororis regis Frãcię, Iacobus comes de Remont, dux Venetorꝫ, comes Palatinꝰ Reni, Iohãnes dux Cliuenſis, Rupertus archiepiſcopus Coloniẽſis, epũs Metenſis, Ludouicꝰ Borbonij, epũs Leodiẽſis, & Dauid deBurgũdia Traięctẽſis epũs: oẽs hi ante primã Ianuarij declarare tenebũtur ſuas ſuper his uoluntates, uelint, necne, in fœdere cõprehendi: & qꝫ hoc tempore rex duci fauorẽ monſtrabit in Imperatorẽ & ciuitatẽ Coloniẽſem. Erant prętera multa in his pactis capita cõprehenſa. Ne tñ in hoc quod inſtituit bello in Renatũ dux, quid aduerſus religionẽ treugarũ uideretur ęgiſſe, miſit nũcium ad regẽ, poſtulãs, ut ſaluis fœderibꝰ liceat Nanſęium opidum cõtumaciæ inſignis perdomare: Nam trãſitum duci perſtringere uidebaˉ ad Switẽſes & Elſatios, qnibus uindictã de occiſo capitaneo ſuo in ea terra, quã pignoratam ab Sigiſmũdo duce Auſtrię teneret, inferre cõſtituit: Petrus Hachẽbach hic erat, quẽ miſeranda morte Elſatij peręmerũt, tractis in ſocietatem belli Switenſibus: Nec uacabat qꝫ eiſdem Switenſibus ductor erat Renatus

dux Lotharingię, quã puinciã Karol⁹ ſuo arbitratu diſponebat. XV.

Atale ſibi bellũ Karolus ingreditur, primã expeditionẽ dirigens
f in Nanſęiũ: Tranſit⁹ enim illi inde erat ad cęteros. Cum aũt obſi
dione premeret opidũ, deſcẽdit ad eũ rex Portugalię, opem eius
implorãs in Fernandũ de Aragonia, regnum Hiſpanię occupantem, cum
filia Hẽrici nuper defuncti regis: Sed auocari dux non potuit, quo minus
de Nanſęio ſuam p:rageret uoluntatẽ: Deditũ inde opidum accępit, im
poſuitq; preſidiũ ualidũ Anglicoꝝ, ſub preſecto de Beuers: Ipſe auctis co
piis per altam Burgũdiã, pgreſſus, perq; Sabaudiã, Switẽſib⁹ occurrit ad
preliũ: Grauis ac ptinax pugna cõſeritur: Cadũt uiciſſim multi: Sed in fine
ceſſere Burgũdi, magnis amiſſis copiis: Dux ipſe ſibi fuga cõſuluit ad opi
dum Grãſonẽſe. Interim reuerſus a rege Frãcię Renatus, manu Switenſiũ
auct⁹, Nanſęiũ recuperat. Qꝝ em̃, pmpte Burgũdi accęperãt, tã facile An
glici amittũt: Dedito opido incolume dimittit preſidiũ. q̃d inerat cũ pre
fecto. Switẽſes in ſocietatẽ uocãt Lotharingos, magnãq; quã uocãt ligã ſi
bi cõſciſcũt in ducẽ, quẽ ſui ferebãt inuictũ, forti fortiores occurſuri: Mul
ta fiũt multis locis leuia prelia: ſed totis aciebus cõfligitur in uigilia Iohã
nis Baptiſtę: ubi poſt pertinacẽ ac diuturnã pugnã, iterꝝ ceſſere Burgũdi.
Nec melior fortuna ducis apud Friburgũ: peſſima uero apud Nanſęiũ:
Nã opidũ hoc obſidione uallabat. Erat tum brumale tẽpus uigilia dñicę
Epiphanię, cum duci nũciarentur aduenire cum auxilijs ſuis Switẽſes, &
numero, & robore fortiores, ſupioreſq;. Et cũ capt⁹ eſſet a duce a Lotha
ringia uir primari⁹, qui preſente duce rogatus, quid de hoſtibus ſentiret?
uerum quod ſciebat edixit: Sed inuictus ducis animus, ſalutarib⁹ monitis
nõ acquieuit: hominẽ iuſſit iratus, ut erat irę impatiẽs iugulari. Erat in ſa
tellicio ducis Nicola⁹ quidã Italus comes de Cãpobaſſo: quẽ, ut arma ſu
meret, hortatus dux, audiuit non ſe loco moueri, niſi donatiua pro ſe ac ſa
tellitibus ſumeret: Tardabat enim ęrarij cuſtos, incertũ quibus ex cauſis,
nec ad prefinitũ aderat diem, ut ſtipendia militib⁹ erogarentur. Dux im
patiẽs irę de uerbo comitis collaphũ illi inflixit: Etiã, inquiẽs, ſine te, etiam
ſi ceſſent alij, cum mangonibus occurrã uenientib⁹. Iam fulgebant in cõ
ſpectu ſigna Switẽſiũ: Dux quadringẽtos grauis armaturę equites præ
miſit, ut hoſtes diſtinerent, donec ad pugnã ille pararetur, inſtrueretq; or
dines pro rerũ neceſſitate: Illi uero cum tumulũ apprehendiſſent, maiores
exercitus ſpeciẽ exhibebãt in latũ extẽti: Sed non erat ea ſegnicies Switen
ſibus, ut ut a paucis detinerentur. Igitur pulſis propugnatorib⁹, ipſa ad ca
ſtra mox peruenĩũt: Fit pugna nõ leuis: Sed parati imparatos, feroces tre
pidos facile uicerunt: Sternũtur aliquot millia. Tum effuſa fuga omnes ſi
gna deſerunt: Capiuntur Balduinus atq; Antonius naturales Karoli fra
tres, prelium differẽtes, atq; hoſtẽ diſtinẽtes: ut fuga interim frater elabe
retur: Sed infœlix ad riuũ male fidum occupatur: ibiq; incertũ quis, & a
quibus, tantus dux proſternitur, atq; perimitur. Diu ignoratum eſt quo
abierit Karolus: Sed repertũ a quęrẽtib⁹ cadauer infertur Nanſęiũ: Gelu
facies intumuerat, ut dinoſci difficile poſſet: Frater in primis Antoni⁹, phi

ſicus deinde eius, aſſenſi eſſe Karoli: Puer imberbis qui galeam duci prę ferebat, teſtatur cadauer eſſe dñi: Aderat enim dum caderet, & monſtrauit cędis locum. Sed diu inter homines ſpes & metus uariabāt. Alij uiuū abreptum in manus Francorū regis peruenisſe: Alij fuga elapſum, ſed ſponte exulantem abijſſe, rediturū poſt prędnitū a ſe tempꝰ ferebāt: Mercatores magna leuitate in eū caſum, & emebāt, & uendebāt plurima, primū exoluēda in ducis reditu. Cœpit, ut fieri ſolet, res in quędū uerti: Qui enim ea conditione uendidit rem ęſtimationis centū, ab alijs illo ſuo facto in opinione cōfirmatis, ſubmiſſo ſocio emit, & lucratus eſt mille. Inuentꝰ eſt Bruxellis Sueuię, quē homines poſt aliquot annos Karolum eſſe dicerēt, ipſo pernegāte. Rex Frācię cū audiret exitū belli, de cuiꝰ cōſilio credebat non alienus, paratā habuit expeditorū militū manū, quę Burgūdiam ducalem iam, ut putabat coronę adunatā, hędrede maſculo non extāte, acciperet regis nomine: Vbi refragatum eſt, arma intentabāt. Idem fit de urbibus ad Sommā fluuiū ſitis, de quibus etiā uiuente Karolo erat cum rege controuerſia. Sed prætędebat rex Karolū in oppugnatione Lotharingię ac Renati fœdera uiolaſſe, & pinde regē exoluiſſe uinculis nouiſſimę pactionis Nos uero tāto duce tumulato, in Saxoniā noſtrā reuertamur.

XVI.

Rbem antiquā, & primorū in Saxonia principum decus Quedelenborg, Erneſtus dux Saxoniæ marchio Miſnæ oppugnauit, qꝓ male ciues parerēt dñę ſuę abbatiſſę, quę ſoror erat principis memorati: Hac enim radice multa oriūtur bella, dum per ſuperbiā ſubditi uocant in cōtemptum prędidentes. Expugnauit ille & deięcit Rolandi ſtatuam, quā pro ſigno libertatis ab antiquo habuere: Dirępta eſt urbs a militibus, & in extremā pauperiē, unde necdū ciues reſpirarūt, perducūtur: Ruunt domicilia: nemo curat reparare: Viuūt in diem: Tempora terūt in labore agriculturę, quę ſi uictū præſtat quotidianū, diuites iam ſe cōputāt: obligare ſua prędia non ſinūtur, ut redditū cōſtituat alter apud alterū, liberas poſſeſſiones, mundas ab auro manus habere prędipiunt. Ita per ſolam cōtumaciā corruit urbs antiqua. In dioceſi interim Hildeſemenſi, quis Hēningum iam omnes accępiſſent epūm, Fridericus tñ dux Brūſwickcenſis quieſcere non potuit, multū obluctatꝰ eidem: Abęgit crebrius de uillagijs iumēta, & uillas diripuit: ſed cōgreſſi nunq̄ ſunt in prędiū. Iam ſe paulatim prodebāt cometę nuper uiſi multi & inſignis effectus: quia bella tonabāt undiqꝫ. Nam Imperator tum de Vngaria cōflixit cum Matthia rege eius, poſteaq̄ ille uxore accępta de poſteris cogitauit. Ferebant enim in pactis, quę eſſent inter ambos, expreſſum: ut Matthias per ſuę tēpora uitæ regnaret in Vngaria: cęterū nihil ad illius poſteritatē: Quam rem, quia in Wandalia attingimꝰ, hic trāſilimus. Sed & princeps magnus Muſcouiæ per ea tempora oppugnauit, & in ſuā redęgit poteſtatē, magnā Ruſſię ciuitatem Nouiguardiā: q̄d nemo ante, uel timuit, uel prędumpſit. Sic enim erat in prouerbio: Quis poteſt contra Deū & Nouiguardiā? ille nimirū potuit, cui Deus permiſit: in cuius manu ſunt ommia iura regnorū. Vrbē ferunt totā ex ligno fabrefactā, igni paratiſſimā, quo qui cōfligere uoluit,

facile obtriuit. Sed & hoc in Wandalia dictum, nunc trāsitur. Rex quoq; Francię tum Picardiā recępit, quę in illū diē paruit Karolo duci, unde ille promptiorē suā militiā solebat deducere. Vrbes habet illa prędaras, Abatisuillam, Ambianū maiores, cum non cōtemnendis alijs, & si impares sint memoratis. Tentauit idem rex Burgūdiam ducalē, deq; Artheſia in ſuam redigenda poteſtatē, ſatis anniſus eſt: Idq;, ut Maximiliani tūc ducis Auſtrię, nūc Romanorū regis acta ex debito exequamur, nobis paulo diligētius eſt explicandum.

CA. XVII.

Rat Maximiliano, quod dixim⁹, Imperatoris Friderici filio, de-
e ſponſata Maria, unica Karoli ducis filia hęres legitima terrarum in occiduo intra Renū, & Franciā. Ea puella cū per tēpora quib⁹ de cæde patris fama inhorruit Gandaui in Flādria eſſet, triſti accępto de patris morte nuncio, mox miſſis ſolennibus nūcijs in Artheſiā, ac reliquas prouincias, quarū magis uacillaturā fidem proſpexit, iuſſit accipere ſacramenta fidelitatis per ſingula opida: Cōuocauit ſolēne terrarū ſuarū cōcilium eccleſiaſticarū & ſecularium, & ſuper agēdis deliberabat cum illis. Atrebatenſis, Tornacēſis, Morinēſis epiſcopi, primatū ſui ordinis in cōcilio habuere: Nobiles de ſanguine, Adolphus de Cliuis, Philipp⁹ de Rauēſteen, & multi alij, reb⁹ quoad poterāt cōſuluere, dñęq; aſtitere. Sed Gandaui, ut facile ſolet, exoritur ciuilis motus in quoſdā prędipuos uiros: Cancellarium Burgūdię, qui ſe dñm inſcripſit de Gailant, de Mildelborg, uicecomitē Iprenſem, & Ludouicū de Hūmelcourt, capitaneū cōſtitutū a Karolo Leodij: quibus additur tertius Iohānes de Mela miles: Erat quartus eccleſiaſticus, in quē manū mittere qualiſcūq; religio prohibuit. Igitur cancellarium, q; necem comitis ſancti Pauli, ut ferebāt, procuraſſet, q; q; principis ſui negotia non ex fide procuraſſet, accuſabant: Dñs de Hūmelcourt inuiſus erat populo, ppter Ludouicū Leodiēſem epūm: qui multū queſt⁹ de illo, odia in eum cōgerebat: cui adhęſit dictus miles. In hos tres multa recuſantes, & iura omnia, Deū, hominesq; teſtantes: q; illorum iudices ibi non eſſent, ut populus gladio iuſſit animaduerti. Interea rex Frācię ſollicitari fęcit puellam, ut in propria perſona ueniēs homagiū prędaret, alioqui cōfiſcandis illius rebus, alios prędoneret: Non ibat illa, uerita quod res habuit, q; uenientē non dimitteret, ſed inuitā, filio paruulo ſeruaſſet uxorē. Atrebatum interim rex obſedit: Capitane⁹ iam ſacramenta dedit puellę: Interpoſita publica fide ab obſidētib⁹ euocat ad colloquiū: Literę prędendantur dñę Mariæ, quib⁹ fidē ille habēs, mox regi permiſit urbē. Rex alios ex ciuib⁹ ſupplicio affęcit, alios relegauit, introductis ex gente ſua, qui ciuitatem facerent Franci iuris, omnia moderante Philippo Deſquordes: qui uiuenti Karolo diu fidus habebatur, nūc totus regius, meruit capitaneus per Artheſiā declarari. Res deinde peruenit in tractatū inter regem & puellā: Vbi rex fęcit allegari ab ueteri memoria multa cōuenta, in quibus eluxit, ut ferebant, primū Burgūdiæ ducatū, nunc regno adunandū, ſtirpe uirili deficiente: deinde comitatū Artheſię per multas cōuentiones, quarum literas exhibebat, nunc eſſe iuris regij, meritoq; ab illo uendicari.

Ex aduerſo prætendebant ducales, uetera pacta nouioribus eſſe ſublata. Recolebant maiores natu ex illis quedam: alia de literis oſtendebant. Sed apparebat nō tam iura, q̄ potētiā regiā formidari: Igit̄ ſi puella in cōiugiū Delphini inclinaret, non eſſe magnā de ſucceſſione quęſtionē: idq; multis cōſulto ſerioq; agēdū uidebatur: q; terris hęreditarijs plurima ex Francia poſſent prouenire bona, pax imprimis, & tēporū tranquillitas: ab Germania non niſi bella, motus, & pturbationes, qui mihi uera uaticinari ſunt uiſi. Iam puella Maximiliano duci animū inclinabat, nec potuit a ſentētia dimoueri. Rex in poteſtate iam tenuit Atrebatū, iure, uel iniuria, non hoc quęritur inter mundi principes: Cameracū circūquaq; depaſcitur: Hānoniam ingreſſus, Duacum ac Valētianas tentauit: multa deinde oppugnās non ubiq; proſperat̄, multis ſuorꝝ amiſſis. Tornacū rex muniuit, immiſſo ſuo Oliuerio ex barbitōſore aurato milite, homine minoris ab ortu fortunę, nūc magnis principibus coęquato, q; regem magnis obſequijs demeruiſſet: Sed exitus compar erat natalib⁹, Nam filius Ludouici, patre mortuo, uix regnū ingreſſus in noua & magna furca, quā ipſe iuſſit extrui mā dauit ſuſpendi, hominē, qui per ſuperbiam omniū in ſe principū odia conciuit. Heſdunū, ac Betuniā rex armis in Artheſia: ſed & in Hānonia multa per ductores accępit in poteſtatē: ut miſerāda ſors puellę uidereť: Nam foris bella, intus ſeditiones eſt experta. Tumultuabātur Flandriæ maiora opida, & ad libertatē ſublatis oneribus, quę uel Philipp⁹, uel Karolus impoſuere, proclamabāt. Seruierat tēpori prudēs puella: &, quod neceſſe fuit, permiſit ciuibus quorꝝ uidebatur opera tum nimis indigere, quę poſcebant ęqua, etiam ſi iuri ſuo, ſi obuentionibus ſolitis contrairent, tum diſſimulanter habuit.

CA. XVIII.

c Apitaneus in terris puellę primū gerendo bello ante Maximiliani ingreſſum decernitur nobilis Flāmingus: Inde mutata ſententia, quo res authoritatē maiorē habere uideretur, Adolphū ducem Gelriæ uſq; in eū diem Cortraci opido Flandriæ pro captiuo habitū bello ducē delegere: Cōpoſitis rebus intra opida, armati ciues exibāt, non cōtēnendus exercit⁹: & ſe regijs oppoſuere, ducētes in Tornacū: Ibi enim cōſederat militia regis. Tendebat in agris exercitus Flandrēſium, & ibant prędatum manus militū in diuerſa. Adolphus dux uir armorꝝ peritiſſim⁹ ſed bello non ſatis fortunatus, nec longęuus ſuper terrā futurus, q; patrē in uinculis tenuiſſet, ibat cum paucis equitib⁹ ſpeculatū, quid hoſtes molirentur: ſi qua capiendę urbis uia uideretur, Franci, ſine ſigno dato, quod nōnulli ſuſpicantur, ſiue induſtria ſua circūſpiciētes, incidunt in ducē, qui ſpeculatur⁹ exibat: mox circūuentum, multi paucos capere cōtendunt. Ille cum ſe acrius defenderet, a multis facile ſuperat̄, & pertinaci⁹ repugnās confoditur: primitię belli miſerę: occiſumq; uelut emortuū pecus, iumento impoſitum, ex tranſuerſo deuehūt in urbem, tumulantq; in eccleſia maiore, cōperto q; dux eſſet. Mox Gandauenſes ſublatis ſignis abiere: Brugenſes autē cum Iprenſibus, cum non tam facile cederent, excæpere impetum ſuperueniētiū ex urbe hoſtiū: Nec diu pugnę ſors hęrebat: Vertun-

tur in fugã: Supra capiunt. Hic erat exit⁹ infauſtę expeditionis quę prima fuit. Reuertentib⁹ in ipſo itinere Gãdauẽſib⁹, obuij fuere ſexcẽti ex Gelria milites, ſuo duci, quẽ capitaneũ audierãt prefectũ gratulantur militaturi: Sed ubi audierunt infœlicẽ exitum, meſti redierũt in patriã: De alio mox ductore deliberatũ. Defertur Petro de Lutzẽburgo comiti ſancti Pauli. Sed ille a podagra ſe excuſauit, & uacationẽ obtinet. Iacobus de Remont filius ducis Sabaudię creatur: Iohãnes, & Iacobus de Lutzenburgo, filij Theobaldi, iungunt comites, in Duaco, & Aldenardo fines Flandrię tutaturi. Iohãnes dux Cliuenſis, Philipp⁹ de Rauenſteen frater eius, Philippus de Beueren conſilio preſunt apud dominã. Philippus tñ de Beueren Antonij baſtardi filius, Arię, & ſancto Andomaro præficitur: Sed alteri permittens curam, Ariam protinus amiſit, nec ſatis inſtitit auxilio patris Antonij, qui regem ſequebatur recuperare: Exteri cõducuntur capitanei, Iacobus Galeottus Italus Parmẽſis, Zalazart Hiſpanus: fines, ut poterãt ſunt tutati. Gãdaui nouus creat capitane⁹ Iohãnes Dudenzel, qui cũ armatis ciuibus exiẽs, ſine fructu reuertit: Brugis tumultuatũ eſt, & captis aliquot ex ciuibus & in feruore truncatis interueniente Friderico Tornacenſi epiſcopo mox conquieuit.

CA XVIIII.

Aximilianus inde dux Marię ſponſus, in Flãdriã deſcenderat ad
m finẽ mẽſis Iulij anni ſeptuageſimiſeptimi, cum quo nuptias Gandaui inibat puella. Erat in eius comitatu Metẽſis epũs, Sigiſmundus dux Auſtrię patruelis, Otto dux Bauarię, Marchiones de Baden, comites de Wirtẽberg, & multa ſine nomine nobilitas. Inter hęc rex Frãcię ſuper occiduã Flandriã uenit, omnia uaſtans, apud Bonomã Gallię cõſidens, in ſanctũ reſpexit Andomarũ: Excurſiones plurimę fiunt: Nõnunq̃ amittunt ex ſuis Franci, qui longius & audacius uagãtur. Caſtellum a regijs capitur, & direptum incenditur. Apud ſanctum Andomarũ regius exercitus caſtra metatur: oppugnat opidum: uaſtat quę foris ſunt: Incluſi fortiter ſe tuentur: Primi Brugenſes exeũt, obſeſſis ſolatio uenturi: Mittũtur copię a Maximiliano nouo terrarũ principe: quæ cum ingrederentur opidum, ingens exoritur ciuiũ tripudiatio: Funalia noctu micant: Inſoliti gaudij rex cauſas ſcrutatus, arbitrat adeſſe ipſum Maximilianũ: Itaq; ſoluit obſidionem. Maximilian⁹ aũt per prima Flandrię opida uadens, conſilium coęgit belli gerendi. Viſum eſt ad regẽ Frãcię mittere oratores ęqua poſtulantes: Vbi perueniũt, rex ſcrutatus de mãdato, remandat nihil eſſe magis ſibi cordi, q̃ trãquillã cum omnibus pacem habere: quã ſi pari modo cupiat Maximilianus, mittat cum plena poteſtate inſtructos oratores, rem pro ſui magnitudine ſerioſe tractaturos. Maximilian⁹ ergo ex hac die ſuſcipiens rerũ adminiſtrationẽ, curã, & prouidentiã, dotaliũ prouinciarę, ne ad arma pręceps iuuenis, ad arma ruere uideretur, maiorũ fretus conſilio potentiſſimi hoſtis animũ pertentauit, inducijs ad finẽ uſq; menſis conſtitutis. Sed cum Heraldis fruſtra intercurrẽtibus nihil fructuoſum ageretur, inanes decurrerũt inducię, & ad bellũ res redijt. Primi Gandauenſes ſupplemẽtũ militũ miſere Duacũ dño de Sames, qui fines illos tutare-

tur. Relicta quoq; Karoli, cum legationē in Angliam ad fratrem Eduar-
dum mittere decreuiſſet, audiuit nouā inter ipſos ſuos fratres perturbati-
onem exortam: Nam dux Clarenſis in inſidijs, quas fratri regi parauerat,
deprehenſus, ſolenni Perlamēti ſententia damnatus, capite immerſus uino
trucidatur. Rex autem Frācię multis per Hannoniam, atq; Burgundiam
captis opidis, & arcib⁹, diſſimulāter tñ omnia fieri curauit, quaſi ignoran
te ſe res gererent: Nam quoties oportunū uidebatur, animū oſtētabat pa
cis cupidum: cum tñ hoſtilia omnia perageret. Ferūt nōnullos in Auſtrię
ducis fuiſſe cōcilio, qui regi omnia, quę intellexerint prodidiſſe crederen-
tur: Qua de re ſuſpecti, cum etiam uerbis & ſermone notarentur, retraxe-
runt ſe in Franciam. CA. XX.

Ononia interim in Pichardia, non longe Caliſia a regijs capitur,
b cum nullum ſibi preſidiū afferri intueretur. Hic comitatus, cum
ſępe dominos mutaſſet, in pace Ambianēſi, inter Karolum. VII.
Francię regem, & Philippū Burgūdię ducē, redijt ad Burgūdos. Captus
Iudocus de Peyna uir ex Flādria nobilis, filiam accæpit dñi Deſquordes,
regij per Artheſiā capitanei. Multi tñ in neutralitate ſe cōtinuerūt, cp ru-
mor increbreſceret, rediturū de proximo uiuentē, ut putabatur, Karolum
Burgūdum, qui res uarie miſcuit. Tornacēſes ſemper infenſi Flandrēſib⁹,
non erubuere publicis ludis fœdare nomē Philippi & Karoli clariſſimo-
rum ducum: ſed nūc a uicinis preſſi laborabant cōmeatu: Suburbia eius
exuſta ſunt: uariante fortuna capti hinc, atq; inde primarij uiri. Dux Au-
ſtrię proceſſit cum expeditis in Hānoniā, receptis aliquot urbibus & ca-
ſtellis, quę pridē rex accepit. Nato deinde ex Maria cōiuge filio, Frideric⁹
Tornacenſis epūs inducias procurauit anni totius. Rex Frāciæ nato du-
cis paruulo, miſit equū faleratū amicicię futuræ pign⁹: Sed bello armātur
equi: Bellū hęc armēta minātur, ait ille. Certū eſt tñ, cp ille inducię multos
retraxerunt in Franciā, qui iam deſcenderāt in obſequiū domus Burgun-
dię, per quos non difficile fuiſſet Artheſia recuperata. Cunq; nihil ad pa-
cem fructuoſum per inducias procurareť, exeūtib⁹ treugis rex in Burgun
diam mittit exercitum: Et cum deferbuiſſet amor Burgūdionū in Karoli
prolē, prćſertim tam exili prefecto ubiq; preſidio, nemine magnopere ob-
ſiſtente: Dola precipua Burgūdię ciuitas capitur a Frācis, & diripitur per
Swiceros regi militantes: Sed tñ filij Ludouici comitis ſancti Pauli, odio
ſingulari in regem, pro duce multa fecere captis arcib⁹, & opidis, non pau
cis. Nauigat armata naui in Angliā comes de Naſſow Engelbert⁹, ſene-
ſcallus Brabantiæ, ut auxilia querat Anglorū. Fuere autē ex Anglis, qui
Frācos claſſe iuuarēt, ut mare infeſtū eſſet marinis duci ſubiectis homini-
bus. Dux ipſe iam cōſilio reb⁹ maturatis, ualida manu, & quę Francis ſuſ-
fectura uideretur, egreſſus eſt ad obſidendum Morinum, iam a Francis
occupattum: Oppugnatur opidum magnis uiribus ſex diebus: Vbi in-
notuit, agmine magno Francos ductore Philippo Deſquordes deſcen-
dere, qui certa ſpecie ſemel expugnandi ducem multis contractis copijs,
proceſſit. CA. XXI.

Vx Maximilianus in obsidione Morini certior de aduentu Frãd corum factus, noctu retractis clam bellicis apparatibus, ordines instruxit, & quadrato agmine obuiam processit hostibus: Iuxta Bonini opidum uenere agmina sub mutuũ aspectũ: Disponũtur utrinq; acies ad prelíũ: Iactis initio tormẽtis, pari animo progreditur utercq; exercitus ad pugnam. Inchoante prælio ad horã post meridiẽ secundã, extractum est ad quintã cum non cessaret ante noctẽ: Pertinaciter utrinq; pugnatur. Dux ubi conspexit Francorũ pectora, non cedere certa, sed mori priusq; fugerẽt, ipse pedes cũ peditib⁹ cœpit inire pugnã: equitib⁹ tñ in suo ordine durantibus. Vbi mediũ cõspexere ducem suũ Alemãni, tum uero in pectora uigor penetrauit: Vrgent ferociter Francos, cederecq; loco compellũt: primis fugã ineũtibus, acrius purgentur: Miscẽtur strages: multa Frãcorum millia perimũtur: Capti nõnulli. Nã & ex ducalib⁹ non pauci perierũt, sed nihil ad numerũ Frãcorũ. Tam diu pseuerauit pugna ducaliũ donec certior fieret dux hostiũ ductorẽ in Bononiã cõcessisse. Tum uero qui restitere Frãci, debellati sunt, ut fugam inirẽt. Sequuti sunt ducales ad duo fere passuũ millia: Certa iam erat duci uictoria: Tum uero quid facto sit opus cõsultatur. Morinũ ad obsidionem repetere animus erat: sed alia sententia surgit: Iam enim Franci cedere urbibus deliberabant, si dux, ut uincere, sic uti uictoria potuisset: Nam in Morino, & Atrebato, tant⁹ erat motus, ut uenientẽ nemo ex Frãcis ducẽ expectasset. Sed tum in Ariã concessit, prẽmissis impedimẽtis cum uulneratis, demolituscq; arcẽ de Mollena, unde plurima ducalib⁹ incõmoda inferebant, prẽfectũ eius, cum uiris sexaginta, sublimi de trabe iussit appendi. Hęc prima ducis insignis uictoria, magnũ illi nomen cum gloria comparauit. Frãci tamen, ut fit, in suam retorquent laudẽ q; Philippum de Rauẽsteen equitum præfectum, e suo cornu fugam coęgerint inire.

CA. XXII.

Vm ageretur septuagesimus octauus post millequadringẽtos inc opido Hallis Magdeburgẽsis diocesis florẽte, dũ ciues unũ sentirent, misera illos discordia cæpit, quæ pessundedit, promptissima ad euertendas urbes causa: Nam proprietarij in salina, genus hominũ per opulẽtiã iners, & superbũ, cõtempsere cõciues artifanos: nec qui preesse debuerant, ita publicis ut priuatis cõmodis inseruierint. Cõtemptus, & opressio exasperauit multitudinẽ: ut intra mœnia grauis tumultuatio oriretur. Audiuere Misnẽses principes, ex quibus Ernestus, Ernesti ducis Saxonię electoris filius (archiepũs erat Magdeburgẽsis) usi sunt prudẽter occasione præstita, & urbem intus tumultuantẽ cinxere exercitu, certi q; ab una parte immitterent: Facile etiã erat capi, quã nemo satis defenderat, arbitrãtibus inuicẽ inter se, & dissidentibus, q; ab alterutra parte innocati principes supeuenirent. Sed cõmunitas ipsa ęquioribus animis accępit uenientes, q; parũ habens, parũ amitteret: fortẽ suã, si non meliorẽ, non posse multo fieri deteriorẽ: q; ante multis in urbe seruisse tyrãnis uidebant, nũc iustis subesse principib⁹ ferrẽt ęquanimiter. Cõiecti in uincula primores, argẽto, & auro emũgunt: Multa quę pridẽ hauissent in salina, sunt archi-

piſcopo aſſcripta, ſeruata tñ ſua cuiq; proprietate: Quæ uero publicis erãt uſibus deputata, principatui non proueniũt: Ita, dum ſuperbię præſidentes modum non ponũt, inuenere qui frenũ inĳiceret naribus eor. Cõuiuare, tripudiare, ſomno longo ſepeliri, omnis eius generis hominũ fuit cura: Diſcite mortales eſſe uigiles, modeſtiã colere, pauperes non temnere, conſilia rebus adhibere, proprĳ ordinis metas intueri. Per idem tempus, cum Ropertus Coloniẽſis archiepũs, placitis cõuentis apud Nuſſiã ſtare recuſaret, dum clam ex partibus Reni in Weſtphaliã fugere tentaret, captꝰ capituli iuſſu ab Hermãno Lãtgrauio Haſſię, qui in obſidione Nuſſię multa fęcit incluſus, multa perpeſſus, ne iterum eccleſiã maioribꝰ implicaret laboribꝰ, aſſeruatꝰ eſt diligẽter. Sed ubi poſt non proſperata illi apud Nuſſiam bella acceſſit ea calamitas, ut in ſuo uinctꝰ teneretur, ex ipſo animi dolore morbũ cõtraxit, & e uita migrauit: Sufficit illi Hermãnꝰ memoratꝰ qui duro tempore ſtetit pro eccleſia, princeps de illa, & de omnibꝰ optime meritus: qui uſq; hodie tenet eandem.

CA. XXIII.

a Lbertus dux ſuperioris Saxonię marchio Miſnę, fratris filiã Katherinã, per Roſtochiũ inſigni agmine duxit, ibi nauigiũ inſcendens, in Daniã Iohanni regis filio nupturã. Multi cum eo fuere comites, aliquãti pontifices: Octingentis equis ingreſſus, auratis currib⁹, puellam regiã, regio more deduxit. In Copenhauẽ regia, regũ nuptię ſunt peractæ: Quibus principali ritu ſolenniter expletis, in Lubicam redierũt, auidi uidere imperialẽ urbẽ. Placuere cuncta Alberto principi: ſed diſplicuit ſubterraneus ille diſcurſus fœminarũ, obuolutis uultibus: Magnum libertatis alimentũ: Hortatur ſenatũ, & cõmonefacit: ut abuſum illũ curẽt antiquare: qui multis alioqui pudicis fœminis preſtaret audaciã, impudicis ſuę ſtulticię preberet incrementũ. Accępit eam cõmonitionem ſenatus perq̃ benigne, interdixerũtq; illũ abſconditorũ uultuũ diſcurſum: Seruatum eſt edictum aliquot annis, ſed in antiquũ abuſum facile relabuntur. Dux aũt in ſuperiori eius loci prętorio ad faces incurrit eques equiti, infeſta ſub tecto haſta. Tum choręis indulgetur: & ubi aliq̃diu feriatũ eſt, in uiam ſuã rediere alacres hoſpitaliter ibi habiti. Quo tẽpore, Embickcenſes ciues ad arma ſemper prępcipites, ſtratagemate circumuenti temeritatis ſuę pœnas luũt. Solent enim in frequẽtib⁹ Saxonię urbibus ciues, etiam artiſani, arma ſua in prompto ſeruare: ut cum ſignũ ppinquantiũ hoſtiũ e ſpecula dederit, effuſi ſine ordine, ſine ductore ruant: Id ſciẽs Wilhelmꝰ iunior dux Brunſwici, cum Hẽrico filio, qui hodie rer̃ potitur, aſſumpto in ſocietatẽ expeditionis Haſſię lantgrauio, ac comite de Stalberge, uidendum ſe cum aliquãtis prębuit, maiori agmine ad inſidias delitęſcente. Ad primum hoſtiũ cõſpectũ ſonuit de turri ſignũ: Ciues muſſantes arma corripiunt, portis proruũt, & hoſtes inſequũtur. Illi pectora diu prębuere uenientibus, miſſilibus certãtes, donec ciues magno numero cõglobati, audaciores incũberent. Tum cedũt retro militantes, ſimulatione timoris: ut ſequentes, & urgẽtes ciues, protrahãt ad inſidias collocatas. Tum uero hoſtes cõſurgũt a tergo, & intercluſo ad urbẽ itinere ciues intercipiũt: capi-

unt,cædunt pertinaciter reſiſtentes: Nongenti tum ciues ſunt periclitati, cęſi,captiq;,magno ciuitatis detrimento, quæ temeritatis ſuæ damna luit tam inſigniter. Erat aũt ſeptuageſimꝰ tum nonus poſt millequadringentos,cum inſtruerent ad militiã,in reliquũ futuri cautiores. XXIIII.

m Aximilianũ ducem, ut omne genus experiretur belli, tum cœpit inteſtina diſſenſio cõturbare: Nam Gandauenſes (populus ad temeritatẽ promptus) cœperũt queri de crebris impoſitionibꝰ & collectis,quę longe ſupra ſolitum crebreſcerent: Neruus aũt belli pecunia eſt: Noſſe oportebat ducem ſuum ſatis pro ſe contendere,q; capitis toties diſcrimen ipſe adiret. Tum uero belli impẽſam ſine murmure facerẽt,quorum ſanguini parceretur,& ipſi hoſtibus obiiciantur. Mouit ſeditioni paratum populũ, q; arbitrarẽtur primores nobilitatis ad hoc niti,ut ſua expleant,ciuium exhauriãt marſupia. Viſum eſt illis eſſe in officijs publicis qui ſuã potiorẽ,q̃ publicã cauſam haberẽt: eamq; cõiecturã de ſuis ſumpſere moribꝰ: q; nulla gẽs tam excreſcit opibꝰ in publicis officijs,q̃ qui in occiduis partibus publicã tractãt pecuniã. Vidimus ętate noſtra aliquot qui ex infima emerſere fortuna in eam opulentiã,ut arces in prædas exędificarent. In Hollandię pręcipuę opido Dordraco,inteſtina tum ciues agitabat diſcordia. Iohãnes aũt de Egmundia baro,receptо in poteſtatẽ ducis opido,facile cõpeſcuit tumultuantes. Ex Gelria quoq; nõnihil rebellionis nũciat: & tñ dux per capitaneos ſuos rem proſpere geſſit: Nam Philippus de Beuers Flandriã occiduã tutatur,cum prędęcto Zalazart. Alij quoq; in Hãnonia proſpere res gerunt,fugato Wilhelmo de Arberg,qui tum regi Francię militabat,& Leodiẽſi epiſcopo per omnia erat infeſtus. Multa ducẽ impulerant,ut tum treugas iniret cum rege: Nam Gelria,ut diximꝰ,motus nouos cõciuit. Rex aũt ante treugas,ſancti Andomari,& Arię urbes ſibi reddi poſtulauit: cum dux uiciſſim Artheſiã totã repoſceret. Duacũ rex ſecrete iuſſit ptentari,impetiq;: Sed Gãdauenſes qui primi perſenſere,XL. milliũ exercitũ cõſcripſere, malẽtes ſuis manibꝰ rem agere,q̃ extortã pecuniã pmittãt Alemanis in prędam: prędertim,q; eius opidi cõmodis carere nõ poſſint,inde per amnẽ deuectis in urbẽ ſuã frugibꝰ. Sed tum ualuere inducię inter regẽ & ducẽ Auſtrię, per quas dux cõuerſus in Gelriã,motꝰ eiꝰ cõpeſcere inſtituit: cum interim incolę ſuo duci ſtuderẽt puulo. Grauiã opidũ tum cępere Brabãtini, & tenuere diu: Inde cũ in Cliuẽſem quoq; ducẽ niterent,res interuẽtu bonoꝝ uirorũ ad tolerabiles cõditiones exiuit. Hollãdia parere ſuo principi inuita cõpellit,inducijs iam inter regẽ & ducẽ protelatis: Non ceſſauere tñ regij Cameracũ infeſtare: ſed defenſum eſt egregie. Ducales uiciſſim tentauere Heſdunũ, ſed repulſi ſunt. Ita uiciſſim de uiolatione treugarum fiunt querimonię,cum utrinq; cõtẽderint priorẽ partẽ alterã uiolaſſe, temeraſſeq; inducias pacatas. Sed tum iterũ de integro annales treugę interceſſere. XXV.

t Raiectẽſes per tempus epiſcopũ ſuũ excluſere, Wulfardũ de Veris ſequentes capitaneũ: quando eriã Iohãnes de Dudenzel Gandauenſium capitaneus,cum uerbis cõtenderet aduerſus nobilem

Burgũdionem, ad mortẽ uſq; uulnerat⁹ eſt, ut ſpiritũ efflaret ipſo die. Indignati Gandauenſes proſcribere uoluerunt omnes Burgũdiones de familia dñę Marię. Quam rem cõperiens ea dña, nõnihil cogitauit in populum, quod tñ cõſilio freta mariti omiſit: Interim tertiã enixa prolem, Francicum nomine, ſub honore, ut ferũt, Frãciſci ducis Britãnię: ſed paruulus immatura morte intercæptus, ad meliora regna ,puolauit. Interim opidũ ſancti Andomari pene a Francis intecęptũ eſt: quod imprimis Brugenſes uitauere: qui nouo cõſcripto exercitu immiſerũt præſidiũ. In Traiectum uero intromittit Iohãnes dux Cliuẽſis, cui⁹ fratrẽ Engelbertũ eiecto Dauid Burgũdione, Philippi ducis naturali filio, uoluere epũm: Sed Hollandia totis illi uirib⁹ renitit. Initũ eſt pręliũ iuxta Ameſſordiã tribus millib⁹ a Traiecto. Cæſi ſunt ciues plurimi. Dux ipſe Maximilianus deſcẽdiſſet, niſi eum nobilis de Arberg, & qui rebus nouis in Hannonia ſtuduere, tenuiſſent. Interim uero in maioribus Flãdrię urbib⁹ tumultus erat, ꝙ nobiles quoſdam ex urbibus proſcripſiſſent: qui cõtempta eoꝝ proſcriptione, in mediis urbib⁹ obambulabant: & Brugis forte res in magnã ueniſſet cõmotionem, niſi dux affuiſſet: qui captis tribus ex pręſtantioribus urbis ciuibus rem omnem cõplacauit. Mira hominũ in ſenſu mobilitas: q̃ facile cõcitantur, tam ſęuiunt crudeliter: & deinde ſanguine uiſo, facile iram ponunt. Quanti ſine culpa perierunt, quos in ſeruore ſubuerterũt, poſtea magno ęre, ſi fieri poſſet, a morte reducerent?

CA. XXVI.

Per ea tẽpora militares Holſatię, cũ prętederẽt literas regis Danię dñi ſui, immẽſam ab illo pecuniã mutuã petiuere: Idq; cũ crebri⁹ ſine intermiſſione agerẽt, uoluit rex finẽ reb⁹ dare: paucos ex ſuo cõcilio adhibuit, inter quos Lubicenſis epũs, & urbiũ uicinarũ conſulares oratores, euocauit in Zegeberg: Coram his cõſtituit diem Holſatis ſuis: ut quiſq; productis im mediũ literis, calculũ rerum quas poſceret liquido poneret. Ratione producta, unde ęs, & in quos uſus impẽdiſſent, de quo literæ eorũ loquerentur? Venere omnes metu magis q̃ alia ſpe excitι: ꝙ exemplũ formidarẽt cuiuſdã ex ſuo ordine magni uiri: qui inaudit⁹ in exilium agebatur. Erant qui fouerent ſpeciẽ accipiẽdę pecuniæ: aliis etiã iam tum dubitãtibus. Et cum ſinguli citarẽtur, ut quiſq; rei ſuę rationẽ iniret: erant qui non aliud prętenderẽt, q̃ ſimplicẽ literarũ tenorẽ, regiũ aſſerẽtes ut literis ſuis in quibus rex ipſe loquereť, teſtimonio ſigilli fidem haberet, reponeretq;, de qua ille loquerent pecuniã: Nec enim poſt tot annorũ interualla, potuit exceptionẽ non numeratę pecunię obiicere: nec eius forte meminerat. Alij poterãt exactũ rerũ ſuarũ calculum ponere, prętẽdẽtes illo loco tantã impẽſam pro rege pecuniã, tempora quoq; ſignãtes: ibi fidẽ interpoſuiſſe, poſteaq; ſoluiſſe. maior erat numer⁹ eoꝝ qui initio acceptis dono ab rege literis, cum pecunia nulla numeraret, obligationem in literis habuere: Aliis etiã uicib⁹, uſuras quę prouenerãt, adiecere ſummę: ut aliis datis literis cum ſorte prima cumularentur uſurę: Eaq; re nõnun q̃ iterata, immẽſam ſibi debitã a rege pecuniã prętẽderũt. Erat aũt rex Chriſtiernus princeps humaniſſim⁹ & qui petẽti nihil negare potuiſſet; Vnde factũ eſt

ut largus etiam in dandis literis haberetur. Sed cum immensa excresceret summa, uoluit omnes una ratione abigere, nemini responsurus de literis, quę de nihilo conceptæ dicerent. Erat in illis qui obsecraret, ut rex omni eius accepta substantia in prędijs & iumentis, sola arma cum equis militaribus linqueret, & fidem, qua se pro rege obstrinxisset, impleret, ipse abiturus in alienas terras, quomodo posset militās, panē inueniret. Nō tenuere lachrymas qui audierunt: Sed semel indurato callo pectoris, nihil humanum illi rex reddidit. Alius quidā, cum promptā pro rege pecuniā multis uicibus impendisset, & eadem facilitate cūm cęteris abigeretur, abire recusauit, poscens ad regis præsentiā peruenire: Cum non facile admitteretur, ipse depulso ianitore, ingredit, explicans, quib⁹ locis, & temporibus, ęs suum expēdisset expromptū pro rege: toties pro ipso capitis discrimen subisset: aliqñ, ꝓpter eū capt⁹, sua se pecunia redęmisset, & nūc uelut ignotus abigeret: non abiturū se, quin aliud audiat: alioqui cœlū & terrā cōtestaturum: uitā impendere, q̄ suos linquere paruulos exhęredes præoptaret: Illum rex uerbis placatū, iussit ad constitutos terminos, deputatis locis, sua pręstolari. Sed tum flentes abiere: qui ut fidem implerent, omni possessione sua se exuūt, ad inopiam redacti.

CA. XXVII.

Vocatis quoq; Thietmarsis in Rendesborg, idem rex hoc tēpore ostendit imperiales literas, ꝙ terra illorū ducatui incorporatur Holsatiæ, parere regi, & legitimis suis hæredib⁹ iuberent: requisiuitq;, ut in uim literarū illi pręstarent homagij sacramenta. Quintus erat annus ex eo tēpore, quo primū rex ista impetrasset. Illi paucis inteloquuti respondent: Imperatoriā maiestatē non recte de facto instructā: eorū terram, tanq̄ dño non subięctā, Holsatiæ ducatui cōiunxisse: Si maiestati suę ostensum esset, terrā ex multis annis subditā ecclesię Bremēsi, archiepiscopo eius ex multis sęculis paruisse, qui etiā nūc in ea terra suos habeat pręfęctos, ex eo tempore, quo primus Hartwic⁹ archiepūs, nouissimus hæres comitatus Thietmarsię, facta cōmutatione, illum dederit ecclesiæ, recepto Stadensi: quoad ille quoq; accederet ecclesiæ per mortē eiusdē Hartwici, nunc Bremensis archiepiscopi: ea si Imperatori ostensa fuissent, non hoc, quod dedisse uideret, cōtulisset: Ibi se uiuere & mori, nunq̄ a diuo Petro discessuros. Replicatū est subięctionē quā prętenderēt, magis esse in uerbo, q̄ opere: prefectos in terra esse ad uanā speciē: cęterū administrationis habere nihil, nihil obediētię, quoties urgeant illo refugere, ubi illis omnia sunt trāquilla, archiepūm non recognoscere: Proinde nisi parcāt imperialibus literis, hoc se facturū, quod fuerit necessariū ad extorquēdam obedientiam. Tum uero interuentu eorum, qui regi aderant in concilio, annales treugę cōstituūtur: Quo interuallo deliberati, faciant quod fuerit ex eorū cōmodo, ne ad grauiora perueniat: Ita tum discēditur. Idē rex tum quendam magni generis & amplę familię militarē, ꝙ infinita in eū crimina deferrentur, quæ uel ille, uel filij eius, illius conniuentia perægerint, grauiter accusatum, cedere terra rebus iussit, inauditū, non cōuictū, non damnatū. Ille cum adesset, permitti sibi uenią respōdēdi orabat, luiturū reb⁹ & cor-

pore,nisi se de obiectis purgaret: tantū audiretur. Sed rex eā induit iram in hominē,ut placari non posset. Abijt ille cum filijs in exilium: incp Gustrow apud Albertū ducē Magnopolensem sese collocauit, meliora expectans tempora. Sed ille iam grandeuus,aucta infirmitate ex animi dolore excessit e uita: Filij multa fecere hostilia, donec in gratiam redirent regis filiorum.

CA. XXVIII.

Am Turcus Christiani nominis infestissimus hostis,cum fœdera,que illi cum Venetis icta essent, uoluntate summi pōtificis,cō senſuq principū Christianorū,Imperatoris,regis Vngarię,regis Neapolitani,rumperent: alioqui in ipsos Venetos omne pōdus rescisuri. Id cū intellexisset hostis uiolēt⁹,simulq infensus regi prēsertim esset Neapolitano,ex prisca Venetorū suggestione,cum quibus de regno Cypri ille pugnatur⁹ uidebat,si non Turcū metuisset: ingēti classe aduectus a Velona in Apuliam,Idruntū obsedit: decimaseptima die expugnat: Epūm loci,dignitate,& ętate uenerabilē, exquisitis supplicijs excarnificauit: clerū extinxit: obuiū populū perdidit: iuuenes abduxit: fœminis abusus,& illa fecit: quę solēt irati uictores omni crudelitatis genere sęuiendo. Iam papa propius cœpit res intueri: Iam mallet,quę nepotib⁹ impendit,in publicos Christianitatis usus cōuertisse: Vbi nūc frater Petrus,qui mōtes nauigat, & maria sicco pede trāsiuit? Vbi comes Hieronim⁹ illustris barbitonsor? Missis literis & nūcijs pōtifex excitauit principes, sed letargo laborabāt. Dum aūt ibi sęuiret Turcus, propi⁹ castra sua Romę collocare meditat⁹: q Saracenos eiusdē sue legis consortes meminisset ex annalibus,Italiā,& ipsam Vrbem aliquoties peruasisse. Matthias interea rex Vngarię latera pulsauit sue Bosnę, que a Turco proximis annis esset occupata, recuperauitq potenti uirtute: ut magnifice cōpensata Apulię damna uiderentur. Sed ipsa,ut solet gloriari,prouinciarū domina Italia,ubi nunc ostentat aut priscas uires,aut magnū animū? Sedet ociosa spectans incēdia proximorū, & non attendit causam etiam nūc agi, cum paries proximus ardet: immo iam domesticū cernit incendiū. Sed anno proximo Ferdinādus rex Neapolitanus,cum pridem pro ecclesia militans in Florētinos,multa eorū prędia & castella occupasset,restituit, uno ex omnibus sibi seruato: ut signū haberent in oculis,quo admonerent sue in eos uictorię. Tum potissimum meditatus hosti Turco occurrere,ad propulsandū cū de finibus suis se cōparauit. Interim Alphonsus fili⁹ eius dux Calabrię,cōparatis copijs obsedit Idruntū, iam a Turcis insessum. Et cum magnus Mahumetes gentis imperator,per id tempus plurimis locis bella gentibus inferret,Rodiensibus, & Calabris, & Vngaris oppositis,in medio ipso feruore bellorū,uir bello nat⁹,& qui plura cōfecisset unus,q ei⁹ omnes simul prędecessores,spiritum efflauit,magno Christianorū cōmodo: Perinde respirabant, quos ille regebat bello: Nam filij duo de patris successione cōtendētes,ut fieri solet in omni nouo regno, plurima cōmouerūt. Maior natu Baiazet,occupatis arcibus,& urbib⁹ primarijs,accepit a subditis homagiū: cum minor qui ea se ratione successurū patri speraret, q natus esset Imperatore patre,

cum frater ex priuato genitus diceretur. Cõfugit ille pulsus regnis ad fratres hospitales diui Iohãnis Rhodiẽses, quor̃ sciebat acerbissima in gẽtem odia, pollicitus reddere Cõstantinopolim, si Christianor̃ uirib⁹ reduceret ad iustum suũ Imperiũ, a uiolente fratre occupatũ. Magister testatus hoc non esse suarũ uiriũ, ad Imperatorẽ misit illũ: Qui impensis perinde grauari uisus, ad regẽ Franciæ fecit peruenire: Ibi captiui specie nobilis iuuenis diu habitus est, donec summo pontifici Innocentio mitteret ab regni cancellario, paciscente aliquot rubros galeros pro tanto captiuo. Papa illũ in palatio tenuit diligenti custodia, fratre (ut aiũt) illius aliquot ducatorum millia annua pollicente, ut diligenti⁹ seruaretur. Seruatus est in palatio supra pontificẽ, familia ei⁹ libere per Vrbẽ diuagãte: mãsitq; in ea custodia usq; ad tempus pontificis Alexandri. VI. qui uenienti regi Karolo. VIII. Francię, regnũq; petente Neapolitanũ permisit illũ: ut secum in castris haberet, usurus eo ad bellum quod prę ferebat in Turcũ. Sed ingenu⁹ ille iuuenis, q; ita inter man⁹ uelut pila iactaret, dolore animi cõtracto morbo, in itinere moriẽs defecit. Sunt qui illũ spõte sumpto ueneno aiũt perijsse. Matthias interim Vngarię rex sumpta occasione usus, quę illi prę staretur per regnũ Turcorũ innouatũ, urgebat Turcũ, pepulisset q; omni uicina regione, nisi eodem in tempore ab latere Austrię uexatus, a Turco retract⁹, per hostiliorẽ Imperatoris nostri capitaneum, se cogeretur defendere. Ita non satis est nobis nosipsos desidere, & nihil pro Christianismo magnum agere, nisi etiam proillius honore contendentes, impediamus, & a bono reuocemus.

CA. XXVIIII.

Annus erat a Christo nato, post millequadringentos octuagesimus secundus, cum Maximiliani ducis cõiunx Maria, unica Karoli filia, iam pregnãs, cum in uenatione equo cespitante delapsa, grauiter se lesisset, nec iuuenili leuitate rem eam propalasset, cõtracto exruina morbo, diem suũ Brugis obijt: ibiq; tumulat in ecclesia beatę Mariæ. Quod ubi regij ductores cõperere, prę cipue dñs Desquordes, Artheſiæ capitaneus, sancti Andomari urbẽ prope insidijs intercepisset: Sed prę uẽtus est a diligẽtiorib⁹ ad custodiã, q̃ esset ille ad insidias. Ariam tñ postea per proditionem recepit. Tum rex Francię hoc potitus opido, ad pacẽ ineundam se offerebat: nihil magis sibi esse cordi testat⁹, q̃ uidere pacẽ cum Flãdria: Male enim sibi sensit, cogitãs de ꝓpinqua morte: & cœpit agere: ut filia Maximiliani ducis Margareta, Delphino filio suo despõderet Karolo: peregitq; potissimũ Gãdauẽsib⁹, qui occultis sępe cõsilijs in Franciã respiciũt. Iam em̃ ex dotalib⁹ pactis quę interuenerũt duci atq; Marię cõstitit Maximilianũ nihil habere iuris in terris dotalibus: sed omnia pertinere ad iura filior̃. Vt autẽ administratione quoq; legitimę tutelę illũ excluderent, filiũ & filiã ei⁹ magna difficultate ex Bruxellis in Gandauum transtulerunt, iam tunc cogitantes magis, q̃ edicentes, q; nullam patri relinquerẽt tutelã filiorũ: Quippe, quia re ipsa probabant magnas opes sub manibus eius mirabiliter deperire, ut nulla pecunia, quantũcunq; magna illi, ut dicebant, suffectura uideretur; agente nimirũ facilitate, & profusa

liberalitate,quã illi ad prodigalitatẽ imputarũt. Sed iustos interpretes res accipiens, nihil aliud prodit, q̃ principis benignã & facilem humanitatẽ: quę pecuniarũ cõtemptrix,opes mauult perdere,q̃ a se tristem quempiam discedere,& in suos non uti liberalitate,quę uirtus est principũ pręcipua: Sed tum inuito duce,pacẽ cum rege Frãcię Flãdrenses inibant: quę mirũ in modum displicuisse fertur Anglicis,prętendentib⁹,non esse fœdus,sed iugũ perpetuę seruitutis. Interea dum dux in Leodiẽses mouet: occiderat enim Wilhelm⁹ de Arborg Ludouicũ Leodiensem epũm,ducẽ de Borbonio,filiũ suũ cõnisus in locũ surrogare: tota mole belli illi occurrit. Sed iam capitanei ducis,priusq̃ ille aduẽtaret, cęperũt opidũ sancti Trudonis: Obsidetur Leodiũ. Interim capitulũ permissa sibi libera eligendi facultate,Iohãnem de Horne baronẽ,obseruantialẽ ordinis minor̃ fratrẽ,elegerunt epũm. Cõmunitates triũ in Flandria urbiũ primariarũ,patre Maximiliano non requisito,hoc agunt,ut despondeat̃ Delphino Francię Margareta filia ducis & Marię de Burgundia: his pactis,ut proles mascula ex his,puentura,succedat in Burgũdia,Arthesia & cęteris comitatib⁹,quos in Francia pro se & suis hęredib⁹ tenuisset dux Burgundię Karolus. Hęc tamẽ in primordio magis cõcępta,q̃ cõclusa fuere.

CA. XXX.

Maximilianus dux,cõuocato terr̃ę cõcilio apud Alostũ,quę a regę Francię in perpetuũ fœdus offerebãtur,audiuit omnia mense Decembri. Mox de cõsensu cõcilij sui approbauit,& solennes ex suis oratores remisit in liberã ciuitatẽ Atrebatẽsem: ut quę pridẽ in eo loco fuere cõcępta,nũc certis adhibitis modificationib⁹, ad plenũ cõcluderentur. Erant oratores ex Flãdria abbates quinq̃, cum militibus,& militaribus eius regionis. Articuli uero plurimi,super dotalitijs, & medij temporis terrarum statibus, & super casibus qui prospici poterant: ut omniquaq̃ rebus cõsultũ uideret̃,cõcępti fuere,qui tum placuerũt. Verũ cum rex ex cõuẽtione remitteret solẽnes nũcios,qui puellã deducerẽt in Frãciã illi⁹ gẽtis morib⁹ educandã,data est in man⁹ comitis de Belloioco,& cõiugis suę,quę filia erat regis Ludouici. Sequuta est illã Katherina de Geldria, Adolphi ducis filia, postea data coniunx Renato duci Lotharingiæ. Dux Maximilian⁹ iniquo tulit animo,filiã duci in Frãciã: sed ea qua cętera tum facilitate permisit. Indignatus tñ Flandrẽsibus, redijt in Antwerpiam. Tum gubernationẽ filij fertur suasu cõcilij permisisse cognatis de materno sanguine,Philippo de Rauensteen,Philippo de Beuers,de Gẽthusen,& de Rapeghen baronibus: quã postea magnis de causis cõmissionẽ reuocauit,missis literis per Flandriã & Brabantiã: Nam hoc erat protin⁹ exui omni administratione terrar̃,& nihil agere in oñi ditione filij. Flandriæ uero mẽbra,cum memoratis de sanguine proceribus cõgregata, literas reddiderũt rationabiles causas prętendentes,cur filij tutelam gerere pater non posset: offerentes stare iuri in Perlamento Frãcię,aut corã regę, qui supremus Flandrię dñs censeretur. Dux uero tum mouit in Traiectũ: Nam ciues euocatũ specie pacis epũm tenuerũt captũ. Dux aũt obsessam pene duobus mẽsibus ciuitatẽ cępit. Ibi uero tum rebus ex sententia cõpo

ſuis, tam cum Gelrenſibus, q̃ Cliuenſibus, oratoribus noui regis Francię occurrit: Nam Ludouic⁹ pater in fata cõceſſit: cui uix pubes filius Karolus in regiã dignitatẽ ſuccedit: qui primordia regni pace & recõciliatione pulchriora fieri reputabat. Venit Antoni⁹ de Burgũdia Karoli ducis frater, cõſanguineus naturalis, & duce ſalutato, uerbis regis generi ſuo pertentauit res cõponere inter ducẽ & rectores Flãdrię, ac nubilis filij ſui tutelam gerentes: in quibus erat Antonij fili⁹, Philippus de Beueren. Sed fruſtra rem tentauit. Perſentiens dux q̃ Brabãtini cõſpirare inciperent cum Flandrenſibus, burgimagiſtrũ Antwerpiẽſem Machlinię cõprehenſum, deduci iuſſit in opidum Viluordiã: ibiq̃ gladio feriri, q̃ conſpiratione in ſuum principẽ, cui ſacramenta pręſtitiſſet, & alere, & augere diceret: conquieuitq̃ perinde Brabãtia & in fide permanſit. XXXI.

Er tempora aũt ſecundi & octuageſimi anni, inter alia multa quę inſignia gerebant in multis terris, cõſpicua fuit mors duoꝝ principum ętate noſtra in regionibus noſtris maximorũ. Mortu⁹ eſt enim. XXII. Maij rex Danię Chriſtiernus princeps humanitate, & clemẽtia illuſtriſſimus: quẽ ſua liberalitas, quę pręcipua uirtus eſt principũ, ſępe ad indigentiã, quod dictu mirũ eſt in tanto rege, cõtruſit. Sed non potuit egere diuin regnis opulentiſſimis. Qui ſi rerũ ſuarũ ordinẽ tenuiſſet, quẽ tamẽ in regnis aquilonis difficile eſt ſeruare, omniũ non modo noſtrę ętatis, ſed multorũ ſęculorũ clariſſimus rex habit⁹ fuiſſet: nũc etiam inter clariſſimos aquilonariũ regnorũ numerandus. Circa feſtũ quoq̃ diui Iacobi rebus exceſſit humanis uictorioſus dux Brũſwickcẽſis Wilhelmus nonagenarius: qui comitatus plures ſuę adiunxit ditioni: Euerſteen, Wunſtorp, Hallermund, Welpe, & Hõborg, quatuor comitatus cum uno dominio: Septem capitalibus pręlijs (ita uocant cum totis cõfligitur acieb⁹) dimicauit uictor: quod pręcipuũ & rarũ decus ferunt noſtrorũ temporũ. Sed hoc antiquis cõferri non poteſt ducib⁹: quorũ alij quinquaginta, alij etiam ſeptuaginta pręlijs dimicarũt. M. Marcellus &. C. Cęſar. Erat tum alia ratio belli gerendi: ſed proculdubio, neq̃ ingenio, neq̃ uirib⁹ minor. Primũ Wilhelmi pręliũ in Bohœmos erat iuxta opidũ Brux in eo regno ubi hoſtib⁹ profligatis campũ ipſe tenuit. Secũdum erat in militares Hildeſemenſis dioceſis, homines ubi cõſpirant unũ ſentiẽtes, magno principi non impares uirib⁹: Dimicatũ eſt ad opidũ Gronde. Tertiũ aduerſus regem Danię in aurora ad opidũ Flensborg in die ſanctoꝝ omniũ, cũ Wandalicis urbib⁹ dux militaret pro ducibus Sleſwickcẽſib⁹ propinquis ſuis Quartum erat in Turcum, cum pro Imperatore Sigiſmũdo in acie cõfligeret uictor apud Galatiã. Ea aũt pręlia non ſatis ſunt explicata in annalibus. Quitum erat in archiepiſcopũ Moguntinũ non longe ab arce Homborg, Sextũ pręlium in comites de Hoya, in diſtrictu comitatus de Welpe. Septimũ in Mauricium de Oldenborg comitem, cum hoſtes eius numero & uiribus pręſtarent. Octauo congreſſus morti ſuccubuit: qui eſt exitus omnis carnis. His trophęis inclytus dux gaudet diu memorandus inter ſummos principes: Filios reliquit Fridericum, & Wilhelmum: Ex

Wilhelmo uidit nepotes.

CA. XXXII.

Vo etiã tempore Holſati in cœtũ cõuentumq; Kilonẽ exciti: ut
q de principe deligendo, quod ipſi uocant, deliberarent: aderat Io-
hannes Chriſtierni regis maior filius, iam Danię rex uiuo patre,
& in Sueciã electus, in Norwagiã uero hęreditario iure ſuccedens: quod
ius etiã fratri tituloten⁹ permiſit: ſolus ille regnans. Fridericus eius germa
nus frater iam impubes nihil agebat. Sed hoc inter proceres preſente am
borũ principũ matre agebatur, quomõ in ducatib⁹ ſuccederent Sleſwick
cenſi & Holſatię. Ibi tum uiſum eſt multis ęquũ: ut qm̃ Iohãnes rex ma-
gnis prędítus regnis patri ſucceſſit, fratri permitteret ambos ducatus: al-
terum beneficio feudi unde regi obſequereť: alterũ cõpenſatione regno-
rum: ut quadã parilitate, illi quoq; regis filio, de paterna ditione magnum
aliquid remaneret: idq; matrẽ amborũ initio ferunt cõtendiſſe, & procul
dubio perfęciſſet, niſi utrũq; ſuũ eſſe filiũ teſtata, ambobus mallet proſpi-
cere q̃ uni: Sciebat fluxã fidẽ regnorũ. Iam enim dudum Suecia defęcit a
parente. Ideo facile in eam ſententiã Danor⁹ pceribus accedẽs inclinauit,
arbitrantiũ æquũ eſſe: ut qm̃ duo regna Daniæ & Suecię eſſent electiua:
ut aut Fridericus Norwagiã pro ſe deſumeret, & fratri dimitteret ducat⁹
ad ęquationẽ eius regni: aut ſi id nollet, ex ęquo pateret diuidi ambos du-
catus: ut utriq; ex ſucceſſione, in utroq; pars proueniret. Itaq; factũ eſt, ut
cõciſos minutĩs ambos principatus partirenť: Danis maxime cõnitenti-
bus, ut poſt fratres, quos german⁹ deuincit amor, nepotes forte diſſidẽtes
facile eſſet ad unitatẽ reducere: cum utrobiq; poſſideãt utriq;, unde ſe tu-
eantur. Erat eodẽ anno alius quoq; cõuentus in Rendesborg, ubi de ſta-
tu, & omni regionis conſiſtentia, ſuper immunitatibus, quę nõnullis locis
permiſſę eſſent, ſermo habeatur: Sed tum nihil ſuper his eſt conſtitutum.
Maior autẽ cõuentionis cauſa fuit precaria: q⁹ multis quæ relicta eſſent a
rege debitis exoluendis, magno opus ęre uidebatur. Annuerũt prędati &
militares: ut ex quoq; uomere bini ſoluerenť aurei: Quæ pecunia tum ita
diſtributa eſt in multos, ut uix modicum quid acciperet, qui ingentibus
ſummis ſua pridem impendiſſet. Ita liberaliſſimi principis multæ largiti-
ones depoſcerunt.

CA. XXXIII.

Aximilianus dux Auſtriæ, dum in Traiecto inferiori accepta in
m deditionẽ ciuitate, omnia pro uoto cõſtituiſſet: muriq; parte de-
iecta portã incaſtellaſſet: in quã impoſito præſidio curauit ne ad
rebellionẽ redirẽt. Interim per abſentiã ei⁹ creuit audatia triũ Flãdrię opi-
dorum: quę frequẽtibus ad regẽ Francię legationib⁹ utebanť. Perteſum
eſt ducẽ eius rei, & immiſſo capitaneo, fęcit teneri redeũtes ex Frãcia ora-
tores eorum. Philippus de Rauenſteen curauit ob id de medio fieri eun-
dem capitaneũ. Interim Wilhelmus Rim Gandaui, homo audaciſſimus,
duci rem omnẽ eo loci fęcit aduerſam: Dux tñ diſſimulãter per occiduam
Flandriã tranſiens cum expedito agmine, fertur cõſtituto die opidũ Bru-
genſe irrunpere cõſtituiſſe, accepto cum quibuſdã opidanis, quos cõſcios
habuit, die, quę eſſet uigilia ſancti Matthię, quo applicaret. Sed cum eſſet

biſextilis ille annus, idq; a duce minus aduerteret, priori fertur aduolaſſe die: ſtetitq; explicitis ſignis & agminibus extra portã, expectãs aperturã, de qua ante cõueniſſet: Sed reb⁹ in urbe imparatis, ſtetit ocioſus: cœpitq; tumultus in urbe, uel ſuſpicantiũ, uel deprehendentiũ proditionem. Itaq; iugulantur aliquot boni uiri & deſeuit gladius in urbe publicus. Per quę tempora adunatis Gandaui mẽbris, uerbũ fecit preſidens Flandrię de gerendo bello in archiducẽ Auſtrię, qui adminiſtrationẽ quęrẽs rerq; filij ſui terram turbaret: Inſuper accuſabat ducẽ de inito fœdere cum Anglicis, quod patrię ſtatuta uetuiſſent. Cunq; longa oratione in eã rem peroraſſet rogauit ſentẽtiã ſingulorũ: Iuſſi dicere primũ abbates, unus reſpõdit pro omnibus: Ne forte inquit quis in uerbo reprehendat, operępreciũ uideri omni clero cõuocato, reſponſum edere ſcripto: Idq; placuit. Reſpõſum eſt ergo poſtera die tribus pręcipuis in omni cõtrouerſia capitibus, per ſummas rationes & optimas cauſas eliſis: Quorũ primũ erat de cauſis prohibendi ducẽ ab adminiſtratione legitimę tutelę, quas cum omni modeſtia obtriuerũt, non uiſas eſſe legitimas aſtruendo: Alterum de precibus pro pace ad Deum interponẽdis, facile fuit annuere: quia debitũ erat pollicęri. Tertiũ de ſumptibus cõmuni onere ſupportandis per belli tẽpora, quę ſunt bona ratione a clero ſubuerſa. Gãdauẽſes aũt pro cõſueta temeritate multa ſibi arrogauere: Miſſam ad ſe legationem ex Francia cõtempſere: Omnia oportuna bello loca occupauere, Sluſam, Cortracũ, Aldenardũ, Geraldi montem.

CA. XXXIIII.

Enerat deinde anno quarto & octuageſimo, ſolennis ambaſiata ex rege Francię: Archiepũs unus, dñs Antonius de Burgũdia. Principes aũt de ſanguine cũ pupillo Brugas ſe recępere, q; proſpicerent ducem oratorib⁹ regijs occurſurũ Gandauũ, ne preſentẽ filium abiens ſecũ abduceret. Sed dux ipſe Bruxellis remanſit. Gandaui autẽ legatio regis acerba depromit: Non placere regi, quã Flãdrenſes prętenderent ducis dehoneſtationẽ: q; ſocer regis eſſet: q; Imperatore Romano patre illuſtraretur: honorẽ eius eſſe regi penitus animo: eumq; multis ex cauſis tueretur: Impiũ eſſe filiũ abſtrahere patris gremio: Proinde paratũ regem, niſi reſipiſcerent ab errore, decẽ militũ millibus adiuuare ducẽ. Conuentus deinde omniũ placito indicit in Teuremũdam (limes hic eſt Flandrię) ubi cõuenere principes de ſanguine, Flandrię ſtat⁹, dux ipſe cum magnifico comitatu. Poſt multa inuicẽ tractata, cõuenit inter omnes, filium patri reddendũ, eo q; non alienus eſſet, ſed legitim⁹ tutor rerum filij: & q; penſi plurimũ apud omnes mortales habere uideretur, caput eſſe illũ ordinis ac fraternitatis de Aureo uellere, inſtitutę per Philippum ducẽ, Karoli patrem, pueri maternũ proauũ: Additũ, q; officiarij in ditionib⁹ non extranei Alemãni, aut Burgũdi, ſed indigenę pręficerent. Hęc q̃uis cõuenta placuiſſent, tñ ad exequutionẽ peruenire non poterãt, tumultuante populo trium in Flandria urbiũ. Cõtederunt tum Flandrẽſes ſummopere nundinas Antwerpię cõturbare, quarũ munere ea urbs excreſceret in immenſum, in magnũ Flandrię detrimentum: ęgerũtq; cum Anglicis, ut pannos

ſuos Brugas perducerent, ibi diſtrahendos: ut emporiū illud ſuo honore atq; emolumento non fraudaret. Multa in eam rem egiſſe cōtendit Iohānes Capenolle Gandauenſis capitaneus, ex caligarū factore in eum modū proficiens: qui cum quingentis egreſſus urbē armatis, per Aloſtum locis oportunis, itinera petentiū Antwerpiā conatur impedire. Iterum interuentu Romanorū Imperatoris cōuentus indicitur ad res cōponendas: q̄ altioris honoris locus filio pararet: Multa tñ fruſtra ſunt attentata. Interim Saſtungen firmauere Gandauēſes præſidiū: ut de Scaldi flumine nemo poſſet in Brabantiam peruenire: Quę res incōmodo non paruo affecit Antwerpiēſes. Cunq; illi ſe aliqñ ex aduerſo in armis oſtēdiſſent, Gandauenſes prodeūtes magna multitudine, non longe Antwerpia, in fluminis ripa ligneū ſibi firmauere pręſidiū, Roboreā appellāt domū. Ex aduerſo aūt iuxta Carthuſiā firmatū eſt ſimile ab Antwerpiēſib⁹ receptaculum, Truncalis dom⁹, ut alternis minis ſibi obiacerent, ictib⁹ uanis bōbardarū tonātes in aera. Adiere deinde ducē multi nobiles, qui auxilia illi in Flandriam obtulerunt: ſed non erat Maximilianus pręceps oppugnare ſui filij ditionē. Inter alios Wilhelmus de Arberg, cum apud ducē cōtempta uideret quā afferebat opera, ſe Gādauēſib⁹ in ducē prębuit capitaneū: Sed neq; ibi accęptū habuere uirę ſanguinariū. Vocabāt Gādauēſes Antoniū de Burgūdia: Sed illo recuſante, Iacob⁹ de Sabaudia, de Remōt, & ſancti Pauli comes aſciſcit. Ille ueniens cōciliū Brugis contraxit ex animo agens de cōcordia inter partes, ne regis ſui incurreret offēſam, ſi pręcipitaret bellum, quod regi diſplicere uidebat: nam ex illi⁹ erat ſentētia, futurū ſocerū ſuū non excludi gubernatione terrarę, & ab adminiſtratione rerę filij ſui. Sed nō erat q̄d duras poſſet inflectere ceruices Flamingorę. XXXV.

INterim dux Maximilian⁹ in Zelandia ſedit pro tribunali, uocās in iudiciū Wulfardum dñm de Veris, q̄ cōtra ſe dñm ſuum defendiſſet Traiectēſes: Ille locis ſe tutis cōtinet. Diſcedēte duce, ille reuerſus puniuit quoſdā ex ſubditis, qui pręſente duce in ſe dixiſſe teſtimonium ferrent: Nec fidens diutius ille prouincię, ſarcinis cōpoſitis, cum uxore liberiſq; cōtendit Gandauū, q̄ nuſq; alibi ſecurus a duce uideretur, accuſabatq; ducē apud amicos in Francia, q̄ uxor eius inde orta eſſet, fingens q̄ filias ſuas dux Alemānis ſuis copulare cōiuges niteretur, ut odiū illi conflaret. Inde rectores opidorū in Flādria principaliū, miſſis literis, capitaneos ſollicitabant, magnis promiſſis inuitantes, ad gerendū bellum in ducem. Dux aūt mouēs ex Mechlinia, non cōtemnēdo exercitu deſcēdit in Flandriam, Aloſtū, Teuremondā, Aldenardū, & reliqua oportuna loca in poteſtatē accepturus. Primū Aldenardū minis ei⁹ cōceſſit: Inde Teuremonda. Multa fiūt leuia pręlia, Incōmoda, damna ſine fine, uaſtationib⁹ incendijs, gladijs. Flandrenſes militū Frācorū inſolentiā non ferētes, ſe ab illis abſoluūt, uerſuſq; in Francos dux ſępe eos profligauit, qui ſtarent pro urbibus: In opidis (ut fit) uaria hominū ſtudia cōciuere crebrā in illis turbam: Nam qui ducē auſi ſunt, uel nominare, mox ut ꝓditores proſcribuntur, Hunc rerū ſtatum miſeratus ipſe dux, cum non poſſet in authores in-

famię ſuę uindicare: ꝙ eū dicerēt dilapidatorē rerū filij, inutilē terrarū gubernatorē, ueniſſe ad eos inopē ut ſaginaretur, nihil eū ſuis uiribus poſſe. Maiorē exinde manū militū dux ipſe cōtraxit: ut oſtenderet cōtumacib⁹ fabulatorib⁹ quid mererent. Ergo multis locis Flandrēſes ſternuntur: In Niniuero, in Geraldi monte, cęteriſq; locis: Nec illis profuit Gallica militia quam habuere: Vltor ſuperbię Deus aſtitit duci, & uindicauit in cōtumaces: niſi ꝙ authores ſcelerū, gubernatores maiorū urbium non attigit: Vaſtitas tñ terræ pertinet & pertingit ad omnes. Interea cum multa ſæpe fierent in inquirenda inueniendaq; pacis media, per principes, per ſubmiſſos oratores, per clerū regionū: nihil tale potuit excogitari quo placarent animi Flādriam gubernantiū: Pertinax erat ſtudiū partium. Videbatur ęqua depoſcere Maximilian⁹: ut tradito in manus ei⁹ filio, ſex utrinq; arbitris cauſa mandaretur agenda. Sed nihil apud pertinaces: Arbitrabant id quod ueriſimile fuit: ſi ſemel in paternas manus filius recidiſſet, difficile iterum eruere fore: Nec tamen formidabant puellam germanā in manus dare Francorum. Sed durius illis uiſum carere puero q̄ puella: Illa enim tranſit in ius mariti.

CA. XXXVI.

Er quod tempus, ne diu Saxonia inconcuſſa maneret, Hēningus
p Hildeſemēſis epūs, qui multa fęcit priuſq; ad tranquillam eccleſiæ ſuę gubernationē peruenirēt: cum poſt ſeptem annos perſentiret necdum eſſe emollitos ad plenum ſuorū in ſe animos, & ad tranquillitatē iam grandęuus aſpiraret: cum propinquo ſuo Bertoldo Verdēſi epiſcopo loquutus, modeſta ſibi reſeruata portione ęgit, ut ille acciperet eccleſiā apoſtolica prouiſione, ſuę nihilomius Verdēſis adminiſtrationē papali prouiſione, conſentiente utroq; capitulo, retineret: Idq; annuentibus utrobiq; patribus in capitulis, prouidente ſummo pontifice, ita eſt cōſtitutum. Hēningus apud eccleſiā quiete ſibi cōſtituta, totus in Deū conuertit. Bertoldus multa nobilitate ſtipatus, ad Hildeſemenſem eccleſiam omniū gratulatione introducitur. Non tamen fuit diuturna eius ad ciuitatem & ciuium in ſe tranquilla conuerſio: ꝙ neq; integro affęctu ciuitas dimiſiſſet Henningum ſuum, pro quo tanto labore ſudaſſet, & iam apud Bertoldū licere ſibi quod merita pręſumeret non uideret. Itaq; aduerſantē animū ſtatim in apertum bellum habuere paratū: Omnis eccleſię militia cum magna parte capituli inhęſit, ut debuit epiſcopo. Henricus dux Brunſwickcēſis Wilhelmi filius, iam rerum potitus, ipſis Hildeſemenſibus aduerſatus, epiſcopo tulit ſuppetias. Cauſa belli tāti, ꝙ exhauſtę bellis eccleſiæ ſuccurri poſcit a ciuib⁹ pōtifex, permiſſa rei; in urbe uenaliū tolerabili impoſitione (Gabellam Itali uocant) Sed cum ciues induci non poſſent, armis cogendi, & malis edomādi uidebantur. Sed durum a ſtirpe genus frangi potuit, flecti non patitur. Multa uiciſſim fuere leuia pręlia: bis dux iunctus epiſcopo, totis agminibus in urbem uerſus, oppugnauit: Aliquādo dimiſſis iumentis in pedes cōſtiterant, properātes ad proxima urbi repagula: ibiq; ſtantes in aduerſos ciues pugnauere. Egreſſi deinde ciues, Sublimē, quam uocant, Hamelen expugnāt, ibiq; captos aliquot militares abſtraxerunt:

Crebrius ad uicina uaſtabundi procurrunt, eodem ſole reuerſi in urbem. Multa inuicem intulere incõmoda. Vicinæ urbes, ꝙ cauſa quoꝙ illarum agi uidebatur, tulere ciuib⁹ auxilia. Venerat comes de Retberge cum expeditis de Weſtphalia militibus trecentiſquinquaginta, petiturus urbem Hildeſem, ut illis militaret. Id reſciuit dux Hēric⁹, ſtatuitq; cũ eccleſię militaribus oportuno loco illis inſidiari, inter Leynã & Deiſtriã, ad montem quem uocant Peuters, incurrerunt captis omnibus. Sed tum ſe maior hoſtium man⁹ prodidit. Brũſwickcẽſes, Luneburgẽſes, Goſlariẽſes, Magdeburgenſes, Embickcẽſes, Gottingenſes, Northemẽſes, Stendaliẽſes, hoſtilia nũciauere, & collatis armis introduxere, nemine in aduerſum prodeunte, per munitionẽ Buckẽdal: epiſcopos Oſnaburgẽſem, Myndẽſem, de Lippia, de Hoya, de Scowenborg, de Diepholt, comites & barones, & Henricũ ducẽ de Brũſwico Trãſſyluanũ de Grubẽhagen, qui magna ſpe ingreſſus, ꝙ ad poſſeſſionẽ aliqñ antiqui, ut ferebat, dñꝝ, ducat⁹ de Brunſwico, tantis collatis in unum armis, reducereť. Sed tũc incõmoda multa ſunt collata terris: Opidum Sarſtede exuſtum, magnis licet uiribus defenſum. In terra Brunſwckcẽſi multa eſt uaſtitas irrogata, & poterat eſſe maior, ſi unũ omnes ſenſiſſent: Multę quoq; exuſtiones in terra Gottingẽſi: Nec aliud tanto molimine peractũ eſt, q̃ ut rurales caſæ per agros exurerentur: agri uaſtarentur: prędę abigerenť: Aliquot uiciſſim captiui alternauere. Sed nihil tale prouenit, quod ęquaret captũ cum cõmillitonibus comitem de Weſtphalia, duobus fere annis tracto bello.

XXXVII.

a Nnus erat octuageſimuſquintus, cum graui inuicem odio, hinc dux Maximilianus, inde uero Flandrꝝ ſęuirent: quibus erãt ductores Iacob⁹ de Remont comes ſancti Pauli, & Philippus Deſquordes cum armatura ſua. Statim uero cœperũt eſſe Franci Flandrenſibus ſuſpecti, ꝙ colloquiũ foueret, alter cum Phillippo de Rauẽſteen, duci tum adhęrente, ex eo die, quo placita inter oratores regis cõſtituta Flandrenſes non implerent: alius etiã, ꝙ criminaretur ipſi duci uerbũ fæciſſe. Itaq; formidãtes Flãdrꝝ ne in manus ducis proderenť, paulatim ſe a Frãcis retraxere. Percrebuit rumor, ꝙ in manus ducis iterũ tradẽda Brugenſis urbs diceretur. Iterum tumultuatio grauis in ea cõſurgit: noua in ſuſpectos cõcitatio: Nec Gandaui maior erat tranqullitas: Cum enim multa foris experirenť aduerſa. Wilhelmus Rim, & lohãnes Capenolle cum manu ualida contenderãt Aloſtum: Interim Matthias Speiart exoritur, alius in Gandauo capitaneus, qui partibus ducibus populũ, cum abeſſent capita factionis, inclinauit: miſſiſq; per fraudem nuncijs Aloſto euocauit Wilhelmũ & lohãnem memoratos, ſpecie magnæ rei, cui adeſſe oporteret, contrectandę. Mox uincti trahuntur Gandauum. Wilhelmus cum Daniele quodam plectitur capite: Matthias a rege Frãciæ, ad quem ibat orator, militari cingulo, ut eſſet aurat⁹ miles, decoraťur. Manſit igitur Matthia ꝑcurante, diu cum filio pater. Cũ iam indignareť offenſa urbs ꝙ numeroſior q̃ cui poſſet obſiſtere, dux eſſet intromiſſus, cęſis gladio qui ferocius ſunt inuecti, cunctis uidentibus, dux filiũ ſuum tranſtulit Bruxellas.

Sluſę aūt inſulę prędęctos dux ipſe deſtituit, cuncta in ſuam truſſerrens po teſtatem. Interim Wilhelmus de Arberg artis ingenio captus, ſupra Mo ſam Traiędti gladio cędditur, ꝙ epūm Leodienſem occiderit, ꝙ officialem eius oppreſſerit, ꝙ ligā cum Frācis duxerit: Omnia iam ex ducis ſentētia conſtituūtur: ꝙ qui rebellionis conſcij inuenirentur, ſi de aurei uelleris or dine eſſent, per fratres, cęteri per legiſlatores punirent: Innouatis Ganda ui legiſlatoribus (ita uocant qui concilium publicum faciūt in opidis, per ſingulos annos iuſſu principis renouati) multi ſunt proſcripti, multi in uin culis habiti. Hoc etiam ſtatu, cum iam dux uictor hoſtiū uideretur, in Le odienſes quoꝙ, qui quieturi non uidebant, incꝙ opidū ſancti Trudonis, quę placuere cōſtituit. CA. XXXVIII.

Vrabat per id tempꝰ bellum in Saxonia, in quo ſua quiſcꝙ odia
d proſequitur. Gottingēſes tum cępere arcem Iunde, & caſtellanū eius duxere captiuū: Opidū Northem ſub arce Hardēberg ca ptum & incineratū. Goſlarienſes arcem Hartesborg expugnauere, quę il lis ſemper erat in diabolū malum. Sed Hēricus dux Brunſwici, in ſocieta tem deuocatis militaribus eccleſię Hildeſemēſis, adequitabat Goſlariam, oſtentans illi cum non multis. Ciues elati recenti uictoria facile excurrūt: ducem, ut putabant, nullo negocio repulſuri: Ille, quod non cauebāt, ſimu lata fuga, retrotulit pedem. Ciues immemores, quid recenti memoria Em bickcēſibus acciderit, acrius cedentē perurgent ſequentes, donec colloca tis inſidijs intercępti cęduntur, capiuntur, abducuntur, ęre emunguntur. Stabat in urbis porta uir militaris, caſuum illorū perititiſſimus, qui ciues ſequi ſuos parantes, uix potuit in tuto continere, ne in idem periculum ſe quentes cum prioribus laberentur: Cernitis, inquit, turbatos ordines, ue ſtros cędi, capi, fugari: Et quid niſi in apertum ruitis periculum? Si iam eo peruenirſetis nihil uobis proſperius q̄ intentare fugam, ſi permitteretur. Sic agitur cum urbicis, poſteaq̄ audacię ſuę nullum ponunt modū. Quis nocuiſſet ſtantibus intra ſua mœnia? Quis uel ad proxima pugnantibꝰ? Satiuſcꝙ erat amittere pauca quę abigerentur iumenta, q̄ talem uidere exi tum, dum audent procurrere, & ut ipſi putant, oſtentare uires, certare pro gloria, quibus ſatis ſupercꝙ eſſe debuit, incolumitatē ſuam tueri. Aeque enim proficiunt militares in mercaturis, & ciues in armis; Sorte ſua con tenti ſunt pauci. Sed hic ſit huius modus uoluminis.

FINIT LIBER

DVODECI

MVS.

SEQVITVR LI.

BER. XIII.

MAXIMILIANVS AVSTRIAE DVX,
iamdudum in occiduis partibus uictor, cum post Fran-
cos intestina bella cunctos domuisset Flādrios, euocat
m ab Imperatore patre Coloniam, cumq; eo profectus est
Francfordiā ad cōuentum, quem idem pater indixerat
principibus electoribus, ut de rege nouo cōstitueretur:
quę res iam ipsi duci inclinare ac propendere uidebat:
Mutauit iam Fridericꝰ sententiā, qui superioribꝰ annis ea de re a principi-
bus interpellatus fert respondisse: Filiū nos nostrū propius agnoscimus:
scimus non esse rebus gerendis idoneū: Nec uolebat ulla de re minus, ut
ferunt, audire, q̄ illa. Id siue ex sententia dixerit, siue quadā simulatione prę
tulerit, siue etiā magnū onus administrādi Imperij euiscerati filio auerte-
rit incertum est. Poterat tñ illū ad mutandā sententiā inflectere, & matu-
rior nūc ętas filij, & recens de hostibus uictoria: Magno enim ore multo-
rum efferebatur, q̄ sine paternis armis, sine amicorū ope, tantā in Gallos
& Flādrios rem peręgisset: q̄uis pro magnitudine hostiliū uiriū satis erat
uicisse, dum tantis armis non cederet. Igitur uolentibus cunctis rex creat
Romanorū Maximilianus anno sexto & octuagesimo post millequadrin
gentos: exemplo Karoli. IIII. recentiori, qui & ipse uiuens filiū sibi cura-
uit regem substitui: Sed in hoc gloria Maximiliani maior, q̄ ibi pater Ka
rolus ut proficeret cœlum fatigauit & terrā, hic Fridericus ut fieri patere-
tur uix potuit inflecti. Ibi nullis rebus prędare gestis Wentzlaus, incertū
qualis rex futurus, assumitur: hic uero multis euectus uictorijs inclaruit.
Inde uero Aquisgranū perductus nouꝰ electus, magna omniū cōcurren
tium principum alacritate, multa nobilitatis frequentia, adhibitis, quos su
pra ostendimus magnificis apparatibus, per archiepiscopū Coloniēsem,
cuius est ista prouincia cōsecrat rex Romanor. Interea multi in Flādria
Brugis cędunturꝰ gladio: alij ęre mulctant: nōnulli proscribunt, tumultu
omnia ciuili, q̄ ciues correptis signis suis in forum armati per turmas, pdi
erunt: ibiq; stantes, clamore suo urgebāt ad mortē quos uoluere. Sed hac
uice comes de Nassow rem gerebat pro rege. Creauerat enim illū rex ui-
carium suum per absentiā. Dñs de Veris, quē extra Maximiliani gratiam
agere diximus, filiā suā dedit cōingem Philippo de Beueren, Antonij de
Burgundia filio: ut per illum rediret in gratiam: nec est frustratus expe-
ctatione sua.

CA II.

Er quę tempora in Anglia cęso in acie Richardo rege, Henricus
p de Richemont comes, nepos per patrē Hērici regis. VI. regnum
accępit, quod hodie tenet: cadētibus in acie cum Richardo qui
suę partis erant. In Cameraco interim inter iam duos reges Romanor & Francię agebatur: cōgratulate per nūcios Francię rege, Romanorū regi Maximiliano, de honoris incremento: miratus tñ, q̄ ipse fururus eius ge-
ner ad solennitatē coronationis inter cęteros principes non esset euocatꝰ. Matthias Vngarię rex hāc Maximiliani assumptionē studio magno prę-
uenire constituit, ut impediret: sed non pręualuit: cōtendentibꝰ cunctis, q̄

tantę nobilitati,& ut apparuit in eam diē uirtuti,is locꝰ in regno deberet. Impletis ergo solennibꝰ cōsecrationis,rex in occiduas filij partes reuertit. Sequutus est illū pater eiꝰ Friderictꝰ Romanorꝝ Imperator, non illo splendore,quo solebant olim Romanorꝝ principes,nec illo apparatu,quo consueuissent eius regionis homines suos principes intueri: meliusqꝫ aliquanto fuisset,omnino non uenisse,q̄ in ea negligētia tantā despici maiestatem. Venerat tñ,& in Gesoriaco,hoc est in urbe Brugensi,cum filio rege aditꝰ est a Venetorū oratoribus,gratulantibꝰ utriqꝫ: cum Hermolaus Barbarꝰ uir memoria dignꝰ propter literas sempiterna,splendida oratione,quę extat,Imperialē & regalē maiestatē,magnifice extulisset: muneratꝰ cum collega aurea militum dignitate. Interea Leodiensibꝰ ad pacē per arma redactis cum dños de Arberg sibi rex Romanorꝝ cōciliasset, priusq̄ in Francos duceret,suos iussit Cameraci obuiā prodire regis Francię oratoribus Ibi multis in mediū adductis cum non cōueniret inter utrosqꝫ,de restituenda regi filia,decꝫ accæptis in potestatē urbibus, res sine fine permansit: & remissę sunt Romanorꝝ regi literę ab Francis cōtumeliꝫs plenæ,quid se archiducē scriberet cum non esset,uiuente adhuc Sigismūdo Austrię duce: de Romanorꝝ quoqꝫ regno cœpit irrideri: quid inani titulo se iactaret cum Romę nihil aut potestatis,aut ꝓuentus haberet? Tum rex Romanorum cōparatis agminibꝰ,duxit in Morinū, incꝫ sanctum Andomarū: & amissas per bella Flādrię urbes & arces,uaria quidē fortuna recępit: cum in opidum sancti Quintini duceret,cōperit Frācorꝝ exercitū propinquare: certiorqꝫ factus de quo rūdam suorꝝ in suū caput cōiuratione,exercitū dimisit,secꝫ recępit ad Insulas,splendidū Flandrię occiduę opidum: Ibi sequutus eum pater cōuenit: Quid uero cum illo ęgerit secreto incompertum est: Cæterū illū ad cunctationē,qua ipse creberrima uteret, creditur induxisse. Sed rex Morino prefecit Salazart Hispanū,Sancto Andomaro Philippū de Rauēsteen. Pertrāsiens aūt opida minora, sacramenta ibi iussit renouari in suā personā ad prefectū filij Philippi. Inducię cū Anglicis iam pene expirantes, propter mercatores regionis, in Calisia renouari tentabantur: Sed suspensos tenuere Anglici regis Romanorū oratores, expectātes quē exitū haberēt res eiꝰ cum Frācis: discesserūt a curia Frācię regis nōnulli principes,quos erat ptesum fœminei imperij: Nam per uxorem comitis de Belloioco,quæ regis esset germana soror,res oēs administrari uidebant. Dux Aurelianēsis,& si corā hominibꝰ uxorē tenere uideretur filiā regis Ludouici,alterā Karoli regis germanā,animo tñ ille abalienato,filiā ducis Britāniæ cōiugem petebat: Alij etiā alio dilapsi,curiā regis uacuabāt. Anglici tñ sobrias cum Flādrensibus inducias pepigerunt: Missi enim Brugas ad Romanorꝝ regē nūcij regis Hērici,hoc pacto pepigerūt,suspensis rebꝰ,ut si cōtinuande essent inducię, hoc ante festū Iohannis ꝓxime uenturū innotesceret utrinqꝫ: Sin minꝰ, ante sex hebdomadas hoc uicissim alterutris denūciaretur. CA. III.

m Aximilianꝰ interim rex cum intelligeret Anglorum molitiones nec ipse solidū ad fœdera habuit animū, auscultans Margaretæ,

quę relicta erat Karoli ducis Burgundię: ut filiũ fratris sui ducis Clarẽciq̃ paratis in Sluſa nauibus, adiuuaret ad conſequendã generi ſuo debitã regni coronã: de qua re eſt poſterius attentatũ; Nauim inſtructam permiſit eidem dñę, quã ipſa cõſcendit Hiberniã petitura: ut eã cõciliaret filio fratris ſui memorato. Interim Brugis Romanorũ rex cõmoratur: Audiuit ibi oratores ducis Britãnię, nũciantes ad illũ profugiſſe ducẽ Aureliani, auxilium & ſocia arma rogantes in Frãcię regẽ: Decernũtur illis duo equitum millia. Aderant etiam nũcij regis Caſtellę, quibus pro tempore, quod in rem uidebatur eſt reſpõſum. Sed & principes electores, miſſis ſolẽnib⁹ nunciis, quę ad Romanor⁹ regnũ pertinebãt depoſcere. Summa aũt cura regi fuit, grariũ inſtruere: ut gerendi belli neruus in expedito eſſet: In quam rem cõuocati ſtatus Flandrię, clauſtrales, eccleſiaſtici ſęculares, magnũ ęs depoſcebant. Spirituales quidẽ, quod iuris erat obtenderant: ſe non poſſe niſi conſulto ſummo pontifice, in ea re quicq̃ cõſtituere: facturos tñ de benignitate, quantũ iure ſinant, ſi ſuis libertatibus reſtituãtur: Flandrię multa cauſantur, exhauſtas populi uires, crebris cõtributionib⁹: iam non eſſe in eorũ facultatibus quod elargiãtur: Quippe qui annos octo ſub Karolo, & nunc pene decẽ ſub ipſo rege multa exanclaſſent bella: Nam annus tum erat ſeptimus & octuageſim⁹. Sed res tum infęcta permãſit. Creſcebant aũt in urbibus Flandrię uehementer primũ murmura, deinde aperte indignationes, q̃ ſoli Flandrenſes emungerentur argento, reliquas ditionis terras perdurare immunes: non ſe auri montes alijs habere maiores: finem aliquando fieri oportere exactionũ: alioqui, ſi perſeueraret emũgere uehementer, ſanguinẽ aliqñ profluxurũ. Ea tum in urbibus murmura uolitabant.

CA. IIII.

Interim ne in Saxonia quies erat. Nam Erneſtus Magdeburgẽſis archiepũs & adminiſtrator Halberſtadẽſis, cum inueniret iuſtam indignationis cauſam in ciues ſuos Halberſtadenſes, paratis copijs ad iuga & plenã obedientiã eos armis adigere cõſtituit: Nam iudicium in urbe, quod impignoratũ ab epiſcopo tenuere, ad redęmptionem, quam ille parauerat, uenire non ſinebant. Tum uero pręfecturam in parte urbis, quę iuris eſſet epiſcopalis, illi non permiſere. Cunq̃ intra urbẽ male eſſent unanimes, inteſtina ſeditione laborãtes, paratũ habere & promptũ negocium uidebatur: Duplex nimirũ gerendi belli cõmodum erat ponti fici: q̃ ſciret Halberſtadenſes cęteris Saxonię urbibus eſſe inuiſos & exoſos: q̃ ſe ab eor⁹ cõmunione dudum retraxiſſent: Deinde q̃ intus feruẽte diſcordia, non unum ſentirent. Igitur poſt diui Iacobi diem feſtũ, duxit in eos: Vallabat oportunis locis urbẽ obſidione: & immiſſis per tormẽta lapidib⁹ non paucis, muros deformauit & mœnia. Exierat magna pridem pars capituli, ſuo epiſcopo non refragatura: Remanſit tñ decanus, qui diuinum in eccleſia officiũ tueretur. Erat aũt uir nobilis comes de Queruorde, iam ipſa canicie uenerabilis, qui familiã ſuam cum ciuib⁹ iuſſit mœnia tueri pro uiribus: Cum in eo deprehenſi neceſſarij belli articulo, quid facerent? Aliq̃diu ſuſtinuere obſidionẽ. Cum tñ non haberẽt q̃d foris ſpera-

rent a quoq̃ defensionis prę̃sidium, extra cõmunionẽ cæterarum urbium positi, & potentiã hostis sui, quæ crescęret quotidie animo perpendentes, deditionẽ fęcere, gratiã domini sui implorãtes. Accępit ille urbem in potestatem, & omne ius gubernandę ciuitatis a cõsulatu in se trãstulit: Constituit indices, scabinos, & omnia moderatur ex hoc die pro arbitrio. Calamitosa ciuitas luit damna imprudentię suę, & improuidę defensionis intus & foris. Iam omnis mercatura deperijt: Quisq; suo contenti, non quęrunt augere patrimonia: Viuunt in diem: nec est qui deformatos muros cum mœnib⁹, aut curet, aut cogitet, aut possit reparare. Ita se res in hodiernum usq; in ea urbe quondã florente habent. CA V.

Enricus interim Wilhelmi filius, dux Brunswickcẽsis, qui prima h suę militię studia declarauit Hildesemẽsi bello, princeps ad arma natus, nec minus animo q̃ manu promptus, iam feruescente bello memorato, in Magnopolim cum paucis contendit: & in arce Zwerin, Margaretã Erici Pomeranię ducis filiam, germanam duarum, quę cõiugio erãt sociatę duobus fratribus Magnopolensiũ ducibus, Magno atq; Baltazari, cõiugẽ accępit. Sed hoc primũ anno, p fect⁹ in ei⁹ occursum, cũ eam deduceret Bugslaus germanus eius dux Pomeranię octingẽtis stipatus equitib⁹, qui armis fulgerẽt: Eados erat Germanæ, ex cõstituto, uxorem excæpit: eaq; in tutũ dimissa cum dñabus & puellis, ipse expeditum agmen suum iunxit Bugslao, & una mouẽtes copias suas, duxerũt in Honouer, opidũq; armis terruerũt: q; bello Hildesemẽsi necdũ pacato se immiscuissent. Immittũt principes tormentis suis saxa grandia. Sed ciues interriti, muros & mœnia opidi sui defenderunt: nec tñ proruerũt temere foras. Vbi iam aliquot diebus frustra opidũ tentassent principes, Bugslaus dux ne incassum ueniisse uideretur, inter comitẽ de Retberge, & cõcaptiuos eius, cœpit ex una, & ducem Hẽricum ex altera tractare: perfęcitq;, ut comes cum cõsortibus expromissa ingenti pro sua suorũq; laxatione pecunia de captiuitate prodiret. Nec diu post proxima bruma finitũ est omne bellũ Hildesemense, qualicunq; tramsactione: Cõpensata damna: captiui coęquati, & ut fieri omnes exoptauere, in suã quisq; dominationẽ, aut etiam libertatẽ repositus, alterna iura recgnoscebãt. Per eadem tempora ali⁹ Henricus dux Luneburgensis, Ottonis filius, tum accępit cõiugem de domo Misnensi Margaretã, solennitate nuptiarũ peracta in opido Tzelle, & in arce illius prę̃cipua, quã illustrauit multorũ prę̃sentia principũ. Ernesti ducis Saxonię ea erat filia, germanã habens reginã Danię, & fratrẽ Ernestum archiepũm Magdeburgẽsem, necnõ Fridericũ electorẽ, & Iohannẽ duces Saxonię superioris, alios germanos. Quo etiã tempore, Wilhelm⁹ dux Brũswickcẽsis Hẽrici pater, cum non ęque ferret insolentiã Westphalorum ultra Wiseram, oppugnauit & cæpit arcẽ, quã uocãt Hemelscheborg, non longe ab Hamelen opido ducũ memoratorũ, ad ripã dicti fluminis: Eięctus est castellanus: imposuitq; dux ipse prę̃sidiũ suũ. Aderant arma ciuitatum, quę illi duci parerent: Brũswici, Gottingę, Embicę, Northem, Honouer. Tum primũ Brũswickcẽses sacramenta prę̃stitere Wilhel

mo post Wilhelmum patrẽ. Eodem quoq; tempore cõstituit Ernestus ar
chiepũs Magdeburgẽsis, cum arma suorũ militariũ atq; urbiũ cum belli
cis apparatibus in expedito teneret, oppugnare arcẽ Weueling. Interçpe
re rem principes Brũswickcẽses, Wilhelmus pater, & Henricus filij: Effe
ctumq; est, ut qui inerat arcis prefectus, mox abiret, euacuans presidium:
Electus est utrinq; comes de Stalberge, qui arcẽ seruaret, donec inter me
moratos principes de cuiusq; iure super ea re ad plenũ cõueniret. VI.

Aximiliano Romanor̃ regi noua indies bella crescebãt in Flan
m dria: cum grauarent Flãdriç mẽbra ad cõmune erariũ cõstitutã
pecuniã cõportare. Reiçcere omnes omnia in Gandauẽses popu
losiores: qui & solerent, & possent eã causam potenti⁹ sustinere: in qua ur
be responsum se daturos ceteri asseuerabãt. Rex preuenire cõstituẽs oritu
ram seditionẽ, Gandauũ cõtendit, ut populũ sibi prepararet. Sed ubi intel
lexit iam auersos sibi illor̃ animos, cõtendit Bruxellas: Illic q̃q; iã inueni
ens rẽ spectare ad tumultũ, quia non nisi prefinito numero militũ pmissus
est introire, redijt in Flandriã, iam magis, atq; magis omnia sibi cõperiens
aduersa. Igitur contendit in Zelandiã, unde statuto tempore reuersus est
Brugas audire responsa Flandrẽsium in Maio, super cõportando erario:
Quç cum nõ satis placita darent, minas pro sua cõsuetudine intulere Ale
mani, animati, q; audirent res prospere geri in Britãnia, & q; rex Hispaniç
maximã victoriã pegisset in Granatã, nostri temporis rem omniũ clarissi
mam: Decennio fertur cõtinuato laborasse rex in eo regno, & urbibus ei⁹
nouissime in urbe omniũ primaria Granata expugnãda. Interim Roma
norum regi inter multa prospera quædam se immiscuere aduersa: audiuit
enim captũ a Francis opidũ sancti Andomari furto, cum nauiculis passim
noctu introirent abscondití a fratribus sancti Bertini, donec multiplicati
insurgerẽt. Vix pauci ex regijs elapsi rem pertulerunt, & ordinem gestor̃
exponunt: q; male uolentibus incolis, & ad Frãcos inclinantibus, supera
ta sit illor̃ diligentia: nam ceteri, aut mersi, aut cesi perierũt. Gandaui q̃q;
cõmotio facta est ingressis exulibus, quos pridem proscripsere: sed paucis
punitis, statim cõquieuit: cum Gandauẽses Romanorũ regi se parituros
ad omnia sponderẽt. Morini quoq; custodes pro Maximiliano rege cum
infestarentur, misere nũcios regi, nisi missis auxilijs roborarent, importa
tis armis & cõmeatibus, non se posse diu rem sustinere. Vtrunq; illis per
mittitur. Rex e Zelãdia Teuremundã cõtendit: ubi facto cõuentu ad cõ
silium, audiuit de aduersis successib⁹ Martini Nigri in Anglia: qui dum
ipse misceret incendia, cesus esset cum omnibus copijs quas haberet: Non
enim satis aderãt in expedito, qui fauores & arma pollicerent pro filio du
cis Clarẽciç: cum rex Angliç quadraginta milliũ ducẽs exercitũ, præsen
ti regis Romanor̃ Heraldo fertur dixisse post cõflictũ: Grates inquit de
bemus Romanor̃ regi, & magnç ducisse Burgundiç, quorũ opera sit ea
strages peracta: ostẽsis caligis eiusdẽ Martini, quas Margareta ducis Ka
roli relicta multis preciosis margaritis exornauisset. Mittit alius Clarẽciç
ducis filius captus in Calisiam; ut abesset cognationi suç pro eo tumultu-

ntí,qui aloqui uidebantur omnino non quieturi. CA. VII.

Irca Morinũ peruigil cura fuit Hiſpanorꝝ militum cuncta tueri.
c Franci duce Philippo Deſquordes ueteri Flãdrię hoſte, non ſolum hoc opidum,ſed cunctã Flandriã ope Anglorũ, qui iam infeſti erant regi Romanorũ(pręſertim cꝑ modernus Angliæ rex Henricus VII.ex Frãcis ortus, ab illis non eſt paſſus diuidi: unde orta eſt illa difficultas permittendi Flandrijs inducias quas ſperabant) ſub leges mittere. Igitur maritima opida Flandrię,Grauelingã,Dunkerken,Nouũportum iuſſit rex Romanorꝝ diligentꝰ aſſeruari: qui nauibus apparatis expectabant hoſtes:nam ueniẽtes excipere cõſtituerunt: cum interim idem Philippus Deſquordes,magno per Frãciam parato exercitu,properabat Duacum,Inſulam, Morinũ,armis pulſare: Sed in alijs fruſtratus,in Morino proſperaẽ, dedentibꝰ ſe paſſim incolis: cꝑ uim militũ qui inerant,ſuſtinere haud poſſent: Itaqꝫ multis cęſis,atqꝫ captis,pauci euaſere. Ad opidũ Betuneę,quod in Artheſia rex Frãciæ dedit dño de Penis,ad cõpenſanda quę pro ipſo amiſit in Flandria,fraudẽ ſtruxit Philippus: Nam literis adulterinis uocauit nobiles de Flandria, quaſi traditurꝰ eis opidũ: Illi credidere, armis iam ad ſumendũ in poteſtatẽ opidum apparatis. Venerat cõſtituta dies: Dux Gelrię Karolus iuuenis , qui tum primis in armis Romanorũ regi militabat: Engelbertꝰ de Naſſaw: Philippꝰ de Rauẽſteen,magna ſtipati manu uenerant,opidũ ut ſperabãt accepturi. Pandũtur Francorꝝ inſtę:ſed tñ magnũ pręliũ cõſeritur. Cadũt multi de Frãcia nobiles,in quibus frater Philippi Deſquordes: Verũ illis ceſſit uictoria. Capiũtur Karolus de Gelria, & Engelbertꝰ de Naſſaw: Vix elabitur Philippꝰ de Rauenſteen, ſuorꝝ periculo redęmptus: Sic peruenit ad Frãcos Karolus Gelrię dux. Victoria nunciata Pariſium, lętitiã peperit ingentẽ. Sed funeſtus aderat nũcius de Britãnia,qui regis fugã, militũ cladem,armis & peſte factam detegẽs,lętitiã omnẽ ſubuertit. Inde uero Frãci cõuerſi in Leodienſem ꝓuinciã,ducibus de Arberg dñis, igne & ferro omnia defœdauerũt. Romanorũ rex aduerſa correptꝰ ualetudine adeſſe non potuit: ſed Philippo de Rauenſteen Flandriã turandã permiſit: qui uindictã de hoſtibꝰ ſumere pollicereẽ. Nõ quieuere interim Frãci duce Philippo Deſquordes, quo minus Flandrię a ſancto Andomaro imminerẽt. Sed diligentia Philippi de Rauẽſteen curantis omnia diligẽtiſſime nihil ꝓfęcerũt. VIII.

Iſit interea regi Romanorũ Fernãdus rex Hiſpanię, uictor Gra-
m natę,ſolẽnes oratores, offerẽs fœdera & mutua præſidia: ſi Philippo filio ſuo Maximilianꝰ, filiã Fernãdi acciperet uxorẽ: & uiciſſim filio Fernãdi Margaretã Philippi germanã,quę nũc in Frãcia teneret cõiugẽ ꝓmitteret. Interim ad bella in Gallos. X. millia militũ polliceẽ ipſe cum Britonibus ab occidua parte inuaſurus prouinciã. Sed cum res in deliberationẽ eſt poſita, quæ tñ poſtea illos utrinqꝫ habet exitus. Interea cum ageret de augendo ęrario inter tres ſtatꝰ Flandrię,militaris quidem ordo cõſenſit: Spirituales ſi iuſticiã ſolito more debitã de iure conſequantur facturos pollicẽtur quod poterunt, non ad ſuſtinenda bella,quę

sunt illis interdicta, sed ad intertenendū regis statum. Populares autē stat⁹ oratoribus Gādauensib⁹, nihil cōtribuere gerendi bellis respōdit, sed sustinendam pacē cum Frācis initam putauit. Si tñ opus sit collatione, ad pacem non ad bella pollicerēt subsidia. Gandauēses hoc dato responso abierunt, & destitutis in sua ciuitate, qui authoritate principis ius redderent, ipsi sua temeritate nouos crearunt legislatores. Tum uidētes rem omnem interturbari, fugierūt optimi quiq; de urbe: Reuocati sub pœna cōfiscandorum bonorū non redierunt, uitā rebus prēponētes. Miserūt qui gubernacula apprehēderant uxores cedentiū post illos, cū liberis, ut una exularent. Rex aūt Franciæ iam ad pacē respexit, offerēs futuro socero suo Atrebatum, Betuniā, Ariā, Andomarū, Bipalmes, & omnia citra Sōmam fluuium: quę tum dicitur oblatio cōtempta: uiderint qua prudētia? Gandaui interim grauiter tumultuatū est: q; exules redierunt rege inuito, nec uidebatur urbs regijs mandatis paritura. Brugis autem colligitur ęs promissum per capita iuxta facultates singulorū: ut regię cōtributionis effectus impleretur: Sed tñ donatiua non prouenerūt stipēdiarijs, q̄uis ingēs undiq; pecunia corraderetur. Rex a clero impensas postulat, quas fecerat oratoribus ad urbē missis, duodecim aureor̄ millia. Ille respōdet: Si pax cum Frācis seruetur, & clero iura libertatis per omnia restituātur, uidendum illis quomodo ad octo millia perueniāt. Gandauēses uocant clerum in cōuentum: Non cōparet: Rogat̄ ut interueniat nouę turbationi: Non audet se tantis rebus interponere, sciens quid pridē indignationis utrinq; reportauerit. Intelligens rex rem omnē spectare ad nouam rebellionē, q; membra Flandriæ iter̄ resumerēt gubernationē, clam firmat opida pridē sibi parentia, Teuremūdā, Alostū, Aldenardū, Curtracū, Insulas, & Duacum. Gādauenses in Hulst duxerūt: q; capitane⁹ eor̄ quosdā ibi pridē ex suis amisisset Albicapuciatos (Sic enim uocabāt quandā suorū societatē) Iohānes Capenolle profect⁹ ad Philippū Desquordes in Atrebatū, quingētos inde millites eduxit, pollicēte Philippo, q; maiori mox manu sequetur. Sed in Hulst & Aldenardo Gādauēses non profecerūt: Postea tñ Aldenardū arte quadā in suā redęgerūt potestatē: his em̄ opidis maxime indigebāt inuehēdis ex Frācia frugib⁹, alioqui fame excruciādi. VIIII.

Interea ciues qui Brugis pro rege stabāt, misso fideli nūcio, insinuarūt illi: nisi accedat populū oēm in rebellionē Gādauēsib⁹ ac currere: Arbitrat⁹ rex prēsētia sua ciues terrefacere, aduolauit: nā ex maioribus quidā regē ad ingrediēdā urbē inuitabāt, asserentes & id ex aīo arbitrātes maiorē populi partē, si adesset, protinus accessurā. Introiuit ergo Brugensem urbē rex, Petro Longocollo eius imbi schulteto ducēte, cum non multis, foris manere reliquā manū quoad iuberet insinuās. Per quod tempus in opidū Curtracū uocatus Philippus de Rauēsteen perfidum Iohannem de Horne regi fidelem, non differt profectionē, sperans arcē, quā tenuere Gandauenses, capere: Iam cum Hadriano de Liker ken Gādauensium capitaneo symbolū in opido fecit: Inter prādendū consurgens dissimulanter Iohānes arcem ingreditur, ianitorē cōfodiens. Mox animo uol

uens Hadrianus quod fieret, sequit̃ precedentẽ, & iam portis seratis oppugnat arcẽ: Nihil armorũ in presidio reperit Iohãnes, unde arcẽ tueretur, & quo posset oppugnantes abigere. Recepit non magno negocio arcem. Hadrianus, magno suor̃ stipat⁹ comitatu: Iohãnem cõfodit: perinde Philippus post ueniẽs frustrat̃: Qui cõperto ꝙ rex quoq; Brugis non prosperaretur, Sluſam se recepit, inuictam in arcem: Nam rex Brugis, ut erat cõstitutum, armatus primo mane apparuit ad domũ Scabinorũ (Burgã uocant) sperans iuxta condictum cõfluxuram ad se plebem. Sedebat quisq; domi, proprio intentus labori. Insonuit rumor per opidũ regem stare armatum ad domũ scabinorũ, proclamatur ad arma, quãdo quisq; suo timebat capiti: non enim instructa plebs erat ductorib⁹: Tum qui regẽ introduxere, ubi uident ad arma cõclamari, nec ad stipãdum, sed oppugnãdũ regem cõcurrere, male sibi timẽtes, quærũt latibula. Incõpositũ uulg⁹ infinita multitudine regẽ circũsistit fremẽs: nã qui cũ rege starẽt, cõparuere nulli. Cõcurrit̃ in forũ authore decano fabror̃ lignarior̃, ꝙ pridẽ pro leui uerbo ad delationẽ mimi quidã ex eorũ ordine esset decollatus, regem sumpto in foro consilio adeunt: Opus, inquiũt, uideri, ut⁹ paulisper utatur patientia, uolens eat in liberã custodiã: Nam aulici sui iam pene omnes aufugerant. Primũ in domũ Vellę: deinde in Craneborg: nouissime in domum Iohãnis de Grossis audientiarij regẽ incluserunt. Alemanis eiectis, nobiles qui in comitatu regis erãt in eo loco honorifice detinent̃. X.

Igilia erat Purificationis diuæ Marię, incipiente iampridẽ anno octuagesimooctauo post millequadringẽtos: Capti nõnulli ex ciuibus, qui regi talia suggessisse putarẽtur, ut ui armata in ciues uteretur, truncati sunt. Schultetus ipse diu latuit: Euocati Brugas Gandauenses, ad magnũ incœptũ aderãt, maiori numero q̃ sperabat̃: Excluſi tñ multi sunt urbe. Alij etiã qui ingressi sunt, auertũtur a cõsilio maligno q̃d cõceperant. Qui de cancellaria regis erant, & alij de cõcilio ecclesiastici, missi sunt Gãdauũ. Rex a Brugẽsib⁹ aditus, lachrymas ante uerba dedit: Collachrymati sunt qui uiderunt multi. Ostensa sunt ei plurima, quæ ille se ignorare fateret̃: Rogabat, ut uita illi salua sit: Promittũt oms sanguinem suũ dare pro illo, ne quid mali patiat̃. Interea Gandauẽses iuxta opidum Hulst detrimẽta sustinuere nõ parua, in glaciẽ mersi, dum oppugnarent. Inde uero cum cõmeatus intercipere conarẽtur, cęsi. Tum uero rege in custodia manente, Gandauẽses cum alijs Flandrię membris resumpta administratione, Ipris & Brugis nouos magistratus erigi curauerũt. Interea Iohãnes Capenolle, ut ad regẽ Frãcię nũcius Flandrię mitteret̃ est annisus, reclamãtibus nõnullis: Non oportere Philippũ principẽ suũ hęreditate auita depelli. Matthias uero Speiart qui semper pro rege stabat Romanorum, Brugis deprehẽsus, Gãdauum perducitur: ibiq; excruciatus, in quatuor uelut patrię proditor discinditur. Brugis Iacobus de Dudenzel gladio per tumultũ cędit̃r, multa offerens, sua omnia exhibens, ut nudus peregrinari sineret̃: cum pro eo religiosi ordinũ, nationes etiã mercatorum interuenirẽt: Sed frustra omia. Iacobus de Here trũcatus. Nicola

us de Helst, pridem pensionarius, cum alijs excępit mortis sentẽtiam. Sed iam sub ictu gladij acclamante populo, misericordiã, meruit uitam: Sed a morte, ꝑpinqua cõcæptum colorẽ nunq̃ posuit. Interim nobiles indignati pro rege capto, aduersus tria Flãdrię mẽbra quę potuere moliunt: accępta custodia opidorũ. Capt⁹ deinde ad mediũ ferme quadragesimę, qui multum quęrebatur schultetus Petrus Longicollus, diu illis ludibrio fuit: Ita in foro circũduxere per tentoria, ubi ciues uelut in castris excubabant, ad singula irridetur: Inde uero cruciatibus misere in foro examinatus in tormento, quod ipse pridẽ faciendis quęstionibus excogitasse crederet, post omnia cęsus est gladio uir etiã maiori dign⁹ loco pro ingenio & diligẽtia, sed uita digniss⁹, quẽ furor popularis cœperat odisse: nũc uero magno si fieri posset, a morte mercarent. Sed irremeabilis a morte uia est. XI.

Imperator cognito filij miserabili casu, cõtraxit cõcilium principum: Missus est Wormaciẽsis epũs in Brabantiam ad Philippũ nepotem asseruãdum: Multa pro liberãdo rege tentata sunt frustra. Scribit summus pontifex, & intentat censuras, gladiũ suum: sed nihil profuit apud pertinaces. Gandaui interim magna cędes bonorũ ciuium: Nam quisquis pro rege uerbum unq̃ molle emisisse recoleretur, suspect⁹ habebat, & patrię proditor. Venerant auxilia belli gerendi a Britonibus: sed capto iam rege nihil fieri potuit: Triste ubiq; insticiũ. Philippus Desquordes, ut bellũ suscitaret ex bello, Karolũ ducem Gelrię captiuũ suum, ad instantiã Renati ducis Lotharingię, qui sororẽ ei⁹ iam cõiugẽ teneret, per Lotharingiã misit in terrã suã: Quieuit ille aliq̃diu, dum Romanorũ rex alijs, quibus erat implicitus laboraret: Sed post aliquãtos annos oppugnat, q̃d mox dicem⁹. Inclusus ergo rex Romanor; Brugis asseruabat: & quę fieri poterãt, aut cõminãdo, aut sęuiẽdo oĩa cõtemnebant. Tentauere aliqñ Gandauẽses, aut blandimẽtis, aut ui publica regẽ eductũ in manus ponere Frãcor;. Id cum resciret, orabat Brugenses cum lachrymis, ne ullo pacto sinerẽt: Polliciti sunt illi ex fide, & ex animo curauerũt, aucta uigilũ manu, qui regem custodirẽt. Temperatũ est interea foris ab atrocioribus motibus, ne quid per eam occasionẽ graui⁹ in captũ regẽ cõstitueret. Erat multo tempore inclusus, donec Brugẽsib⁹ uideretur rem pro suo arbitratu cõponere. Non destiterũt Gandauenses aduigilare, ut siue uolentibus, siue nolentibus Brugensib⁹, regẽ adimerent. Sed cauerũt hac de re Brugenses, non modo propter regẽ, sed etiã sua causa: certi q; rege apud illos manente, pacẽ pro sua uoluntate essent habituri: Nec omnino spe sua frustrantur. Equidẽ, cum illis iam esse tempus uideret, regem iureiurãdo cõstringũt, adhibitis quibusdã ex prima nobilitate cum illo iurãtib⁹ oĩa quę facta uiderent ex animo remissurũ, nũq̃ uindicaturũ. Id suo, & potissimũ Philippi de Rauensteen iuramẽto firmauit, ac uenerabile Christi corp⁹ in eã rẽ desumpsit. Ita tum carcere laxat: Vtinã ueteris Ioseph similitudine, iã prim⁹ in orbe Christiano, totiq; mũdo futur⁹ salutaris princeps. XII.

Fridericus aũt pater, iniuriã & cõtemptũ sui, quę perpessus est in filio, & regno irrogatã cõtumeliã, protinus abolere non potuit.

Immiſſis armis magna Flandriã clade inuoluit, rege ad oĩa quieſcẽte. Sed tum Philippꝰ de Rauenſteen, qui ſacramẽto ſuo omnia cũ rege firmaſſet, ut oſtenderet, non ſua uoluntate arma renouari, derelicto rege, quẽ primꝰ ipſe ſemper ad ea tempora ab initio recõciliationis ſequebaṫ, arcẽ Sluſę ac cępit in poteſtatẽ. Hic eſt portꝰ ille Geſoriacꝰ, de quo in Ptolomęo: Flandrenſibꝰ ex illo die ęquior. Superuenerat tum noua cauſa, noui belli mox futura radix. Moneta currens (ut fit) bellorũ tempore leuior facta, ſupra modum aſcendẽte auri ualore ad argenteos (ſtupheros uocãt) ſexaginta: Inde precipiti uia rediĝi tentaṫ ad uiginti: Viſa eſt cũctis ea tam grãdis & ſubita nũmi ęſtimatio, nimiũ dãni omnibꝰ importatura: cũ eſſent in utraqꝫ parte nobiles, ſua utrobiqꝫ lucra uenantes. Nam alĳ leuaturi graue nũmi pondus probabãt, ut uiginti ſoluerentur pro aureo: ſoluturi aũt mínꝰ uolebant. Res diu fluctuabat: Ceſſiſſentqꝫ uoluntati principis bonũ ualorẽ requirentis maiores in populo, & magno ſuo detrimento, pacem uolentes coęmiſſent: Sed uulgus inſtinctũ a nobilitate ſua lucra quęrente, nequaq̃ induci potuit. Iterum nouꝰ tumultus: renouata priſtina bella. Philippus de Rauẽſteen, quẽ diximꝰ apprehẽdiſſe Sluſam, iam aperte a rege deſciuit partes plębis Flãdrenſium amplectit̃: & opido Sluſa cum utraqꝫ arce cõmunitis, diu reſtitit reliquę nobilitati. Terra mariqꝫ pugnaṫ: Validã manum cõtraxit Philippus in opidum: naues habuit expeditas non paucas: Satellites collegit ex Gallis, Germanis, Danis, manũ collęcticiã ſiue gregariam: Curauit fruges importari a Frãcia: Diu eã rem fortiter ſuſtinuit: Cum terra uaſtareṫ a regĳs: Ipſe in mari graſſabaṫ. Ad opidũ quod inter Brugas & Sluſam mediũ eſt (Dam uocant) tentatũ eſt ab regĳs, ſi poſſit intercipi, ut cõmeatus prohiberent̃ a mari ad urbẽ. Ibi cecidit bona pars Germanicę nobilitatis, fruſtrata ad opidum capiendũ: cum intus uigilarent̃ diu taciti & inuicti, donec ſub ictum haberẽt omnes: Et ꝓſtrati ſunt uiri, nullo precio æſtimandi, quia nulla re coęquandi, quos ſocĳ ad tumulum rapuere.

CA. XIIII.

a Lbertus Saxonię ſuperioris dux, qui uidebatur neutraliter agere, nec ſe bello immiſcere, Brugis poſtulauit pacifícꝰ cum aliquantis, qui timeri non poſſent armatis intromitti, ꝙ haberet rem cũ maioribus colloquio dignã & ſerio agendã: prędmiſſis qui hoſpitia curarent, & cibis parandis intenderẽt. Non dubitauere Brugenſes etiam maiorum armatorũ numerũ admittere in urbẽ populoſam, præſertim ꝙ audirent & crederẽt in urbe ꝓnoctaturũ: nemo cogitauit de eo quod ille parauerat ſtratagemate: Ipſe ergo cum expedito ſuorũ agmine cõtinuo inſequitur prędcedentes: Et primi quidẽ hoſpitia petiere ſimulantes ꝙ ad manendum introiſſent. Cęteri interea cõtinuato ordine opidum pertrãſibãt aliam portã, quę ducit in opidulũ memoratũ, mille paſſibꝰ diſtans: quod Aggerem, ut diximus, uocãt: Et primi agminis iam portã tenebãt opidi ſępedicti, cum nouiſſimi nõ longe Brugis abeſſent, cõtinuato tñ in ſequentes itinere. Qui in opido erãt cuſtodes, nihil mali a Brugis metuentes, arbitrantur ſibi mitti prędſidium ab amicis; ita nihil mali ſuſpicantes opidani

Dam opidum amisere: Et quod ante armis ſępe tentatum expugnari non poterat, tam leui nūc occaſione Brugēſib⁹ deperĳt: incp̄ eo amiſſo omnis fortuna belli cōuerſa, Brugēſibus cœpit aduerſari. Nam inde intercluſus erat a mari, cōmeatus fameq̄ laboratū eſt inſigniter. Acceſſit altera cauſa belli tum finiendi, q̄ ſtipendiarĳ Sluſis cum Philippo de Rauēſteen inclu ſi tumultuari uiderentur, ob neſcio quā cauſam: Sed in hoc genere homi num cauſam tumult⁹ quęrere ſuperuacuū eſt, quod ad omnē uentū cōmo uetur. Capiti igitur ſuo timēs Philippus, & iam Brugēſibus ſuis aut pro deſſe, aut adeſſe non ualēs: utraq̄ de re ad pacē inclinabat: Solus ille cum ſolo de Naſſow comite pacis leges cōſcripſit. Tum Brugenſes, ut ſtipēdia ſoluerent militib⁹: argentū quod quiſq̄ domi factū habuit pro uirib⁹ fa cultatum in cōmune cōtulerūt, deficiente nūmiſmate: Nam omnis exhau ſta erat pecunia, appenſum eſt in ſtatera in ęris debiti eſtimationē, & tradi tum leuiſſimo eſt hominū generi, ut abcederet. Ita tertiū quoq̄ bellū eſt finitum: ciuib⁹ ad magnā calamitatē pene omnibus perductis. Sic eat qñ certa ratione gubernari non paſſi tumultuātur, diſcāt malo ſuo ad tolera biles redire cōditiones: Flādria ſit exemplo uicinis prouinc̄ĳs. XIIII.

Er ea tēpora in Brunſwico urbe Saxoniæ primaria, immiſſus eſt ſpiritus uertiginis in capita multorū: ut in publicis cōuentib⁹ tu multuati ciues, magnā partē cōſulatus ſuo arbitratu deſtituerēt adminiſtratione: nouis pro libidine ſurrogatis: quibus adiecere uiros ui gintiquatuor exciuibus, qui rebus gerēdis & capiēdis cōſilĳs intereſſent. Ea res liuores in populo plurimos parturiuit, dum deſtituti cū omni ſua cognatione aduerſarentur cęteris, qui uel gubernacula tenuere uel ſuę de honeſtationi dederint alimentū. Vetus in urbibus malū, dum quiſq̄ ordi nis ſui obliuiſcitur: nulla adhibetur a prę ſidentibus modeſtia: nulla dein de a ſubditis in longū prę ſtaī patientia. Ita primū odia, deinde iurgia, de mum naſcuntur inteſtina bella: quę omnes prę cipuas urbes ſubuerterūt. Quę res eodē ferme tempore, per annū a Chriſto octauū & octuageſimū poſt millequadringētos, in ueteri marchia claruit multorum detrimento. Nam in Stendalia dum male parerent ciues ſenatui, efferrenturq̄ ad di ſturbandum publicū cōcilium: Iam imminente illis Iohāne Brandenbur genſi marchione principe electore: Qui per diſtrictū omnē axiſam, ut ap pellant, cōſtituit de cereuiſia, nec ſatis illi annueret a ſubditis: interueniēte turbatione, quam diximus, inteſtina: cogebātur maiores inuocare princi pem. Qui egreſſus ualida armatorū manu tumultuātes repreſſit, & capita gladio puniuit: inſtituitq̄ diu recuſatā axiſam per oēs urbes Veteris mar chię facili uſus ꝓgreſſu per inteſtinā ciuiū diſcordiā. Erat per ea tēpora im pacatum mare, cum Phriſĳ illi capitanei ueterem inſtituerēt quęſtū: Spe cie quidē Hollandinos perſequendi, ſed re uera, ut cōpertum erat, qui illis militarent, nullo nauigātium incōmodo abſtinuerūt. Hamburgēſes qui crebra utuntur nauigatione per littora Phriſię, Hollandię, Zelandię, cum incurſationib⁹ uexarent, iam ante ſępe per literas aliqñ in cōuentionib⁹ cū dictis captaneis queſti, nihil ſerius experirētur; armauere aliquot impoſi-

tis ſtipendiarijs naues, & in mari quęrentes, inuenerũt non cõtemnendã manum gregariorũ: Pars iam per littora uaga ferebatur: pars portũ in nauibus aſſeruabat. Cum cernerent urbici ſtipendiarij, quod genꝰ hominũ reperiſſent, aggrediuntur ut caperent. Illi capi non paſſi, cum nihil hoſtile prę ſe tuliſſent, ſe tuentur: Capiuntur tñ, nec atrociter ſe, ut dixere, defenſitabant: ꝙ illis periculũ uitę in ea eſſe captiuitate non formidarent. Inerant aliquot Franci, iam ab illis in ſuis nauibus capti: Vna perducũtur in urbẽ captiui: Seponũtur tñ Frãci, ꝙ iam capti ab alijs tenerentur. Septuaginta quatuor erant, quorũ de capitis periculo certaretur: Impetiti in iudicio, ꝙ publicę nauigationis inimici incurſarent omnes prętereũtes: Illi impẽdio ſuos nominãt in iudicio dños, quoꝝ iuſſu bella hoſtibꝰ intuliſſent, cęteris abſtinuiſſent. Studio quęſitũ, ut inueniret, quod illis obijceret: Non erat qui accuſaret. Ab lõginqua urbe, pducit nauita, qui ſibi adęmptũ, neſcio quid, q̃d ibi reperiebat quereret: Vas erat nõ magnũ, ferreis clauis plenũ, uilis precij, cuiꝰ prętextu tot capita dãnarent. Miſerũ ſpectaculũ, plectunt omnes gladio. Mens erat terrorẽ graſſantibꝰ per mare injcere, ut illud ſinerent pacatũ: Sed nulla auocant ſupplicia mortales ab exceſſibus, ꝙ impunitatẽ ſibi quiſq; ꝓmittit latere ſperãs inter multoꝝ facinora. XV.

Ex Romanorũ, iam diu uiduꝰ thoro, de nouis nuptijs cogitauit. Iam pmiſit filio ditiones auitas, in patriã regionẽ demigrans: ubi illi pater, & patruꝰ, dedere terras, unde regiũ impleret ſtatũ. Sigiſmnndꝰ Auſtrię dux, quẽ illi pro ętate & amore patrẽ uocitabat, comitatum Tirolis illi permiſit, inuitans: ut ſecum in urbe Inſprug cõmoraret: opulentiſſimã profecto regionẽ, quæ aliquot centena millia aureorũ prę ſtaret gubernãti, ex ſale, & argento, quę ibi abundãt: quorũ ibi fontes & minerę ſunt non paucę. Cõuenerat cum Franciſco duce, ut unicã eius filiã cum dote acciperet opulenta: Nam ducatꝰ ille dos erat unicę proli. Miſit rex ſolennes ad cõtrahẽdum abſens de pręſenti matrimoniũ oratores, ſufficienti mandato ſuffultos. Interim Frãciſcus dux in fata conceſſit. Bella nõ defuere ab rege Frãcię, qui latiſſimũ illũ ducatũ, ſuę ditioni iam uacuatum arbitraret: ꝙ feudũ eſſet ab corona. Proceres refragant, & morientis ſui ducis mandata impleuere, Romanorũ regi Maximiliano ſeruantes prouinciã, cum herili puella. Non deſtitit Gallus oppugnare prouinciã: Habebat, ut fit, in latiſſima regione qui illi ſtuderẽt: Sed maior pars procerum pro Maximiliano ſtabat. Venere interim Romanorũ regis oratores & puellam regi ſuo deportãdã depoſcunt, prouinciã cõmittentes gubernandam, quibꝰ eam dux moriẽs permiſit, donec ueniẽs rex ipſe cũcta propius inſpiciens ordinet: Incolume iter ab rege Francorum cum puella, & ſecuritatẽ publicã depoſcerũt: Nõ negatur. Igitur rebus in prouincia conſtitutis ex ſententia, cum puella & honeſto comitatu iter per Franciã inuadunt, freti pręſtita ſecuritate. Iam peruenere in locũ qui Frãcię regi ad inſtitutum ſuũ uiſus eſt idoneus. Aderat rex ipſe cum aliquot ex regno proceribus: Puellam ſibi iſti iubet: dignanter ueniẽtem honorat. Tum ſciſcitatur ex Britonibus, qui e prouincia illam deduxerant, ſi omnia legitima

quę ad desponsationē puellę ptinerēt, ex pſona Ro. regis essent impleta. Illi respōdēt, de uolūtate mortui ducis parētis illi⁹ esse addictā Ro. regi, cętera se ignorare: ad hoc se exisse, ut sponsam regi spōso deducāt. Tum rex cōicato cū suis cōsilio, iubet responderi missis a rege Ro. Ire liceat quo uelint: puellā nulli nuptā, nec per uerba de prę̄senti cuiq̄ deuinctā, suo thoro esse asseruatā. Ibi, uolentē, nolentē, incertū puellam, dñabus de suo regno ꝓmittit, ut inclinēt ad regis assensum, & mox thoro suo impositā habuit pro coniuge, omnib⁹ de more impletis. Tum remittendam Romanorum regi filiam, sępe & multum repetitā decernitur. In uno facto geminū commititur piaculū: propriā sponsam tam diu in primis affectibus habitā, ita etiā ut in nōnullis literis nomē puellæ suo cōiūxerit: cōtemnēs, ac reiiciēs, & quam non debuit, inuadens, iniuri⁹ fuit in socerū: cui & spōsam adęmerat, & in eiusdē filiā, cui thorū diu ꝓmissum abstraxerit. XVI.

Num & idipsum tenue ex iuris superficie quęsiere adminiculum qui regis Francię factum tuentur: Scripturas scrutant, ꝙ procuratores ad conttahendū matrimoniū missi, mandatū habuerint, nō pro se quisq; insolidū, sed omnes cōiunctim, cum sit matrimoniū opus personale, nec cadat unū in plures: Magnis regibus non in scelus deputatur, quod minoribus in piaculū: Verumq; inuenitur, quod Grę̄cus Anaxerses fertur dixisse: Leges humanas telis aranearū esse persimiles, in quibus hęrent muscę, ac culices, scabrones impune rumpūt peruolātes. Abiere tristes Romanorū regis oratores, quę acciderant regi suo relaturi. Puella interim regina Francię ab omnibus habetur: Margareta fratri reddítur in Flandriā. Non magnopere fuisse cordi Romanorū regi has nuptias, uel inde perpenditur, ꝙ nūq̄ uisus sit tantam iniuriā uel minimo uindicasse: Deinde alijs etiam colligitur cōiecturis: Nam cum ad regem sui redissent oratores, relationem faciētes de his que acciderant, eo die quo relata suscępit, equum cōscendens in foro opidi Insprug, Dñica Esto mihi, cōcurrit obuio hasta infesta. Cum interim Sigismūdus dux patruelis, allat⁹ gestatoria cella, ut erat pedibus ęger, in medios equites regē adesse innuit: Ille armatus obuiam proficiscitur amātissimo sui propinquo: Et prior: Quid est, inquiens pater? quid agitur? ut hoc tempore in publicū prodeat uestra synceritas. Tum ille: Non sustineo, inquit, cernere pernicię capitis uestri, ꝙ hodie tribus incurrere, ut ferunt, decreuistis: En proficiscor in uicinum Hallis opidum. Ad quē rex: Non recte, inquit, pater de me prędicarūt: Semel liceat incurrisse, & satis sit: Sino inquit semel, sed tum ne ite retur: Non prorsus amplius q̄ semel refert rex. Quo dicto ille in palatium rediit. Quę res indicio est, extremis, & summis sensibus uix hæsisse cordi has nuptias, nec admissas in profunda prę̄cordiorū, quibus solent, quę ardenter cupimus, pedibus inhęrere. CA. XVII.

Ngariæ rex Matthias lōgo & difficili bello cōgressus Imperatori, ꝙ quidā regni archiepūs coronā regni ad Imperatorē Fridericum cum thesauro non cōtemnendo pertulisset, totā pene Austriā occupauit, adęmitq; Imperatori; illo ad omnia desidēte, & nihil agen

re: q̄ bene ſperaret per Matthię mortem, prout euenerat, omnia in iuſtam ſucceſſionem peruentura. Sūt qui arbitrantur omnia Fridericum diſſimulanter pertuliſſe, quo ſubiectos, ſibi minus audientes, alieno gladio perdomaret: Sed p̄nicioſa nimis diſſimulatio. Sūt qui ab Imperatore mūdi dño ignauiā abigūt, q̄d omnes debemus, eius facta ſemper hōneſta ratione in meli⁹ detorquētes. Sed non diu ſupererat rex Matthias huic per Auſtriā uictorię. Vnde factū eſt quod prudenter cōiecīſſe credit Imperator, ut in ſe ac filium tota rediret Auſtria. Sed tum uacuato Vngarię regno temp⁹ aduenerat, quo de ſucceſſione, ac iure ſuo Imperator cū filio loquerē. Intenderūt cauſam nūciįs & literis miſſis. Magna uero imperia, non legib⁹ & iure, ſed armis comparant̄, & ſeruantur. Ideo Maximilianus rex, cōparatis undiq; armis, duxit in Vngariā: & accedente illi bona parte procerū in regno initia læta belli habuit: ut etiam Albam regalem armis caperet. Ab altera parte negabat Wladiſla⁹ Bohemię rex Caſimiri Polonię regis filius, cui tum tertio agmine ſe opponit Iohānes Albert⁹ frater eius, is qui poſt patrem tenuit Poloniam: q̄ matrem haberent Alberti Imperatoris eiuſdem Vngarię, & Bohemię regis filiam germanā, ſororem Ladiſlai nouiſſimi de ſanguine regis. Dum inter ſe tres memorati digladiantur de regno. Imperator Frideric⁹ uiuendi finem fęcit, de cuius ſucceſſione non eſt laboratum, q̄ iam uiuens habuerit filium Romanorū regem, iam Auguſtum, iam Imperij ſucceſſorem. Sed Vngaria interim inter man⁹ triū exercituum laceratur. Scripſere proceres reſidui, qui Romanor; regi necdum parerent Caſimiro regi Polonię: quid ita ſibi uideretur duorū filiorum arma inter ſe collidere, ad regni ſubuerſionē: Iam illi domuiq; ſuę in eo complacitum, q̄ primogenitū eius ſibi regem dilegiſſent, & tamē fratrem eius nihilomin⁹ impugnare germanū & regnum: niſi aliter ille rebus cōſuleret, ut Iohānē Albertū filiū alterū ab armis reuocaret, facturos urgēte neceſſitate, quod iam fęciſſent quidam ex eor; cōſortib⁹: qui iam Romanorum regi armis coacti ceſſiſſent. Apparet aūt ex his literis propenſiores fuiſſe in, pceres Polonos q̄ Auſtrios: Siue illis ius & phas depoſcere uideret̄, ſiue magis cōplaceret illis in eam familiā, quę tum potētiſſima uideret̄: q̄ incertū haberent quid ſperarent ex Ro. rege: cuius regnum in ſe diuiſum quo uergat nihil oportet ominari, quando ueritatis ore declaratū eſt. Sed cum res in eos decurrit exitus, ut Iohānes Albertus exercitum patris iuſſu retraheret, rex Bohœmiæ, & armis, fauore præualeret, Romanorum rex qualibuſcūq; interpoſitis cōuentis placitis, regnū Vngarię in manu Wladiſlai Bohœmię regis reliquit. Ita neq; de Vngaria, neq; de Britānia ſunt res proſperatę, Magna ſemper ſe oſtētat fortuna Auſtralib⁹, ſed non ſzpe prębet perfruendam.

CA. XVIII.

Per quod tempus Henricus Wilhelmi filius, dux Bunſwickcenſis iam rerum potitus, patre ad quietem feſtinante, Brunſwici ciuibus cœpit oneroſior uideri, q̄ ab olim principes cōſueuiſſent: Habebant foris ciues prædia plurima: quæ uel principibus, uel militaribus olim ſeruiebant: Nunc iam uoluntate principum in manus ciuium deuo-

luta. Ea autem libertate illis prouenerunt: ut neq; inde ad obsequia, neq; ad extraordinaria munera teneri credantur: quod illæ præferre dicuntur literę, quib⁹ ad tuendum ius suum perfruuntur, Princeps arbitratus ęquum censeri, ut quoniam tam bona parte regionis in sua commoda perfruuntur, nec in urbe uectigalia, neq; impositiones rebus uenalib⁹ patiuntur, acrius instituit, ut de tam multis prędijs, uel munera supportent cętero-rum, aut in urbe permittant in usus principum suorum fieri rerum impositiones, quas Itali Gabellas uocant: Illis ex aduerso prętendentibus, & literas a principibus datas, & nihilominus lōgam qua supra hominum memoriam sunt gauisi libertatem. Vbi iam cœpit in controuersiam res peruenire, friuolum aliquid ex utraq; parte cœpit attentari, unde pars altera suum credidit ius roborari: Demum in apertum bellum res exiuit. Credidere Brunswickcenses uanas esse minas, quas audierūt: Nam illa se esse opū & ciuium multitudine cōfidunt, q; nihil minus q̄ obsidionem formidarent: unde nihil apparabant ad eam rem, neq; arma augebant, neq; commeatus abunde prospexerant: sed ad inertiam suam sedentes, solo suę magnitudinis, quā putabāt, terrore, se omnib⁹ esse insuperabiles existimabāt. Adiuuerūt hanc ipsor⁹ audaciā quidam ex militaribus, siue ingenio detinendi ne quid agerent, siue q; ita crederent: qui ingressi & egressi urbem, nihil minus q̄ obsidionem moliri principem testarētur. Circuibat interim Henric⁹ dux omniū uicinorū principum domos, & omnes ore appellans, uel ab initio firmabat, uel ante illigata fœdera renouabat: effecitq;, quod nostra memoria nusq̄ alibi uidimus: ut omniū uicinorū principum armis & consensu Brunswicū obsideretur. Tum imprudentiā suā socordes sero damnauerūt, qui per tanta tēpora nullū belli fęcere apparatū. Satis munitam habuere urbē: Id fęcit, ut essent segniores. Sed neq; satis erāt ciues ad tutādos muros edocti, lōga pace residēs, & animis, & corporib⁹ uidebāt. Tum, q̄d omniū maximū erat, ad perniciē pro multitudine populi cōmeatus exigui: quę res in famē uergebat, obsidione in tēpus extracta. Oppugnauere aliq̄tis uicib⁹ urbē qui obsederūt: sed non tāta erat in armis fiducia, quāta in fame, q; sciebāt nihil illis esse ad perniciē propi⁹. Vicinū erat obsidentib⁹ monasteriū Reddageshusen: In hoc castra sua dux, iam aspirante bruma reuocauit, firmauitq;: ut quantiscunq; armis inexpugnabile uideretur: Excubias oportunis locis ordinauit, ut aditus urbis obseruarent. Aliquot aliquando facta sunt leuia prędia, & in excursione peditum, qui iam obsessis accessere, uel in ipsa urbis oppugnatione, quæ aliquando cruenta fuit dum caderent icti bombardis nōnulli. Aliquādo etiam fors alternata est: uictoresq; cadunt. Ferunt ciues si uiribus usi animis ualuissent, paruo quem habebant militum numero, si ex multis suorum millib⁹ aliquanta iunxissent, facile pares fore obsidentibus. Sed longa illos tranquillitas, & rerum insolentia fęcit ad arma ignauiores. Ad intestinam discordiam sæpe fortes fuere: ad externa arma propulsando nihil unq̄ magnum ostenderūt. Durauit obsidio ex æstate per autumnū & uniuersam brumā: cū omnis spes ducis & auxilior⁹ ei⁹ esset in expugnatione famis:

Sciebant hoc qui foris bene uolebant obſeſſis. Ita ꝙ rebus neceſſarijs ad importandum undiqꝫ in Hildeſem cõuectis, cõtraxere ipſi Hildeſemenſes, quas ex ſuis uicinijſqꝫ poterant, uires, & arma, ac Brunſwickcenſibus per nunciũ ſignificauere, ut occurrerẽt uenientibꝰ, omni qua poterãt uirtute: ut cõmeatũ etiã inuitis hoſtibꝰ inueherẽt in Brũſwicũ. XVIIII.

a Dopidũ Peyne Hildeſemenſes cum omni apparatu peruenerũt incolumes: Inde mouentes obuios ex conſtituto habuere Brunſwickcenſes: Nec potuit tantum apparatũ dux ignorare. Igitur omni quo poterãt equitatu ac peditatu occurrerat impeditur, etiã cõſerta hoſtibꝰ manu, certus cõfligere: Tormẽta bellica præmiſit in oportuna loca, cũ cuſtodibꝰ: Ipſe cũ omni agmine ſequutꝰ. Iam egreſſi Hildeſemenſes cum Bunſwickcẽſibus, in copias ducis recta cõtendunt, in eum præſertim locũ in quem tormenta collocaſſet, & cõmiſſa manu pugnãt. Ibi ſuperiores effecti urbici, ducis primas copias repellũt, & ſi ſatis inſtetiſſent, impedimenta bellica hoſtibus abſtuliſſent: Sed ſeruauere uires ſuas magno quod cernebant agmini ducis. Igitur progreſſi in uillam non longinquã urbici, caſtra ſua ex tempore cõmuniũt, omnibus in mediũ acceptis: extrema curribus & inſtrumentis bellicis uallauerunt: diſpoſitis ad iactũ bombardis, in eam partem, unde ſibi imminere hoſtes proſpicerent: hũc in primis errorem cõmittẽtes, ꝙ pro multitudine ſuorꝫ anguſta nimis loca metarentur, ꝙ difficulter ſe uertere, minus aũt poſſent impedimẽta tranſferre. Dux eius rei non ignarus, ſuũ agmen circumduxit, ea uia ſequutꝰ, qua illi in uallem deſcenderant: Iam apparebat cõmiſſus error, ꝙ anguſto loco mutare propugnacula non poſſent: Denſo dux agmine mouit in hoſtes: Primi equites ea ſtetere fixi preſſura, ut non ſe commouerent. Igitur aliquanti ducaliũ, ex urbicorũ caſtris icti bombardis: aliquãti etiã cẽſi gladijs, tam erant propinqui: ut non ſe in ullam partẽ poſſent cõmouere. Inſigni ibi clade accepta ducales retroceſſere: Diu tñ deliberauerunt, ſi iterũ adorirentur. Vrbici aũt cum hoſtes declinarent, quadrato agmine inceſſere, parati ſemper ad pugnã undecũqꝫ incurrerent: Illo die Brunſwicũ ereptum eſt ex hoſtium faucibus, in quas iam pene fames cõtruſit. Tum cecidere animi obſidentiũ: cœpitqꝫ inter principes de totiꝰ cauſę intercęptione agi. Cõſtitutis primũ treugis: interim de cõpromiſſo deliberatũ. Cõſtituere demũ cauſam omnẽ in manus duorũ principũ, qui ęquiores ad omnia uiderentur: Ea fides tum facta eſt Brunſwickcenſibus. Erneſtus Magdeburgenſis archiepũs, dux Saxonię, marchio Miſnenſis: Iohãnes marchio Brandenburgẽſis, princeps elector, electi ſunt ad cauſam arbitri. Aderant cum tractaretur in Tzerueſt duo Henrici principes Brunſwickcẽſes, Magnus quoqꝫ dux Magnopolẽſis: ipſi quoqꝫ Brunſwickcenſes cum amicis ſuis. Forma agendi hęc erat. Auditę partes diuiſim: primo duces: deinde Brunſwickcenſes abſente parte ſemper altera: Verbũ dicentis accipiebant notarij: Ea tarditate pronũciandũ fuit. Et q̃uis multa ſint intentata, tñ iſta uice res ad exitum non peruenit. Alio deinde tempore res a multo minoribus eſt coęquata: ut ex quatuor arcibus, quas de manu Brunſwickcẽſium

dux bello cępiſſet, duę illi remanerent: Ex duab⁹ alteris, una maneret deſolata, Aſſeborg, ęquanda ſolo: Alterã ciues retinerent, cum prędijs ſuis: Ita tamen, ut ſubditos ſe principibus ſuis agnoſcerent: Cętera ſunt abditiora, nec manauerũt in uulgus.

CA. XX.

i Am cœpit Hēricus dux Bunſwickcēſis ſenior, agnominatus cõparatione ꝓpinqui ſui ducis de Luneburgo æque Hērici, haberi formidabilis: Cõpertum erat ingenij neruis, animi, corporibuſq; uiribus, dexteritate cõſilij, multis pręualere: Aboleri iam cępit ei⁹ rei memoria, quã ante paucos annos nonageſimo poſt millequadringẽtos Honouerenſibus intentauit. Seruauit memori animo iniuriã ab illis Hildeſemenſi bello irrogatã. Tunc enim cum aliquãtam iuuentutẽ, cum armaturis & impedimẽtis cõmodato ex eo opido ſumpſiſſet, ut perinde imparatiores eſſent ciues ad arma: ubi opus eueniſſet: cõtraxerat equitatũ & peditum numerum, qui ſatis eſſe poſſet opido opprimẽdo: & ſub noctis tenebras adequitãs, cæpit cuſtodẽ in ſpecula: cauẽs nequis ſe cõmoueret: Tacito collocauit peditatũ in horrea laterũ: ut iam primo mane ad portę reſerationẽ irrumperent opidũ, aditũq; occuparent, ſequuturis equitibus. Dies erat celebris diuę Katherinę uirgini: cum ante lucẽ, neſcio quis opidanorum, urbẽ ingreſſur⁹, uidet latitantes in horreis, & iam pene ad ingreſſum portę clamauit, ne ullo modo portarius panderet urbẽ, hoſtes adeſſe, neſcio quos. Sonuit de turri emiſſa bõbarda cuſtos: Illico ſe cõmouere de latibulis: nam id erat ſignũ apprehẽſę portę ut prodirent: Prodeũtes aſpiciunt ſe proditos. Tum detecta res exciuit ad arma opidanos: Sed qui latuere q̃ poterant occultiſſime redibãt: Colloquiũ deinde quęſiuit cum habitatoribus: Illi reſciũt dicẽtes: Principẽ ſuũ abeſſe q̃longiſſime: male ab redeunte mulctandũ authotẽ eius malicię, qui abſente legitimo principe, tale aliquid in opidum duci ſubditũ attentaſſet. Fama fuit non iguoraſſe eundem principẽ, cum poſt aliquot annos Brunſwickcenſes duo procõſules, ex cõuentu, quẽ cum nõnullis Luneburgi ęgerant redeũtes, caperentẽ in diſtrictu ducis Luneburgẽſis, cui⁹ ſaluo cõductu erant pręmuniti. Cõradus de Veltem eius incurſionis ductor erat: ꝙ cauſaretẽ quendã ex familia ſua immerentẽ Bruũſwici publico cęſum gladio: Auecti cum caperentur, diu tenebantẽ: nec poterãt ullis cõditionib⁹ laxari, q̃uis multa intentaret dux Luneburgẽſis, in cui⁹ interpoſita publica fide capti eſſent priuſq̃ interueniret idẽ Hēric⁹ dux Brũſwickcẽſis: Tum enim ſolutis nõ paucis milibus aureorũ, ex ſuo quiſq;, ſunt captiuitate laxati. Cardo rerũ ferebatur ꝙ Hērico duci cupido inceſſerat pernoſcẽdi, quę in cõuentu illo cum Hērico duce fratruele eius, a ciuitatum oratoribus acta eſſent: Idq; innotuit, interceptis inter alia literis, dum memorati uiri caperentur. Sed fratrueliũm principum amor ac familiaritas, ante quidẽ tenuis, ex ea cauſa non magnopere augebatur.

CA. XXI.

m Aximilianus interim Romanorũ rex in Italiam ire conſtituit, Imperij coronam in Vrbe accepturus: In quã rem facto principum in Wormaciã magno conuentu, cœpit agere de illa profectione,

hortat⁹ principes, qui multi ad eum diē cōuenerāt: ut in eā expeditionem pro Imperij honore se apparārēt, accingerētq; Simul ostendēs, quanta rei Christianę essent discrimina ab sęuissimo nominis Christiani hoste Turco. Animauit principes de illustri uictoria, quā nuper Fernandus Hispaniarum rex de occupato Granatę regno reportasset: ut decēnali bello fortissimū regem oppugnarit, attenuarit, & omni ditione exuerit, Christianismo reddens prouinciā per annos fere octingentos possessam a Saracenis: Mouitq; uehementer principes omnes transit⁹ Karoli Frācorum regis, eius nominis. VIII. in Italiā, quā ille sine magno labore quasisset, usq; ad regnū Neapolitanū occupandū: quod etiā armis redęgerit in suam potestatem, paucis arcib⁹ exceptis, quę inexpugnabiles haberent. Tum uero cōmunicato inter principes cōsilio: institutum est quo ordine in eam expeditionem sumptus necessarij colligerent ex utroq; ordine cleri & populi, de certa in aliquot annos prouentuū quota exporrigēda. Satis tum salubriter omnia prouisa sunt, multa ad pacem cōstituta: De moneta quoq; quę plurimū inter omnes habebat momenti: tum in certā formā est conuentum. Sed expectata est in hodiernū salutariū cōstitutionū exequutio: Renouatę deinde crebrius principū regni cōuentiones: In Lindow ad locum Buetum: in Friburgū, in Augustam, in Nurenbergā: Multa deliberata: Sed necdum uenisse tempus magnarū ex Germania rerū cernimus. Interim Romanorū rex secundis instituit nuptijs, accępta cōiuge filia ducis Mediolani, eius, quem ante aliquot annos cęsum ferunt in ecclesia diui Stephani Mediolani: cuius frater Ludouic⁹ dux de Bari gubernacula apprehendens, non facile potuit dimittere, ad inuidiā omniū Italię principū: Qui ubi uidit inde sibi creari negociū, introduxit in Italiā Karolū Frācię regem eius nominis. VIII. ad occupādū, quod diximus, regnū Neapolitanum: ut impliciti Italię principat⁹ proprijs rebus, quib⁹ ab illo rege formidarent, interim sui obliuiscerent. Per quę tempora perijt uerus & legitim⁹ successor in ducatu, hui⁹ regine german⁹ frater, q̄d certū est: incertū uero, ueneno, an morbo. Ludouic⁹ interim regine patruus, per Romanorum regem, misso in eā causam cācellario suo inuestitur de ducatu: quod nec pater eius, nec frater unq̄ poterant ab Friderico Imperatore ullis conditionibus impetrare. Multis in eam rem expromissis, q̄ diceret esse Mediolanum camerā Romani Imperij, uacuatā morte Philippi nouissimi ducis de Vicecomitib⁹: Causamq; illam integrā seruabat Frideric⁹ successori: Nec imprudens poterat quisq̄ regis nostri cōsilium subaccusare, q̄ ad transitum Italię blandiendū erat duci Mediolani: quod ante illū fęcit Sigismundus Philippo, & nūc maiori spe faciūdū erat Maximiliano: q̄ Ludouicus pridem ducebat in Italiā Frācię regem, inopinato, & insperato superuenientē Florentinis, q̄ nullis ante admonitionibus hoc pręcauissent. Vnde factū est: ut restitutis per eum Pisis in pristiuā libertatē, reductaq; familia de Patzis exulante, alia de Medicis extruderet, Florentini multa centena millia aureorū, aut muneris, aut mutui specie regi numerarēt, Romanorum rege simile aliquid ab affine suo prestolāte: In quā rem tam fa-

cile prębuit aurem inueſtiturę eius. Sed tum intermiſſo profectionis inſtituto, idem rex deſcendens in occiduas filij partes uidere quid ageret, per ſui abſentiã ferẽt in Antwerpia crucẽ ſuſtuliſſe in pect⁹ cũ omni familia, cũ prętẽderet expeditionẽ in Turcũ, ſępe animis deſtinatã: ſed in exequutionem necdum qualibuſcũqꝫ impedimentis perductam.

XXII.

Nec diu poſt implicatur magno Switenſiũ bello (Heluetios dixere antiqui) qui ueteri ferunt in domũ Auſtrię odio laborare: quã cruẽtis ſępe pręlijs attenuarũt, & nũc Frãcorũ regi deuincti, fœdere ferebant, ſatis cõtumaces regi Romanorũ: cum tñ Imperio ſubditos negare ſe non poſſint. Magnam Suęuię ligam rex induxit ſuper eos, ut armis perfringeret, edomaretqꝫ: Sed infrenem populũ nulla potuit uis peredomare. Cõgreſſi magno nuper pręlio fudiſſe, perdidiſſeqꝫ feruntur magnam nobilitatis partẽ, comites, milites, & militares: cũ ipſi q̃qꝫ non incruentam uictoriã reportarent. Demũ renouatis per tractatus fœderib⁹, ſatis ſuperbo populus regi ſupercilio dicit obuiaſſe. Inde rex uerſus in Gelriam oppugnauit Karolum, Adolphi filiũ: quẽ bello Flandrenſi, non diu poſt mortẽ Karoli Burgundię ducis, diximꝰ ad Tornacũ cecidiſſe. Hunc filiũ eius Franci captũ remiſere (quod & ipſum oſtendimus) ante aliquot annos in terram ſuã. Tentauere ante hac multi illũ Romanorũ regi conciliare: ſed nihil potuit fieri, cõtendente rege ducatũ illũ regno Romanorũ uacauiſſe. Vrbes aũt in eo ducatu non paucę, integrã fidem ſeruauere duci ſuo, uſqꝫ ad inanitionẽ ſui plenariã: Militares aũt, incertũ quib⁹ ex cauſis, ſatis ab ſe alienauit dux: ut magis regi, q̃ ſuo principi ſtuderent. Ergo rex aſſumptis in ſocietatẽ belli ducibus: Alberto Saxonię: Georgio Bauarię: Wilhelmo Iuliacẽſi: & Iohãne Cliuenſi, acri bello ducẽ impugnauit: Euaſtata terra, aliquot captę arces & opida minora: ſed maiora ſeſe cõtinuere. Rex auocatꝰ in Alemaniã ſuperiorẽ, quatuor memoratis ducib⁹ rem cõmendans, ipſe profectus eſt ad cõuentum Imperij in Auguſtã. Nihil diu memorabile geſtum eſt eo bello. Gregarij pedites, qui ſe Guardiam appellauere, ubi euaſtatã uiderũt Gelriam, per ſpeciem non ſoluti ſtipendij, ſe cõtulere ad Gelrię ducẽ: ut uerſa ſorte, uicinorũ ducũ, Cliuenſis, ac Iuliacenſis terras inuadãt. Id cum fieret, duo illi duces perteſi rerũ, per medios ęgere cum hoſte: ut quod ad ſe pertineret, de omni controuerſia ſtarent iudicio regis Frãcię. Iam aũt mortuo Karolo ſine hęrede, ſucceſſit Ludouicus (dux pridem Aureliani) proximus ex regũ ſanguine ad coronam. Is repudiata cõiuge, quã ſpecietenus tenebat, filia Ludouici regis, ac germana proximi Karoli, quãqꝫ nunq̃ cõiugis affectu tetigiſſet, accæpit relictã Karoli: eam, quę primo deſponſata erat Romanorũ regi, eidemqꝫ Ludouico aliqñ a puellę patre Frãciſco repromiſſa: fœlicẽ, an infœlicẽ dicam cõiugio fœminã: quę ſemper ibi petit, ubi iam alia thorũ occupauit. Hic Ludouicꝰ iam rex, mira arte peręgit: ut Mediolanẽſes in ſuũ cõſpirarent ducem, euocarentqꝫ illũ, iam Frãcię regem. Vbi intellexit dux cõiurationem ſuorũ in ſe ualidam, cedendũ tempori putauit: oneratiſqꝫ aliquot auro & argẽto mulis cõceſſit in alpes, Brixinã tenens affinis ſui regis Ro

manorum urbem, expectans tempora meliora: Sciebat enim fluxos ſuorꝝ animos facile exaciandos ſuperbo Francorꝝ Imperio. Interim rex Franciæ Ludouicus, miro apparatu Mediolanū inuehitur, obuiam effuſis cunctis ordinibus: cum ipſe medius inter armatorū millia trāſiret. Conſtitutis in ea urbe, & in omni ducatu cunctis ex ſententia, cum rebus & locis, quos uoluit, præfeciſſet, ille redibat in regnum: Non dormierūt qui pulſo duci ſtuderent, cum cernerēt Francorū imperia a populo faſtidiri: Igitur reuocatus a ſuis dux uenit, cinctus multis ex Germania millibus equitū, peditumqꝫ: facileqꝫ fugauit Francos, reſumpta pene omniū quā perdiderat ditione, uſqꝫ ad paucas urbes: quas, uel Veneti (ſingulares amplificandæ ditionis magiſtri) uel alij, occupaſſent. Ita uerſa fortunæ rota, iam iterū ſuſtulit in altū ducē Ludouicū. Sed cum Franci non ignorarēt fraudes Italorꝝ eſſe promptas in omnē partē, magno cōparato exercitu rex miſit in ducē. Iam cōgreſſuri uidebantur ex aduerſo: cum Switenſes (ut ferunt) duodecim millia, qui duci militarent, ab rege obærati, ducem deſeruerunt. Itaqꝫ dux ipſe a Frācis captꝰ, iam libertatē amiſit cum ducatu. Frater eius Aſcanius cardinalis uicecancellariꝰ quoqꝫ, a Venetis intercipit̄, & in manus regis perducitur: Ita germani ambo capti trahunt̄ in Franciā, cum aliquantis ex Mediolano primoribus, ad numerū. XL. incertum quo exitu. Hæc pro rei nouitate paucis ſtrictimqꝫ attingenda putaui: nunc quod agimus exequamur. Rex ille Franciæ factus arbiter inter tres duces, cauſam dirēmit: Dux Gelriæ uſqꝫ hodie in ſua manet ditione.

CA. XXIII.

Lbertus ſuperiosis dux Saxoniæ, qui iādudū in occiduis partibꝰ
a Romanorū regi militauit, Hollādinis quoqꝫ operas in hoſtes cō modauit, ab ipſo Romanorū rege remunerationis loco accæpit gubernationem Phriſiæ occidētalis: cui omnē maritimā paluſtriū terrarꝝ regionem cōiungere deſtinauit, q̄diu Phriſiæ perdurat in ea uocabulū. Facile fuit immiſſis peditibus gregariorū de Guardia, inter ſe domeſtico, ut ſemper, bello diſſidentes ad iuga cogere: nam uni ſectæ addita manus ſtipendiariorum, expugnauit alterā: Tum ope cōuerſa in priorē arma tulit. Ita infœlicis diſcordiæ ſuæ terra pœnas luit: quæ ſi unū ſenſiſſet, nō tam facile expugnarēt. Aliquot locis princeps uictor, munitiones firmauit, ut populum in fide cōtineret. Sed Phriſij fluxa fide populus, cꝫ non diu pro ſua conſuetudine in ſententia permaneret, ubi deflexit Albertus dux, cuiꝰ canos cum prudentia reuerebantur, filiū, quem illis ſua uice relinquerat præſidem cōtempſere: iuuenem, ut aiunt, nō totis præcordijs arma tractantem: qui in medio præliorū æſtu (ut fert) alijs pugnātibus, ipſe ſuis indulſit amoribus. Sed non conſueuere noſtri temporis principes primi in acie pugnare, ut Iulius factitabat. Igitur Alberti ducis filiū Phriſij in munitione concluſum circūſiſtunt, ſperantes cum omnibus a ſe facile intercipiendū, priuſq̄ pater arma referat in terram. Interea Magnus dux inferioris Saxoniæ, Iohānis filius, a patre gubernationi terrarū præfectus, præſertim terris paluſtribus Hadelericæ proſpiciens, cum uideret Iohānem comitē de Oldenborg occupaſſe uicinā ſibi Phriſiā, Stadland, atqꝫ Blexen, eaſqꝫ terras ſu-

mis muniſſe prę̃ſidijs, cõſtituit & ipſe amplificare ditionẽ in uicinos Wur
fatos, q̃ eius iuri ab antiquo putarent obſtricti, inq̃ eã rem cõparauit ar
ma. Viderunt hoc nõnullis oculis archiepũs Bremẽſis Iohãnes, & ciuitas
Bremẽſis, Hãburgenſeſq̃, non paſſi ducem latius ad mare dñari, q̃ terra
quam peteret eſſet iuris eccleſiaſtici. Igit̃ colloquuti fœdera iungunt, cõ
munibuſq̃ animis Magno duci nũciantes hoſtilia, Hadeleriam inuadunt
& ſui iuris faciũt, prę̃ueniẽtes ducis molitionẽ. Ibi tum Thietmarſi, qui ar
ma ſua cõiunxerãt archiepiſcopo & urbib⁹ memoratis, cũ cõtumelijs pro
ſuo more exaſperaſſent gregarios pedites Hamburgenſiũ, ab illis miſeris
